BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
C
30
ROMA

Q c 30

DEO OMNIVM PARENTI.

MARII ITALIAE

PANORMITANI EGREGII DOCTORIS,

MAGNAE REGIAE CVRIAE OPTIMI ADVOCATI,

IN TERTIVM LIBRVM DECRETALIVM

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM

COMMENTARIVS IN TRES LIBROS DISCRETVS;

QVORVM HIC PRIMVS

(ADIVNCTA GREGORII XIV. PONT. MAX. CONSTITVTIONE) ad eam ſpectat IMMVNITATEM, quæ pro vtilitate REORVM AD ipſas ECCLESIAS, cæteraque ſacrata LOCA confugientium, ſtatuta eſt.

IN QVO ETIAM PRAGMATICALES QVÆDAM SANCTIONES, [illegible] SICILIÆ REGNI CAPITVLA ad eandem pertinentia declarantur.

Accedunt inſuper nonnulla, Quæ hactenus a Doctoribus controuerſa, hic tamen pro exoneratione conſcientiæ ac animarum gratia explanantur.

Capitum ac Rerum Vniuerſalium INDICE adiecto.

CVM PRIVILEGIO.



PANORMI, Apud Iohannem Baptiſtam Maringum M. DC. XII.

Magiſtratuum Conſenſu & Auctoritate.

Ex Legato Josephi Cannani, J. V. D.

DEO OMNIVM PARENTI.

AD BEATAM MARIAM SEMPER VIRGINEM.

O BEATA Virgo MARIA, tu es illa Ciuitas Dei glorioſa, vere peccatoribus refugium, cuius fundamenta in montibus ſanctis repoſita ſunt: per te gens omnis ingreditur ad DEVM. Vnde, reſpiciens ego in adiutorium hominum neminem eſſe, qui adiuuare poſſet, ad te confugi Genitricem Domini mei. Accipe itaque hunc Libellum, & ingredere ad PATREM ac DOMINVM, qui ſuper cunctas adamauit te: loquere ad eum, quia Sancta es, & offer illi MVNVSCVLVM hoc, Opus, ſi quid boni continet, manuum ſuarum: in quo vero erratum eſt, veniam impetra: Ego autem procul ſtabo, ne forte moriar, ſi ad eum peccator auſus fuerim accedere. Admitte preces meas intra ſacrarium exauditionis, & ſit per te excuſabile quod fida mente poſco. Accipe, o MATER, quod offero: excuſa quod timeo, quia tu es ſpes vnica mea, & per te ſpero delictorum veniam: & in te, BEATISSIMA, mea eſt exſpectatio felicitatis. Ad te igitur SANCTISSIMAM VIRGINEM accurrens, tuis patrocinijs veram vtilitatem aſſequi confido.

Diuinæ Integritatis tuæ

Humillimus Orator

Marius Italia.

AD LIBRVM
CARMEN.

IMPERII vis nulla poteſt, nec claudere carcer
Te valet, aut compes ſtringere, nec manicæ.
Liber es ipſe LIBER, Libertatiſque magiſter:
Tuta Domus miſeris, Confugiumque, Salus.
Ac, duce te, cunctas orbis, LIBER, ibis in Vrbes:
Quamque doces alios, ars tibi maior erit.
Vnde DEO ſoli voluiſti iure dicari:
Hic nam, qui Toto te ſuperaſſet, erat.
Ergo age, ne timeas, animo procede virili:
Teque tuo cura munere poſſe frui.

D. Franciſcus Salernus Presbyter Theologus.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

ETSI, eruditiſſime Lector, multi, qui volumina de hac eadem IMMVNITATE ECCLESIASTICA, de qua in præſenti agendum eſt, non ratione ducti, ſed aliorum tantum opinionibus nixi, veluti grues,[a] aut arietes,[b] vt ex aliorum ſcriptis ſibi nomen compararēt, ediderint plurima, omnia confundentes, & a via [c] veritatis toto cœlo aberrantes; vnde factum eſt, vt ſingularis, vniuſque Doctoris opinio, communis, imo communiſſima, licet erronea, viſa ſit multis: & quod velim abeſſe, ab horum argumentis contra expreſſas Iuris ſententias multoties itum eſt: ac non contenti denique facultate interpretandi leges, illas conuertere, &, quod peſſimum eſt, eis abrogandi poteſtate ſunt abuſi, vt vehementer queritur Petrus Plaça,[d] dicens, *Vide qui ſapis, qui probus es, qui iuris veritatem amas, quam ancipiti periculo communis conſiſtat opinio, quod nonnunquam etiam negligentia in cauſa eſt: nam quæ ab alijs ſcripta ſunt, ſine altiori inquiſitione alijs tradidimus, & illi alijs; & ita deinceps facile eueniet, vt communes opiniones oriantur. nos communes opiniones ſequimur, cum vel textibus muniuntur, vel certe nulli textus, nullaue iuris ratio aperta refragetur: alioqui impune ab eis non ſolum recedimus, ſed etiam aliquando nomen communis opinionis ſuſpectum habemus: &c.* Ego tamen veterum Doctorum ſententias, (quas ratio, vt rerum omnium firmiſſimum fundamentum adinuenit) & leges ipſas ſequutus, vt veritatis lumen oſtendam, ne, puerorum more aliorum adminiculis fretus, inquam & inquit ſæpius in foro repetens, cunctis ludibrio ſim, Opuſculum hoc cum eiſdem in lucem edere non erubui. Quippe qui veterum Iuriſprudentum ſequuti ſunt ſententias, quorum opiniones nō a ſemetipſis, ſed legibus nituntur, quis non reprehenſione, ſed laudationibus fore dignos dubitat? Nemo profecto. Si noſtrates igitur, qui primum tenuere locum in legibus interpretandis (quorum opiniones alij, vt dictum eſt, ſunt ſecuti) ex eiſdem legibus, quas allegant, ſua dicta confirmant: quare verebimur & nos eaſdem leges noſtris in ſcriptis tradere? Et ſi *Erubeſcimus* (vt Iuſtinianus legum conditor ait [e]) *cum ſine lege loquimur*: nos, qui inter ipſarummet legum Doctores locum vendicare volumus, cur hæſitamus eaſdem leges abſque illis adminiculis allegare? Nonne Accurſius [f] de iure optime meritus (cuius tanta eſt apud noſipſos auctoritas, vt eum de ipſarum legum voluntate quæritur, ad eum recurrimus) *Cum legem*, inquit, *non habemus, tunc ad Gloſſas & Doctores eſt recurrendum*? Imo, quod deterius eſt, nec nos pudet, relictis earundem legum deciſionibus, horum illorumque dictis inhætere. *Sunt enim nonnulli*, (vt Io. Fabri verbis vtar [g]) *qui ſe inter quæſtiones & ſubtilitates Gloſſarum & Doctorum inuoluunt, & textum deſerunt, & ignorant*. Vnde totum Ius quod antea inconcuſſum & deciſum fuerat, nunc controuerſum & infinitum redditum eſt, inque tantam recidit cladem, vt aliquando ab eis, quibus iudicandi poteſtas tributa eſt, ignoretur quid ſtatuendum ſit: multoties contra Iuris regulas cauſas dirimunt: quandoq; etiam

a c. In capibus, 7. q. 1. Dec. conſ. 481. n. 12.

b Bellonus conſ. 59. n. 12. quos refert Villalobos cōm. opin. lit. C 107.

c Gomes in Proœm. ad Reg. Cancel. quæſ. 2. verſ. Quæro pro iſta.

d Epit. delictorū, lib. 1. cap. 19. num. 23. poſt med.

e §. Cōſideremus, Authentico de Triente et ſemiſ. l. Illam, C. de Collat.

f in l. Sed licet, ff. de Offic. præſidis. Vide quoq; Gail lib. 1. Obſerua. 153. nu. 7.

g in Præfat. Inſtitutionum, nu. 2.

pro

pro amico reſponſum eſt. Sunt etiam *Nonnulli*,(vt iterũ cum eodem Fabro dicamus [a]) *qui multas leges nominare ſciunt, & ad aliquod modicum notabile allegant,& tamen caſus earum ignorant: & qui ad quaſtionem dubiam ſciunt allegare aliquid, tamen de mille caſibus legum interrogati, neſciunt ex improuiſo de vnico reſpondere. Sunt nonnulli,qui librorum multitudine delectantur, & per eos vagantur, contra doctrinam Seneca, dicentis,*

„ *Diſtrahit librorum multitudo, &c.*

a loco ſupcitato.

Hinc Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus [b] *à nimia & inutili allegatione Textuum,Gloſſarum, Dictorumque Auctorum agglomeratione abſtinendum* docet. Illud etiam tradit Ioannes Garſia Gallecus, [c] dicens, *Si ex iure ageremus, nihil Bartolo, nihil Iaſone, nihil aliorum labore indigeremus: ſed ita malo quodam fato animati ſumus, vt prius ad alphabetarias tabellas oculos coniȳciamus,quam ad Iureconſultorum reſponſa manus admoueãtur. Tum demum ad Iureconſultos imus, cum perdita & deſperata res noſtra ſunt: ex quo perplexitas, obſcuritas, & quedã veluti cacitas mentem obnubilat,& pluſquã Cimerȳs tenebris obſcurat: Quodq; vno verbo a Iureconſultis accipimus,ab Interpretibus vix, numeroſis voluminibus peruolutis, extorquemus: non tamen abhorremus iuris Interpretes. Hoc enim nomine abhorrendi eſſent ipſimet Iureconſulti,nec reȳciendos eſſe arbitramur: quod faciunt inique plures noſtra atate, quorũ auctoritatem in rebus dubȳs & obſcuris inquirendam cenſemus; cordate tamen, & in omni quaſtione qua proponatur,eundum potius ad fontes eſſe, quam iſtos riuulos ſectandos rectius ſemper duxi. Ac vtinam apud nos in inſtituenda iuuentute Iureconſulti duntaxat totos dies totasq; noctes nobis contererent: nihil aliud ſape nobis audientibus toto Menſe niſi numeroſa Doctorum multitudo refertur, qui membranas totas implent. Poſtremo cum Iuriſcientiſſimi videri poteramus, prater meras nugas, nihil aliud domum reuerſi afferimus: Dira quidem ingenio Hiſpano lues, & virus peſtilentiſſimum: quod vtinam, vt ſapius prohibetur, ſemel ſeuere extinguatur.* Itaque ſi Reipublicæ ſtatum conſtantem eſſe volumus, non ita faciles in legibus fingendis ac refringendis eſſe debemus. Imperatores enim quondam Romani, antiqui Iuris interpretes potius, quam nouarum legum latores eſſe volebant: raro publice nouas ferebant leges. Hiſce vero temporibus noſtrium omnium ſinguli vicem Imperatoris obtinere ſperantes, veritati acquieſcere nolunt, ſed quas allegant leges ad proprium commodum trahunt, parum curantes de illatum deciſionibus, easq; ſecundũ propriam voluntatem diſtinguentes, cum *Nec* [d] *diſtinguere debeamus vbi lex non diſtinguit*. Vnde in tot labyrinthis inuoluti ipſius negocij veritatẽ ignoramus. Hinc factum eſt quod ſuperius diximus, vt Iuriſperitorum ſcripta(ſi ita meruerint nominari) hinc inde labefactent,& non ſolum alter alteri, verũ & multoties ſibiipſis contrariari videtur, vt de Baldo refert Syluester Aldobrandinus,[e] cuiꝰ rei veritas facillime haberi poterit ab Antonio Gabriello Romano,[f] apud quem de illo legitur idem tenuiſſe & affirmando,& negando. Idem dici poterit de quampluribus alijs,licet nõ ita frequenter,ſicut & ille, hac labe notari poſſint. His itaque bene conſideratis, Caſus aliquot, qui per quandam fel. record. Gregorij XIIII. extrauagantem Conſtitutionem de nouo habentur, ad maiorem noſtræ Doctrinę elucidationem addere auſus ſum. Quare,humaniſſime Lector,ſi præſens LIBER exiguus forte, & in aliquibus quæſtionibus nimis verboſus videtur,hoc non meæ quidem,ſed alienæ applicabis culpæ: non enim aliter fieri debuit,niſi,vt illud,quod in eo dicitur, quibuſdam rationibus a cõtrariorum ictibus defendatur,quorum ſcripta,veluti a vero deuia oſtendentur: atque

b in Præfat. ad lect. ĩ ſua Apolog. de Reddit. Eccleſ.

c in tract. de Expẽſ. & melior. ca.7.n.43.

d l. De precio. & ibi cõmuniter DD. ff. de Public. & Bar. in d. l. Praſes. ff. de Officio præſidis. c. Ad audientiã. de Decimis.

e in Præfatione ad lectorẽ ſuper Inſtitutionibus Imperialibus.

f in ſuis Cõmunibꝰ Cõcluſionibꝰ.

atque ſi plurium hic non inuenies auctorum ſententias, illud (ſcito) eſt, quia de eô leges claras habemus, ideo aliud vltra addere non curaui: cum ſæpiſſime ij, quos ad argumentum trahimus, nos a veritate ſeducere poſſent. Quapropter, *Melior* [a] *eſt bucella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio*. Et, *Melior* [b] *eſt pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi*. Nam dum verſamur inter hunc & alium, vix colligi poteſt quid quærendum ſit. *Videmus enim,* (vt Andreas Gaill [c] ait) *pleroſque ſuis in ſcriptis plenis follicibus leges & iura ad ambitioſam, vanamque doctrinæ oſtentationem ſpirare, vt vel paginas tædioſa prolixitate compleant, vel materias ipſi ſoli exacte & ſolide tractaſſe, & primi perſpexiſſe videantur: Quorum ſcripta, ſi non populari, ſed accuratione deinde trutina penſitentur, et ad ſubiectas ſtudioſi reuocentur materias, partim mendoſa, plerumque impertinentia, ſæpe etiam falſa eſſe innoteſcent. Maiore tamen reprehenſione digni ſunt, qui alienos ſibi labores inuerecunde vendicant, & impudenter adſcribunt, non allegatis ſyncera fide auctoribus vnde illa deſumpſerunt. Quod ſane eos, qui iuſtitiæ Sacerdotes, legumq; Magiſtros ſeſe profitentur, minime decet, cum inciuile ſit, non profiteri palam, per quos quis profecerit.* Cuius quidem criminis Ioachimus Mynſingerus [d] eundem Andream Gaill publice inſimulauit, eundemque ex ſuis multis retro annis in lucem publicatis ſingularium Obſeruationum Imperialis Cameræ Centurijs mutuatum eſſe, ſuisq; ſcriptis fruſtillatim fere infarſiſſe, nulla eius nominis facta mentione, admodũ indigne criminatur. Quapropter inter eos contentio quædam orta eſt. Sed hęc res parum momenti videtur, cum aliquando, imo ſæpe ſæpius, dum homines memoriæ quidquam produnt, eandem viam, eundemque ordinem in conquirendis rebus ſumi contingat. Quod mihi aliquoties non ſolum in hoc Libro, vel in his, quæ de Iure a me conſcripta ſunt, ſed & quoque in alijs ad alia pertinentibus accidit. Verum hic quaſdam opiniones meis rationibus illuſtratas, adepto poſtmodum quodam Tractatu Domini & Egregij Doctoris Alexandri Ambroſini ſuper eadem Gregoriana Conſtitutione, comperi iiſdem rationibus, fereque iiſdem (quod plus eſt) verbis ab eodem relatas: quas ſi quis huic præſenti Libro me fruſtillatim infarſiſſe criminabitur, nulla omnino dignus venia cenſendus eſt, cum longe vnus ab altero differat: quod nulla tergiuerſatione cœlari poteſt. Si qui vero ſunt, qui aduerſus hæc ſcripta aliquid ſentiant, eos rogatos habere velim, aut mihi per epiſtolam reſcribant, aut ore ad os mecũ loquantur: quod ſi defendere nequiuero, corrigere ſum paratus. Interim, beneuole & amice Lector, ſi q d boni in hoc Opuſculo adinuenies, quod vtile fortaſſis tibi videatur, non ingrato animo accipias: ſed quicquid olei, ſiue operæ, quod tuam potiſſimũ in gratiã hoc in Primo Libro IMMVNITATIS ECCLESIASTICAE impendo, velim te pro ſingulari humanitate boni conſulere. Vale. Panormi, die VIII. Septembris, M DC X.

a *Prouerb. 17. i princ.*

b *Eccleſiaſtes 4 n. 6.*

c *in Præfatione ad lectorem, in principio i libris Obſeruationũ Cameræ Imper.*

d *in Epiſt. dedicat. ad ſex Centurias.*

ERRORVM CORRECTIONES.

Quos ipſe calamo errores corrigere potui, nõ omiſi; cæteri vero Lectoris prudẽtię ſubmittuntur. Nam non verba, ſed ſenſus eſt exſpectandus, iuxta ſanã plenamq; doctrinã D. Hieronymi *in quadam Epiſtola ad Pammachium, de Optimo genere interpretandi, incip. Paulus Apoſtolus, &c. (cuius inf. in Tract. Cap. V. §. VII. nu. 38 ad fi. meminimus.)* Et tangemus infra, *Cap. V. §. IV.*

Illud tamen teſtor, me nihil in hoc Libro, vel alijs quos quandoq; editurus ſim, ita aſſeuerare, aut ex animo defendere, vt a Sacroſanctę Eccleſię Decretis, Canonibus, Traditionibusque, nec tranſuerſum, quod aiunt, digitũ deuiare præſumam: Sed omnia quęcunque tum hic, tum alibi dixero, eiuſdem Eccleſiæ correctioni ſubmitto.

TOTI-

TOTIVS TRACTATVS, AC PRAESENTIS LIBRI CAPITVM ELENCHVS.

TOTVS HIC TRACTATVS DIVIDITVR IN TRES LIBROS:

IN quorum Primo (ideſt in hoc præſenti) agitur de Immunitate illorũ, qui delictis inuoluti ad Eccleſiam confugiunt.

In Secundo autem Libro agetur de Immunitate Eccleſiaſticarum Perſonarum, illarumq; bonorum: & conſequenter de pœnis eandem Immunitatem violãtium: atque de eis qui ad clericatũ peruenire prohibentur.

In Tertio & vltimo de Rebus Eccleſiaſticis tractandum eſt. Quæ omnia ſubſunt illi Titulo generali in Tertio libro Decretalium Gregorij IX. qui inſcribitur De IMMVNITATE ECCLESIARVM, ET CÆT.

Primus hic Liber diuiditur in Procemium & Septem Capita:

In quorum Primo agitur de Definitione Immunitatis in genere: & conſequenter de peculiari huius præſentis Libri.

In Secundo traditur Origo eiuſdem Immunitatis: Quove Iure ſiſtat.

Tertium Caput continet Perſonas, quæ ad eandem Immunitatem admittuntur.

In Quarto autem Capite de Locis tribuentibus hanc Immunitatem tractatur.

Quintum enumerat Crimina, quibus ſiquis fuerit irretitus, hac Immuntate priuatur.

In Sexto autem agitur de Extractione Reorum ab Eccleſiaſticis, alijsue Religioſis locis: Necnon de Pœna extrahentium Reos, non ſeruato Iuris ordine. Poſtremo de Effectu ipſiuſmet Immunitatis.

In Septimo autem & Vltimo Capite quædam F. Hieronymi Romani Hiſpani traduntur, quæ extraximus ab eius tractatibus nuncupatis, Republicas del mundo, lingua Hiſpana conſcriptis; Item quædam Homilia D. Io. Chryſoſtomi, ad hanc eandem Immunitatem pertinentia.

Quodlibet Caput diuiditur per Paragraphos. Et rurſus quilibet §. per Verſiculos: vt ſic præſens Liber facilius incedat.

Ponitur hic Liber Primus ratione materiæ de qua in eo tractatur: quia Ius hoc inſitum eſt ipſi Naturæ: vnde ab initio mundi cum ipſamet Natura ortũ habet. Secundo, quia communiter apud omnes Immunitas Eccleſiaſtica ſub formalitate præſentis Libri ſumitur. Tertio tandem, quia eſt vniuerſalior, omnes cõprehendens homines, nedum laicos & infideles, verũ etiam & omnes Clericos, quatenus pro delictis ad Eccleſiam confugerint, vt plene infra *in ſecundo & tertio Capite* habetur.

In Secundo autem Libro de iiſdem Clericis, eorumq; bonis tractabitur, tanquam ipſimet Eccleſiæ magis annexis, cum ipſa eorum miniſterio indigeat: Et poſterius ſit ſe tueri iure clericali, quam iure naturali.

De Rebus vero ipſius Eccleſiæ in Tertio Libro agemus, tum quia ipſis perſonis comitantur, tum quia pro communi omnium hominum vtilitate aliquando exponenda ſunt. Quædam alia, Deo propitio, dicemus in ſequenti Libro.

DE

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM LIBER PRIMVS.

AVCTORE MARIO ITALIA I. C. PANORMITANO.

PROOEMIVM.

SVMMARIA.

1 *CONSTITVTIO Gregory xiiii. in fauorem Reorum confugientium ad Eccleſias,& alia Sacra,vel Religioſa Loca.*

2 *Principes ſeculares ſuis legibus Huic IMMVNITATI minimè derogare poſſunt.*

3 *Papa habet poteſtatem a Deo immediatè,cui omnes ſubſunt.*

4 *Partitio in qualibet re neceſſaria.*

5 *Agrorum diuiſio vberiorem culturam reddit.*

6 *LIBRI Huius partitio: & num.11.*

7 *Perſonarum ſpecies diuerſæ.*

8 *Clerici ſeculares vt fori priuilegio gaudeant, quæ requiruntur: & quid in coniugatis?*

9 *Seruilis conditionis an poſſint fieri clerici,vel religioſi?*

10 *Secularium perſonæ quotupliciter diſtinguantur?*

12 *Definitio (teſte Cic.) ſemper in qualibet re,de qua tractatur,præcedere debet.*

SÆPE cogitanti mihi quid nam de eis ſtatuendum eſſet, qui poſt commiſſa aliqua crimina ſub Eccleſiaſticã confugiunt Tutelam,cum nihil certum, aut indubitatum,vel iure definitum ſuper huiuſcemodi re a Iureconſultis,ſeu Legiſperitis traditum ſit,ſed eorum ſcripta modo huc,modo illuc, ac inter ſe hic inde labefactant, accidit, vt quadam die præ manibus quendam haberem tractatum,qui inſcribitur, SVMMA BVLLARII, cuius auctor eſt Excellens V. I. D. Dominus Stephanus Quaranta; quem dum legens reuol-

 uerem,

uerem, quandam, Deo duce, reperi Conſtitutionem Fel. Record. Gregorij XIIII. Qua reformatur Ius vetus ſuper illa Immunitatis Eccleſiaſticæ parte, quæ in fauorem Reorum omnium, ac quorumvis criminum, præter *quædam* exceptis, introducta fuit, vbi etiam abuſus, & iudicum ſecularium facultas reos ab Eccleſijs, alijſuè Pijs Locis extrahēdi prorſus tollitur, etiam in caſibus inibi exceptis: qua de re melius infra, ſuo loco Cap. VI. dicetur. Hęc autem Conſtitutio Gregoriana legi poterit in dicto tractatu Summa Bull. ſub titulo, Reuerentia Diuinorum. folio mihi, 453. in nouis impreſſis Anno ſalutifero, 1607. in quo etiam tractatu quædam aliæ ſuper quibuſdam criminibus habentur declarationes, quæ ſuis locis tradentur. Sed cum his proximis diebus præteritis, in menſe Iunio, 1609. quædam commentaria viderim ſuper Eadem Conſtit. edita ab Alexandro Ambroſino, animaduerti, quòd in præcit. Sum. Bull. non reperitur integra, ſed in parte diminuta; ideo neceſſe fuit, ea, quæ ibi desūt, Hic ex eodem Ambroſino ſuperaddere, quibus longius iter, quàm cœperam, perambulare conatus ſum. Et quoniam in prædicta Cōſtitutione caſus ferè omnes exprimuntur, quibus criminum rei ab huiuſmodi Eccleſiaſticæ Immunitatis beneficio excluduntur: reaſſumptis inde viribus, ſuper Eadem aliqua ſcribere propoſui: Quæ Conſtitutio cùm ſimilis ſit illis Canonibus collocatis ſub tit. 49. in Libr. 3. Decretalium Gregorij IX. qui de eadem peragūnt re, prout melius in diſcurſu Præſentis LIBRI videbitur: ideo Eandem ibidem fore collocandam putaui.

HINC ERGO EST, QVOD PRÆSENS TRACTATVS IN LIBRVM TERTIVM DECRETALIVM INSCRIBITVR.

Sed vt res clarius intelligatur, Eandēmet Conſtitutionem Hoc in Prooemio tradere deſtinaui, cuius tenor talis eſt.

CONSTITVTIO S. D. N. GREGORII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE DECIMIQVARTI.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ad perpetuam rei memoriam.

1 CVM † aliàs nonnulli prædeceſſores noſtri, & præcipuè Fel. record. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. ſancto zelo ducti diuerſas facultates, & indulta extrahendi, etiam in caſibus quibuſdam a Iure non expreſſis, ex Eccleſijs Criminoſos, & Delinquentes compluribus ſecularibus Principibus, eorumque Curijs, & Magiſtratibus ſub varijs modis,

modis,& formis conceſſerint,prout in illis pleniùs continetur. Experientia poſtmodum docuit,tùm ob diuerſitatem,& differentiam huiuſmodi indultorum: tùm quia plerique eorundem Principum miniſtri ex hoc ipſo illa diuerſimodè,*etiam* latiùs, quàm par erat, & ad ſuum libitum interpretandi occaſionem arripuerunt, illiſquè abuti cœperunt, ſubortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis Libertatis,& IMMVNITATIS ECCLESIASTICAE perturbationem, & confuſionem; alibi verò nec ipſos quidem laicos indultis huiuſmodi, vt voluiſſe,aut potuiſſe,quod Populis inueterata erga Eccleſias reuerentia,deuotis,& aſſuetis,ſcandali potius, quàm quietis occaſionem præberent. Illud etiam adſurdum ſæpenumerò ſecutum eſt, vt infimæ interdum conditionis laici non modo iuris, ſed etiam literarum penitus ignari, & imperiti, dum quaſi poteſtates, aut miniſtri Curiæ ſeculares in aliquo Caſtro,aut Oppidulo iuriſdictionē exercebant,facultatem,& indultorum huiuſmodi limites longè exceſſerint, eaque ſuo arbitratu in ſenſus minùs rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorſerint, & illorum prætextu quicquid ſibi in mentem venit,attentare præſumpſerint,in graue Iuriſdictionis,& IMMVNITATIS ECCLESIASTICAE præiudicium,locorum, & perſonarum Diuino cultui dicatarum contemptum,Ipſius DIVINAE MAIESTATIS offenſam,& ſcandalum plurimorum.

Quare pro commiſſo nobis a Domino Paſtoralis officij munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere,omnemq; dubitandi,ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica Iura planè conculcentur,& negligantur,opportunè prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter ijſdem de cauſis motus ſtatuere decreuerat,licèt morte præuentus hoc adimplere nequiuerit; ita tamen, vt quando præſens temporum calamitas,& nimia,quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit:aliquid etiam ad terrorem delinquentium,& ad coërcenda illorum facinora,vltra id,quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præſcripſerat, in quibuſdam caſibus congrua moderatione adhibita permittamus.

Hac itaq; noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, omnia, & quæcunq. priuilegia, indulta, & gratias,tam per dictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoſcunque noſtros prędeceſſores,aut noſmetipſos,Se-

demq. Apoſtolicam, eiuſuè Legatos ſuper abducendis, vel extrahendis Ab ECCLESIIS, MONASTERIIS, SACELLIS, DOMIBVS REGVLARIBVS, ET SECVLARIBVS, LOCISVE SACRIS, AVT RELIGIOSIS, aliaſque in caſibus a iure permiſsis, hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum Reis, aut Fraudolentis Decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſsimis, ac neceſſarijs, & æquipollĕtibus caſibus in Iure expreſsis, atq. ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuò, vel ad certum nondũ elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, ſeu aliàs quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta, literaſq. Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma, Breuis, ſeu aliàs quomodocunque deſuper confectas; quarum tenores hîc haberi volumus pro expreſsis, ac ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantùm formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Eccleſias, Locaquè Sacra, & Religioſa prædicta confugientibus; *Si fuerint*

PVBLICI LATRONES, VIARVMQVE GRASSATORES, QVI ITINERA FREQVENTATA, VEL PVBLICAS STRATAS OBSIDENT, AC VIATORES EX INSIDIIS AGGREDIVNTVR; *Aut,*

DEPOPVLATORES AGRORVM; *Aut,*

QVIVE HOMICIDIA, ET MVTILATIONES MEMBRORVM IN IPSIS ECCLESIIS, EARVMVE COEMITERIIS COMMITTERE NON VERENTVR; *Aut,*

QVI PRODITORIE PROXIMVM SVVM OCCIDERINT; *Aut,*

ASSASSINI; *Vel,*

HAERESIS; *Aut,*

LAESAE MAIESTATIS IN PERSONAM IPSIVSMET PRINCIPIS REI, *IMMVNITAS ECCLESIASTICA* NON SVFFRAGETVR.

Sed vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cęteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prǽlatis, tam ſecularibus, quàm cuiuſuis ordinis regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, & pręcipimus, vt laicos in caſibus prędictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, Domos, &

alia

alia Loca ſupradicta Sacra,ſeu Religioſa,reſpectiuè confugientes,& in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumuè aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur,quando a Curia ſeculari fuerint requiſiti,vel quilibet eorum fuerit requiſitus,miniſtris,& officialibus Curiæ ſecularis abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curent. & faciant: & quilibet eorum curet,& faciat.

Ne autem Curia ſecularis prędicta miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur, attributa, & per præſentes reuocata abutatur, volumus, dictaq; auctoritate decernimus, & declaramus,vt Curia ſecularis, eiuſq. iudices,& officiales ab Eccleſijs, Monaſterijs, Lociſq. Sacris prædictis laicum aliquem,vt præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licētia Epiſcopi,vel eius Officialis,& cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habētis, ad quos ſolos,& nō alios Epiſcopis inferiores, etiā ſi aliàs Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut Cōſeruatores ab hac Sedę ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat; occurrente autem caſu in loco exempto,& nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio,& non ad alios,capere,extrahere,aut incarcerare non poſsint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperiùs expreſsis culpabiles tradere, aut capturæ incarcerationi interuenire, & aſsiſtere recuſauerint: tuncq. reuerentiæ Eccleſiæ,& Locis Sacris debitæ memores,prædictos delinquentes minori, quod id fieri poterit,cum ſcandalo, & tumultu, extrahere curent; Quodquè delinquentes laici prædicti poſtquàm,vt prẹfertur,ab Eccleſijs, Lociſuè Sacris extracti,& capti fuerit, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere,ac opportuna cuſtodia data illis,ſi opus fuerit, per Curiam ſecularem,detineri debeāt: nec inde abſtrahi,Curiæq; ſeculari prędictæ conſignari, nec tradi poſsint, niſi cognito prius per Epiſcopum,ſeu ab eo deputatum,an ipſi verè crimina ſuperiùs expreſſa cōmiſerint; tuncque demum de mandato Epiſcopi per iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſeculari,quacunque appellatione poſtpoſita, conſignentur.

De Crimine verò Hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticū tota pertineat:neq. in ea Curia ſecularis ſe quoquomodo intromittat.

Sicuti etiam prohibemus,Ne contra Eccleſiaſticas Perſonas Seculares,

res,aut cuiuſuis ordinis,vel militiæ,etiam S. Ioannis Hieroſolymitani Regulares, quoquomodo etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum,aut conceſsione,quæ omnia ad terminos Iuris,per præſentes reducimus,procedant,aut ſe intromittant, illaſuè ab Eccleſijs,Monaſterijs, Domibus, Lociſq. Sacris, aut Religioſis, etiam in caſibus in hac *Conſtitutione* expreſsis,extrahere,abducere,capere,carcerare,aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinẽtibus, aliàs quàm de iure,& per priuilegia eiſdem ordinibus, aut militijs conceſſa, permittitur,quomodolibet præſumant.

Quod ſi quis quacunq; dignitate,& auctoritate præditus præmiſſorum,aut alio quouis prætextu quicquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras,& pœnas eaſdem incurrere,quæ contra Libertatis, Iuris, & Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones, & Conciliorum generalium, noſtrorumque prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ: Sicq. per quoſcunq. iudices, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,& S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,in quauis cauſa,& inſtantia iudicari, & diffiniri debere; necnon irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunq., quauis auctoritatè ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtãtibus præmiſsis,tam Sixti,& Pij Quinti quàm aliorum quorumcunq. Prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis, priuilegijs, indultis,& facultatibus,quibuſuis perſonis,etiã Imperiali, Regia, Ducali,aut alia quauis dignitate,& auctoritate fulgentibus,aut Rebuſpublicis,Dominijs, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis, eorumuè Curijs, Parlamentis,Senatibus,Conſilijs,Cõmunitatibus,Vniuerſitatibus,Collegijs,aut Præſidẽtibus,Proregibus,Gubernatoribus, Locatenentibus,Vicarijs,Poteſtatibus,alijſq. Magiſtratibus,Officialibus,Miniſtris,aut Conſiliarijs ex prædictis,vel alijs etiam grauioribus, & vrgentioribus cauſis: tam illorum intuitu, & contemplatione, ſiuè ad eorum preces, & inſtatiam: quàm etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia,deq. Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine; ac per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & Fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, & cum quibuſuis præſeruatiuis,reſtitutiuis,mentis atteſtatiuis,derogatoriarũ derogatorijs, alijſq. validiſsimis,efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus

tibus, & alijs decretis, etiam ſi inibi caueatur expreſsè, quòd illis, niſi ſub certis modis, & formis,& niſi de expreſſo eorum conſenſu, ad quorum fauorem conceſsæ fuerint, derogari poſsit;& aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momenti: & aliàs quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis,& innouatis; Quæ omnia,& ſingula, ac illorum tenores pro expreſsis habentes; quatenus præmiſsis in aliquo aduerſentur,aut plures,quàm ſuperius expreſſos caſus contineant, auctoritate,& tenore pręmiſsis, omnino, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos pręſentis Conſtitutionis, quo ad ſuperius deſcripta duntaxat reducimus, & nolumus cuiquam de cętero ſuffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali, per quæ pręſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earũ quomodolibet valeat impedire. Vt autem pręſentes Literæ ad omnium notitiam faciliùs deducantur, mandamus illas in Valuis S. Ioann. Lateran. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe; necnon Cancellariæ Apoſtolicę de more affigi,& publicari, earum etiam exemplis inibi affixis, & dimiſsis; ac poſt publicationem huiuſmodi volumus, & decernimus, vt omnes,& ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctēt, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatę fuiſſent: earundem verò pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis eandem fidem in iudicio, & extra illud, vbiq. gentium, & locorum haberi volumus, quę eiſdem originalibus Literis haberetur, ſi eſſent exhibitę vel oſtenſę.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę moderationis, pręcepti mãdatorum, decretorum, reductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationes, abrogationes, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo primo, Nono Kal. Iunij. Pontificatus noſtri Anno primo.

L. Dat.

M. Veſtrius Barbianus.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexijs.

HAC

HAC igitur CONSTI-
TVTIONE ſatis ap-
parebit quantum Do-
ctorum diſtent ab Ea-
dẽmet opiniones: Qui-
dam enim, *pro vt diximus ſupra in Præfat. ad Lector.* nedũ non contenti
Eam controuertere, ſed penitus Eidẽ
contradicere auſi ſunt, quos ſuis tra-
demus locis. Quare ſciendum in pri-
mis, quòd cum Hæc Res, de qua tra-
ctãdum eſt, ſit Eccleſiaſtica, ideo Cæ-
2 ſarum † deciſionibus non egemus, cũ
enim in eius pręiudicium nihil diſpo-
nere valeant; *Rebuff. Tom. 2. ſuper
Conſtit. de Immunit. Eccleſ. art. 1. Glo.
2. num. 5. plures refert Couar. Variar.
reſol. cap. 20. aliàs vlt. num. 3. in princ.
& poſt eum, alioſq. infinitos Farinac.
pract. quæſt. crimin. lib. 1. Quæſt. 28.
num. 6.* nec mirũ ſi Papa quoad Hanc
Rem deroget Principum ſecularium
poteſtatibus, cũ aliàs ad ipſos Prin-
cipes aduerſus criminantes coercio
ſpectet, & liberatio, *latiſſimè Clar. in
§. fin. quæſt. 59. per tot. & poſt eum,
alioſque quamplures Soar. in ſua Collect.
comm. opin. lit. P. num. 257.* quia pote-
3 ſtas † Summi Põtificis a Deo imme-
diatè illi tributa eſt, dum Chriſtus di-
xit Petro: Paſce oues meas. vt inter
DD. copioſè refert Felin. in cap. Ca-
nonum ſtatuta. *a princ. vſq. ad num.*
13. ſupra de Conſtit. & ibi etiam re-
miſſiuè *in cap. Tranſlato. nu. 9. dict. tit.*
vbi Canones, ait, omnes homines li-
gare: *ibiq. plures theologos citat. Abbas
etiam in cap. 2. num. 6. & Additiones
ad eundem. ſupra, de Tranſlat. Epiſc. &
ad ſaturitatem videri poteſt Caiet. in
Addit. ad Opuſc. D. Thom. in tract. de
Auctoritate Papæ & Concilij. latiſſimè
etiam Couarr. in Regula, Peccatũ. part.
2. §. 9. ferè tot. præſertim, nu. 7.* Quod
autem dictum eſt de ſecularibus po-
teſtatibus, intelligitur de omnibus, e-
tiam non recognoſcentibus aliquem
in ſuperiorem: quia hi quoque Papæ
ſubſunt *Abb. in cap. Quoniam. num. 1.
ſupra, de Conſtit. & plenè per Felin. ex
relatis in cap. Nouit. num. 4. ſup. de Iu-
dicijs. vbi etiam idemmet Abb. in num.
6. cum aliqq. ſeqq.* Hinc cum tota Res
Hæc pendeat ab Eccleſia, cuius Iuriſ-
dictio, & Poteſtas in Summo reſidet
Pontifice: idcirco ab Hac Pontificia
CONSTITVTIONE nõ recedam:
ſed Eadem pro baſi, & fundamento
Pręſẽtis Libri vtar; Quæ ſanè CON-
STITVTIO, vt melius, faciliuſque
poſſet intelligi, diuidenda eſſet, nam
4 Partitio † (teſte Accurſio *in Princ. In-
ſtit. §. Igitur. in verbo, Partiri.*) ani-
mum legentis incitat: mentem intel-
ligentis præparat: memoriam artifi-
cioſè reformat: & ſecundùm Iuſtini-
anum *in §. Alio. Inſtit. Quib. mo. te-
ſtam. infir. & in §. Sed ne in primis. de
Legatis.* difficultas ex permiſta tradi-
tione procedẽs per ſeparationem ex-
plicatur; quemadmodum & agro-
5 rum † diuiſio vberiorem culturam
reddit, *l. Gaius. § . . . ff. de Leg. 2.*
Hinc Prædictam Gregorij CON-
STITVTIONEM diuidere opor-
teret, ſed quia permixtim in Ea om-
nia, quæ ad Hanc Rem pertinent, tra-
duntur, ne diuidantur ea, quæ ſimul
cohærent, & ad vnius perfectionem
tendunt, vel ad eundem finem con-
currunt, literam Ipſam non diuidam,
ſed vtiliora colligam, quæ ſecundùm
ſubiectam materiam ordine ſuo col-
locabuntur.
6 Itaq. viſum mihi eſt Hoc † pręſens
Opuſculum, Quod Liber Primus
IMMVNITATIS ECCLESIA-
STICÆ dicitur, in tres Principales
Partes diuidere; quarum Prima tra-
ctabit de Perſonis, q̃ ad Huiuſmodi
IMMVNITATIS beneficium ad-
mittuntur: Secunda verò Pars quæ-
dam indicabit Loca, ex quibus præ-
dicta prouenit IMMVNITAS;
Tertia

Tertia demum Delicta, ſeu Crimina
declarabit, quibus Prędictæ Perſonæ
Eadem IMMVNITATE priuan-
tur: Quæ omnia ex Eadem Conſti-
tutione colliguntur.

Dixi velle primum *de Perſonis* a-
7 gere, ob diuerſas † perſonarum ſpeci-
es; inter quas nonnullæ ſecluſæ viden
tur ab huiuſmodi Priuilegio, vt ſunt
Infideles, & Eccleſiaſticæ perſonæ, de
quibus eſt maxima inter Doctores
altercatio; Vnde pro euidentiori de-
claratione ſcire conuenit duplicem
eſſe Perſonarum Speciem: alterã Ca-
tholicarum: alterã verò Infidelium:
Rurſus Catholicæ perſonæ ſubdiui-
duntur in Eccleſiaſticas, & Seculares;
ſed illæ Eccleſiaſticæ licèt inter ſe ſe-
cundùm quid differre videantur, ni-
hilominus quo ad Hanc Rem omnes
ſunt æquales.

Vnum tamen notandum eſt, quòd
8 Clerici † Seculares, qui tantùm qua-
tuor Ordinibus ſunt initiati, niſi ali-
cuius Eccleſiæ ſeruitio ex mandato
Epiſcopi fuerint deputati, dummo-
do habitum deferant, & tõſuram: vel
in Seminario Clericorum, aut in ali-
quã Scola, vel Vniuerſitate de licen-
tia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores
ordines ſuſcipiendos, verſentur, fori
priuilegio non gaudent: ſic ſtatutum
extat in Sacroſancto Concil. Tridẽt.
Seſſ.23.cap.6.de Reformat. inter quos
includuntur etiam Clerici Coniuga-
ti, qui cum vnicis, & virginibus con-
traxerũt, iuxta Cap. 1. de Cler. Con-
iug. lib. 6. dummodo habitu, tonſu-
rauè incedant, & ſimiliter alicui in-
ſeruiant Eccleſiæ, prout habitum eſt
de alijs Clericis *ex eod. Cap.6. d. Con-
cil. Triden.* Quomodo verò intelliga-
tur prædictum Cap. 1. de Clericis cõ-
iug. & in quibus caſibus locum ſuum
obtineat, habetur plenè in Secundo
Libro ſequẽti Huius Pręſentis Tract.
*regula.3.limit.1.cum verſic.ſeq.incip.
Hinc eſt. ſub Cap.* 2. Vbi de Bigamis
agemus; quare niſi hæc concurrant,
pro laicis quo ad forum habendi sũt.

Seculares autem Perſonæ in tripli-
cem quoque ſubdiuiduntur ſpeciem:
nempe in liberas, inter quas adhuc
connumerãtur Clerici ſeculares, quia
9 Seruilis † condictionis ad ſtatum Ec-
cleſiaſticum peruenire prohibentur,
hoc eſt, neque Clerici, neque alio mo-
do Religioſi fieri poſſunt: de quo ſatis
apertè quamplura locuntur Iura, *vt
eſt text. in Canone Apoſtolorum, 81.
text. in c. vlt. verſ. Qui ſeruili condicti-
oni. Diſt. 51. Item in Summa, Diſt. 54.
cum c. 1. & ſequ. c. De ſeruorum c. Si
quis obligatus. c. De rebus. in fine cum
duob. c. c. ſeqq. c. Generalis. & c. Ad-
mictantur. d. Diſt. 54. Item Diſt. ſequ.
55. c. 1. verſ. Vel ſeruilis 26. quæſt. 1.
c. Qui vero. §. & neminem. Et tandem
facit Titulus ille generalis, ſup. de Ser-
uis non ordinandis. cum iuribus ibidem
ſubnixis: præcipuè tex. in cap. 1. & in
c. Conſuluit.* Et quamuis reliquæ Per-
ſonæ Eccleſiaſticæ, præter prædictos
Clericos, de his quoque liberis eſſe
debeãt: nihilominus vt ad illum per-
uenerunt ſtatum, cum velle, nolleq.
careant, non poterunt amplius in ea-
rum numero computari: de quo ſatis
infra, in Lib. ſeq. (Deo duce) loco ſuo
10 dicemus. Secularium, † inquam, Per-
ſonarum triplex eſt ſpecies: quædam
dicuntur liberæ: quædam libertinæ:
quædam autem ſeruæ, *l. Manumiſſi-
onem. ff. de Iuſt. & iu. & tot. tit. Inſtit.
de Iure perſonarum.*

Infideles verò penitus vnius ſunt
condictionis, *vt ex Tit. Titulus ille ge-
neralis, inf. de Iudæis, & Saracenis. &
tradit Boer. Deciſ. 10. nu. 4. cum duob.
numm. ſeqq.* quare quod dicitur de
Iudæis, idem dicẽdum eſt de Turcis,
Mauris, alijſq. ſimilibus, *Nauar. in
Manu. cap. 25. num. 20. in princ. qui in
terminis noſtris locuntur.*

Secundò agendum eſt de Locis ipſius Immunitatis, quia plura ſunt Loca in Hac CONSTITVTIONE compræhenſa, vti loco ſuo apparebit: at quoniam a Doctoribus valde controuerſum de illis eſt: ideo in Secunda Parte Principali de eis dicetur.

Poſtremo de *Delictis*, aut Criminibus agam: hac ratione, nam poſtquam Delinquentium † perſonæ co-
11 gnoſcent ſe liberari poſſe a manibus Iudicum temporalium, Loca non ignorent, ad quæ confugere poſſint: ſed quia non omnes, qui delinquunt, ſolent Huiuſmodi Priuilegium conſequi, quia grauia patrantes crimina, quorum nos meminerimus, quamuis ad ea fugerint Loca, illorum Immunitate priuantur; idcirco in Vltima Parte de eiſdem Criminibus tractatur. Quib⁹ cognitis, ac declaratis, Iudex ſecularis conqueri poterit apud Iudicem Eccleſiaſticum, vt Eas Perſonas ad ſuum velit remittere forum.

Quod ad perſonas attinet, traditur infra, Cap. III. de Locis, dicetur Cap. IV. & de Criminibus, Cap. V. reliqua verò Capita præcedentia, hoc eſt, duo proxima ſequentia, Primum, & Secundum: item Sextum, & Vltimum, quod eſt Septimum, traduntur hic ad illorum Trium, nempe 3. 4. & 5. corroborationem, atque maiorem intelligentiam. Ne longius itaque, quam par eſt, tranſcurramus, omiſſis cæteris præludijs, quæ parui ſunt momenti, id ſolummodo tradam, quod magis expedire videbitur: ſed vt res
12 melius pateat, a Definitione † inchoandum eſt, ne ignoretur de qua re diſputandum ſit: quod & Cic. *lib.* 1. *Offic.* teſtatur dicens: Omnem, quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re, inſtitutionem, debere a definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit, de quo diſputetur; Sed quoniam nobis agendum eſt de quodam Iure Eccleſiæ, Quod ſecundùm Canones dicitur, IMMVNITAS, vt patet in Titulo generali Tertij Lib. Decret. & aliorum; ideo, vt ab eius inchoetur Definitione, ſcire conuenit:

IMMVNITAS IN GENERE QVID SIT. ET DE QVA TRACTETVR IN HOC LIBRO, QVAEQVE ILLA SIT: ET VNDE DICATVR.

SVMMARIA.

1 *Generis cognitio ad ſpecierum cognitionem præcedere debet.*
Per ſpeciem illi derogatur, num. 14.
Inter genus, & ſpeciem multum intereſt, num. 15.
Subijcitur etiam ſpeciebus, num. 17.
2 *Specialia generalibus inſunt.*
3 *Immunitatis generalis Definitio.*
4 *Obligatio quid?*
5 *Ius ſumptum per methonymiam.*
6 *Vinculum quid?*
7 *Obligatio vnde dicta?*
8 *Tutor datur in vitus.*
9 *Tutelam non cogitur ſuſcipere ſeptuagenarius. Item,*
Abſens cauſa reipublicæ: & num. ſeq.
11 *Tallias, & collectas, ſiue gabellas ſoluere nō cogitur q filios duodecim habet.*

12 *De-*

12 *Delinquentes pœnam ſoluere debent.*
13 *Capite minutus non liberatur a pœnis.*
16 *Corrupti appellatione quid continetur?*
18 *Tituli Generales tractãtes de Hac Immunitate. Itẽ, Specialis hu9. Lib. n. 19.*

Cap. I.

QVONIAM ad cognitionem † ſpecierum debet pręcedere cognitio
1 generis, *l. 1. ff. Si certum pet. vbi communiter DD.* ideo
Tractaturos de quadam ſpecie Immunitatis, priùs noſſe oportet, quid
nã ſit Immunitas in genere ſumpta,
2 cum ſpecialia † generalibus inſint, *l. Semper. ff. de Reg. iur.* Qua propter.

3 IMMVNITAS † nihil aliud EST, niſi IVRIS RELAXATIO, QVO QVIS ANTEA ADSTRINGEBATVR.

Dico. (RELAXATIO) ad differentiam obligationis: quem admo-
4 dum enim Obligatio † eſt iuris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundùm noſtræ ciuitatis iura, *Inſti. eo. ti. de Oblig. in princ.* ita è conuerſo, hic, Relaxatio ſumitur pro illa indulgẽtia, quam lex concedit aliquibus perſonis, vt a munerum ſubitione liberentur; ſed de hoc plenius inf. §. 4. dicetur.

Dixi (IVRIS) quia quod iure pręcipitur, ſubire neceſſe eſt: vnde Ius
5 † ſumitur per metonymiam, continens, ſcilicet, pro contento: ſicuti, & Pomponius ait in l. 2. ff. de Orig. iu. *in §. igitur. verſ. ita in ciuitate.* ibi: Aut Iure. i. Lege conſtituitur, &c. & ſicut in definitione obligationis Vinculum
6 ibi, metaphoricè, ponitur, eſt † enim propriè Vinculum reſtis, ſiue funiculus, quo res aliqua alteri eſt alligata; vt igitur homo rem aliquam funiculo alij alligat, ita Ius quoque contractu, vel delicto interueniẽte homines inuicem ligat ad præſtandum ea, de quibus inter eos conuenit, vel quod lex ſtatuit; Ita iuris ligatio dicitur o-
7 bligatio: vnde & † a ligando nomen traxit. Quare cum Delinquentes iuri ligati ſint, vt. ſ. quod iure præcipitur, ſubire oporteat: inde fit poſtmodum prædicta Iuris Relaxatio, quæ prouenit ex Immunitate. Exempli gratia, aliquis te in ſuo teſtamento tutorem filiorum ſuorum conſtituit, iure illud
8 munus ſuſcipere debes, quia tutor † datur inuitus, *Gloſ. in verbo, Vis atque poteſtas. Inſt. de Tutel. in princ. Bart. & DD. in l. 1. ff. eo. Item Bart. in l. Illud. ff. de Tut. datis ab his. & Clariùs vltra hos allego Texx. expreſſos in l. Si quis, in fin. ff. de Mun. & honor, & in l. vlt. §. ad hoc. C. de Silentiarijs. lib. 12.* ſed proponas vnam de excuſationi-
9 bus, videlicet, quòd ſis ætate † confectus, hoc eſt, quod habeas ſeptuaginta annos, *Inſtit. de Excuſ. tut. §. Item maior. l. 2. in princ. ff. eo. & l. 2. C. Qui ata. ſe excuſa. Item l. Maiores. ff. de Iure Immun. & l. Et qui. §. cura. ff. de Vacat. & excuſat. mun.* vel quod
10 reipublicæ † cauſa ab eſſe velis, *Inſtit. eo. §. Item qui reipublicæ.* vel quandã aliam ex eis, quæ ſparſim ponuntur in libris Iuris Ciuilis; qua, vel quibus propoſitis, illud munus ſuſcipere non cogeris.

11 Item pone: aliquis † tenetur ſoluere tallias, & collectas, ſed propter numerum duodecim filiorum excuſatur ab earum ſolutione, *l. Si quis. C. de Decurio. lib. 10. de magis comm. refero Dominum Bernard. Henriq. lib. 2. Cõcl. 63. in ſuo tract. Magis comm. vide etiã infra, §. vlt. num. 13.* vnde illius iuris, quo antea adſtringebatur, fit illi Relaxatio: quod Menoch. *in Tract. de*

Arbitr. caſu,379.num.8.& duob.ſeqq.
extendit etiam ad fratrem habentis
hanc Immunitatem , ſi bona cum eo
cõmunia habeat , *& ibi allegat Natt.*
Marſil. & alios; quæ opinio non abſ-
que controuerſia trãſibit propter Gu-
bernatorum illiteraturam : ſed hanc
opinionem quamplures ſecutos eſſe,
refert Carolus Tapia *in l. fin. ff. de*
Conſtit. Princ.par.2.cap.3.nu.77. licet
contrarium verius arbitratum fuiſſe
Ant. de Padilla. *in l. 1.num.4. C. de*
Diuerſis reſcriptis,&c. poſt Bart. Io.
Plac. & Rimin. *in l. fin. C. de Mune-*
*ribus,& honoribus.lib.*10. idq̃. ſolùm
pcedere in ĩdiuiduis tradiderit:quod
& ipſe approbat.

12 Item aliquis † quodam commiſit
crimen,pœnam ſoluere debet,cum id
magna ratio ſuadeat , *l. Si a reo. §. id*
quod vulgo.ff. de Fideiuſ.(ex parte ta-
men iudicantis , non autem rei) ne
maleficia remaneant impunita , *l. Si*
ita vulneratus. §. quod ſi quis. ff. Ad l.
Aquil. ita, vt nemo,† quamuis capite
13 minutus , delictis exui poſſit , *l. 2. §.*
nemo,& l. Tutelas. §. iniuriarum.ff. de
Cap.minu. cum ad hoc facta ſint iura,
vt mala puniãtur, *c. Facta ſunt. Diſt.*
4. hic fugit ad Eccleſiam, vel ad ali-
quem Locorum infradicendorum ,
en illius pœnæ, quam iure ſoluere co-
gebatur , fit Relaxatio : & ſic de reli-
quis ſimilibus iuribus Immunitatis.
Nec poſſe dici, refert de Frãch. *Deciſ.*
713.*num.*5. eſſe contra vtilitatem pu-
blicam, licèt publicè interſit , delicta
(vt dictũ eſt) puniri : quia illud pro-
cederet,quando delicta futura remit-
terentur : quia nunc (tractans de In-
dulto generali conceſſo Regnicolis a
Catholica Maieſtate Regis Philippi
III.) non principaliter , ſed ſecunda-
riò hoc accidit.

Qua Definitione ſic ſtante , cum
plures ſint Immunitatis ſpecies , de-
ſcendere oportet ad eam ſpeciem, de
qua in Hoc Præſenti Libro tractatur,
vt inter alias ſpecies diſtinguatur ; nã
licèt verum ſit , quòd ſpecialia gene-
ralibus inſint, *prout diximus ſup. num.*
14 2. non † tamen ambigitur in cætero
omni iure ſpeciem generi derogare, *l.*
Sanctio legum. ff. de Pœn. l. In toto. ff.
de Reg. iur. & c. Generi. vbi Dynus,&
15 *DD. de reg. iur. lib.* 6. cum multum †
interſit ĩter genus, & ſpeciẽ:nam ſpe-
ciem eximi de genere placet , *l. Si pe-*
culium. in princ. ff. de Manumiſ. teſt.
exemplo , l. Si ſeruus. *la, 2. §. & cum*
eo planè. Verſ. & non negat. ff. Ad l.
Aquil. vbi Vlpianus,nõ negat, *inquit*,
16 Celſus fractum , † & vſtum contineri
corrupti appellatione: ſed non eſt no-
17 uum , vt lex ſpecialiter † quibuſdam
enumeratis generale ſubijciat verbũ,
quo ſpecialia complectatur.

Vnde ex his apparet , quòd quam-
uis qui ad Eccleſiam , vel alia Loca,
de quibus tractandum eſt , fugiunt,
Immunes dicantur , nihilominus , vt
Hæc ſpecialis Immunitas ab alijs di-
ſtinguatur Immunitatis ſpeciebus ,
ſpecialem quoq. tradere oportet De-
18 finitionem. Collectis † itaque in vnũ
omnibus Titulis Generalib⁹ de Hac
eadem ſpeciali Immunitate tractãti-
bus , vt eſt ille in Lib. I. Codicis. tit.
12. aliàs, 15. qui inſcribitur , De His
qui ad Eccleſiam confugiunt , vel ibi
exclamant : & nequis ab Eccleſia ex-
trahatur. Ac etiã is , quo de agitur in
noſtro Tractatu,nempe in Libro III.
Decretaliũ,tit.49.vbi dicitur, De Im
munitate Eccleſiarũ,Cœmeterij,& re-
rũ ad eas pertinẽtium. ad vnicã rede-
gi formam, aptiorem ad Hanc Rem,
vt eius Specialis Definitio tradi poſ-
ſit. Iura autẽ,quæ de Hac Immunita-
te locuntur,ſparſim habẽtur in Libris
Iuris: ſed plura collocãtur ſub Cauſa
17. Quæſt.4.

Sit ergo Hic ſequens TITVLVS
Generalis Huius præſentis L I B R I.

TI-

TITVLVS LIBRI I.

19 DE † IMMVNITATE REORVM, QVI SVB TVTELAM ECCLESIASTICAM CONFVGIVNT.

SVMMARIA.

1 *IMMVNITAS, de qua tractatur in Hoc Libro, quid eſt?*
2 *Pœnarum ſpecies multiplex.*
3 *Excommunicari an poſſit vnus pro alio?*
4 *Excommunicationis pœna nulla maior in Eccleſia.*
5 *Interdicti pœna an poſsit quis pro alio puniri?*
6 *Remoueri an vnus pro alio ab Altari poſſit?*
7 *Ordinari quis pro aliena culpa ꝓhibetur.*
8 *Beneficium perdit filius ob peccatum patris, ſi ei emerit Eccleſiam, etiam ipſo ignorante: non tamen a promotione remouetur.*
9 *Pœna temporalis quotuplex? Item, Corporalis quotuplex. num. 10. An quis poſſit corporaliter pro alio puniri? num. 11. & 16.*
12 *Peccata ſuos tenent auctores.*
13 *Pœna ibi, vbi & noxia eſt. Non tranſit ad hæredem, num. 14. Ad hominum emendationem infligitur, num. 15. Pecuniaria propriè quomodo vocetur? num. 19. & ſeq. Quando certa non eſt inflicta, quid agẽdum? num. 21.*
16 *Bona publicantur etiam poſt mortem rei in criminibus Hæreſis, & Læſæ Maieſtatis.*
17 *Corporalis Pœnæ, cur dicitur in hac Definitione præſentis Immunitatis?*
18 *Definitio quæ optima?*
19 *Mulsa propriè quid? Aliquãdo sũpta ꝓ pœna corporali. n. ſeq.*

§. I.

1 IMMVNITAS † Reorum, qui ſub Eccleſiaſticam Tutelam confugiunt, EST CORPORALIS POENAE RELAXATIO, QVA ANTEA ADSTRINGEBANTVR, IN ALIAM SATISFACTIONEM ARBITRIO EPISCOPI TRANSFERENDAE.

Dixi, CORPORALIS POE-
2 NAE, quia multiplex † eſt pœnarum ſpecies, ſpiritualis. ſ. & temporalis: ſed Gloſ. in Summa, 1. quæſt. 4. addit & aliam. ſ. æternam, de qua hic non agemus, cum non ſit de hoc ſeculo.

Spiritualis autem ſecundùm prædictam Gloſ. quadruplex eſt: quædã
3 enim dicitur Excommunicatio: † & illa nunquam punitur vnus pro alio,
4 24. *quæſt. 3. c. Si habes.* hac etiam † nulla maior eſt in Eccleſia, *d. q. 3. c. Corripiantur.* licet Brunellus *in Repet. cap. 1. infra, de Homic. part. 5. num. 1. in fi. cum num. ſeq.* aliter ſentire videatur: ſed hoc procedit quo ad ſpiritualia: quo verò ad temporalia verum eſt qđ Brunellus ait, vt idem *antea, part. 4. eiuſdem Repetit. nu. 38. circa finem, ibi; (Secundò principaliter.)* ſe oſtendit.
5 Alia eſt Interdicti: † & hac vnus pro alio punitur, *c. Non eſt vobis. infra, de Sponſal.* Alia dicitur Remotio ab Al-
6 tari: † & illa ſimiliter vnus pro alio punitur, 17. *q. 4. c. Miror.* Alia denique eſt

7 eſt Ordinis: † & hac etiam quis pro
alio punitur; nam propter delictum
vxoris vir remouetur à promotione,
*c. Si cuius. & c. ſeq. vbi Præpoſitus. Di-
ſtint. 34. cum alijs ſimilibus.* de qua re
plenius tractabimus in ſequenti Li-
bro, loco ſuo, cum de Bigamis age-
mus, *in Regula 2. & 3.* Item ſi pater,
8 † neſciente filio, emerit ei Eccleſiam:
ille pro peccato patris ſui, licèt non
remoueatur a promotione, perdit ta-
men Eccleſiã, *1. q. 5. c. 1.* Hactenus de
Pœnis Spiritualibus.

9 Temporalis † verò pœna duplex
eſt, corporalis, & pecuniaria; Corpo-
ralis ſecundùm prædictam Gloſ. iti-
dem duplex: quædam circa corpus
ipſum: & ea ſæpè vnus pro alio puni-
tur; quædam circa ſtatum rei, vt eſt
Seruitus, Infamia, & ſimilia; & hac e-
tiam ſimiliter punitur filius pro pa-
tre, *15. quæſt. vlt. c. Cum multa. c. 1. de
Pœn. in 6. & inf. de Hæret. per plura
iura ibi ſubnixa, cum alijs ſimilibus, vt
ſunt illa iura ſub tit. generalibus, Ad l.
Iul. Maieſtatis. in lib. Iuris Ciuilis.*

10 Adde quòd illa prima † diſtinctio
pœnæ corporalis, quæ eſt circa cor-
pus ipſum, ſubdiſtinguitur: alia eſt,
quæ infligitur a Deo pro peccatis:
alia eſt, quæ infligitur à lege humana;
11 Quæ † pro hominum peccatis a Deo
infligitur, ſæpiſſime vnus pro alio pu-
nitur, vt traditur in præcit. Gloſ. in
princ. pro qua extat illud Exodi, *cap.
20. in princ.* ibi;

» *Ego ſum Dominus Deus tuus for-*
» *tis, Zelotes, viſitans iniquitatem*
» *patrum in filios, in tertiam, &*
» *quartam generationem eorum, qui*
» *oderunt me, &c.*

Quæ verò a lege humana impoſi-
ta eſt, ea nunquam vnus pro alio pu-
nitur, *l. Crimen. ff. de Pœn. l. Sancimus.
C. eo. & l. 2. §. nullum. ff. de Decurion.*
12 & ratio eſt, quia peccata † ſuos tenẽt
13 auctores: & ibi pœna † eſſe debet, vbi
& noxia eſt, *d. l. Sancimus,* de hac pœ-
na plura iura pertractãt ſub d. Cauſa,
14 1. quæſt. 4. neque poſt † mortem rei
in hæredem tranſit, ita vt extincto cri-
mine, circa eius bona ſententia mo-
deretur, *§. Oportet autem. Auth. de
Mand. princ. coll. 3. & l. Si a pœna. ff.
d. tit. de Pœnis.* Cuius rei ratio rationis
15 eſt, quia pœna † a legibus infligitur in
emendationem hominum, quæ illis
mortuis, in quos conſtitui debet, de-
finit, *d. l. Si a pœna,* pro qua re extat
illud Gellij, *Noct. Attic. lib. 6. cap. 14.*
qui dixit tres fuiſſe rationes a philo-
ſophis in puniendis peccatis cõmuni-
ter attributas: duas verò a Platone:
quæ apud eundem legi poſſunt: niſi
16 Crimen † tale fuerit, propter quod
bona publicari debeant, vt in Crimi-
ne Hæreſis, Læſæ Maieſt. & ſimil. *ſi-
cuti in illis prædictis iuribus, de quibus
ſupra mentionem fecimus, habetur*; ſed
quamuis d. pœna ad hæredes tran-
ſeat, ſuum tamen non relinquit au-
ctorem, cum aduerſus eius bona pro-
cedere debeat executio: & tãdem nec
pœna corporalis dicitur, ſed pecunia-
ria. *Quedã alia refert Syluester in Sũ-
ma, verbo, Pœna. §. ſeu quæſtione, 23.*
Quando verò vnus pro alio puniri
poteſt, tradit Decius *in l. Nõ debet. nũ.
3. & ibi optima Additio. ff. de Reg. iur.*
& copioſe Clar. *§. fin. quæſt. 86. per
tot.* qui regulariter ait, neminem pro
alio puniri poſſe: fallit tamen in ali-
quibus caſibus, vt *in præcit. lo.* idem
Clarus refert; & quoniã a perpetran-
tibus crimina pœnæ ſolui debent, prò
vt dictum eſt: ſi huiuſmodi delinquẽ-
tes ad ea confugerint Loca, de qui-
bus dicendum eſt, fit eis prædicta Pœ-
næ Corporalis Relaxatio, quę dicitur
IMMVNITAS.

17 Dixi † etiam (CORPORALIS)
ad differentiam pœnæ pecuniariæ,
vel cuiuſuis alterius ſatisfactionis,
qua reus obligatus remanet: quamuis
enim

enim delinquentes ſecuri ſint quo ad corporalem pœnam, non tamen omnino liberantur, *c. Id conſtituimus. 17. quæſt. 4. & c. Inter alia. infra eo. iuncta Gloſ. in verbo (Ad pœnam) & alia Gloſ. ſeq.*

Quod autem dictum eſt de pœna Corporali videtur ſuperfluum, quia in d. c. Inter alia. dicitur, quòd non debet damnari ad pœnam, & ſic ſimpliciter fit mentio pœnæ; imo in illo præd. c. Id conſtituimus. quòd etiam refert præd. Gloſ. 1. dicitur, quòd ab omni genere pœnarum huiuſmodi rei ſunt ſecuri: quapropter illud (Corporalis) videretur reſecandum, cum ſit
18 ſuperfluum: Definitio † enim ſecundùm philoſophos genus, & differentias cōtinere debet, ita vt vis eius rei, quæ definitur, ſic exprimatur, vt nec quicquam deſit, vel ſuperſit, vt inter noſtrates elegātiſſimè tradit Cagnol. *in l. Omnis definitio. num. 39. ff. de Reg. iu.* Vnde dicēdum eſſet, quod ſit tantùm pœnæ Relaxatio, abſque illa adiectione (Corporalis) ſeu potiùs, vt vocant, differentia: atque ea pœna,
19 quam dixi † pecuniaria, videtur non poſſe propriè pœna dici, ſed multa: ſicuti apparet in tex. l. Aliud. §. inter multam. ff. de Verb. ſign. cuius verba ſunt hæc.

„ *Inter Multam autem, & pœnam intereſt: cum pœna generale nomen ſit omnium delictorū coercio; Multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie, Pecuniaria eſt.*

Reſp. nihilominus, in hac noſtra Definitione nihil eſſe ſuperfluum, vti per eundem §. Inter multam. in ſequentibus verbis colligitur, ibi;

„ *Pœna autem non tantùm Pecuniaria, verùm & Capitis, & c.*

Vbi dicit Alciatus, quod ex vſu, & anguſtiore ſignificatione vox illa (Multa) pro pecuniaria tantùm pœna recepta eſt: Vnde ait, aliquando
20 † vnū pro altero ſumi. Quare ſi Multa dicitur Pœna pecuniaria, ergo eſt pœna; ſi pœna; ergo optimè additum eſt in noſtra Definitione illud (Corporalis) ad differentiam pœnæ pecuniariæ, vel alterius ſatisfactionis, qua tenetur reus, poſt quàm conſecutus eſt hanc Immunitatem. Concluditur ergo, quòd illud non ſit ſuperfluum: & in his terminis loquitur pręd. Gloſ. d. c. Inter alia. in verbo, Puniendus: *& ita tenet Abbas in eod. c. Inter alia. num. 38. & ſeqq.* & ſuper hoc plures leges expreſſas habemus, *præſertim in Auth. de nupt. §. Adſcriptitio autem. in fin. verſ. ſic itaq. ibi: Pecuniaria pœna circa dotem, & c. & in §. ſeq. cum alijs quàm pluribus ſimil.* propterea remanet firma prædictæ Gloſ. diſtinctio, quæ voluit duplicem eſſe temporalis pœnæ ſpeciem.

Dixi (QVA ANTEA ADSTRINGEBANTVR) quia delinquens pœnis a legibus inflictis adſtringitur: de qua re dictum eſt ſupra in princ. in Definitione generali.

Dixi (ARBITRIO EPISCOPI)
21 quia vbi † a lege nulla certa pœna cōſtituitur, Iudicis arbitrio relinquitur, qui ſecundùm criminis qualitatem, eam infligere debet, *c. De cauſis. §. illis etiam. ſupra, de Offic. deleg. l. 1. §. expilatores. verſ. quibus quia. ff. de Effract. l. Hodie. ff. de Pœnis. & tradit plenè Viu. in ſuis Comm. opin. verbo; Iudex vbicunque. & verbo: Iudicis arbitrio.* Sed quia in caſu noſtro nulla certa pœna eſt à Sacris Canonibus conſtituta, in quam commutari debeat illa pęna, quam Delinquēs aliàs ſuſtinere debebat, ſi non ad Loca Immunitatis fugiſſet, vti apparet in cap. Reum. d. 17. q. 4. in fi. ibi;

„ *Tamen legitimè componat, quod iniquè fecit.*

Ergo, Iudicis arbitrio, hoc eſt, Epiſcopi relinquitur.

Et tandem dixi (EPISCOPI) quia Epiſcopus in ſimilibus cauſis eſt Iudex Ordinarius, vt, præter iura vetera, traditur in noſtra Conſtit. & de hac re plenius tractabitur infra, Cap. VI.

SVMMARIA.

1 *Definitio Goffredi, tradita in Summa hoc eod. Tit. noſtro, num pertineat ad Hanc Immunitatem?*

2 *Definitio Gloſ. in canone, Cum deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. in verbo. Pro violata. confutatur.*

3 *Arma extrahentes, ſeu euaginantes in plano Caſtri ad mare Panormi qua pœna tenentur?*

§. II.

IAM ſatis dictum videtur ſuper Definitione Præſentis Immunitatis: qua ſic
1 ſtante, illa † Goffredi Definitio, *tradita in Summa hoc eod. tit. noſtro*, quam nonnulli ſunt ſecuti, omitti debet, cum non pertineat ad Rem Noſtram: nam dicit Ipſe, quòd Immunitas Eccleſiaſtica eſt Libertas, quæ competit Eccleſiaſticis Perſonis, & rebus ad eas pertinentibus; ergo non poteſt cõpetere Delinquentibus, cum, vt plurimùm, dicti Delinquentes ſeculares ſint: quare cum nõ poſſit illa Definitio Huic Immunitati conuenire, fruſtra laborat Goffred. eam ad Hanc adaptare.

Præterea, ſi Immunitas eſt Libertas, quæ competit Perſonis Eccleſiaſticis, non videtur competere poſſe Eccleſiæ pro rebus ſuis: & nihilominus Goffred. *eod. loco* ſub eadem Definitione vult compræhẽdi res etiam Eccleſiæ: quod latiſſimè examinat; ſed illud eſſe puto propter iura ſubnixa Eidem noſtro præſenti Titulo, quæ de Triplici Immunitate pertractant, quæmadmodum diuiſus eſt Totus Hic Noſter Præſens TRACTATVS, vt in principio Huiuſmet LIBRI oſtenſum eſt. Sed quòd prædicta Definitio non conueniat, niſi ſolis Perſonis Eccleſiaſticis, patet ob relatiuum, EAS, ibi poſitum, quod habet relationem ad dictas Perſonas, non autem ad Eccleſias. Et tandem ſi propriè loqui volumus, prædictæ Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt verè dici Immunes, vt ex Caiet. refert Couar. *eo. cap. 20. num. 1. d. lib. 2. Var. reſolut.* de qua re fuſius in Libro Sequenti (Deoduce) dicemus. Sed tangetur infra, Cap. VI. §. 2. *in princ.*

2 Et rurſus nec mihi ſatisfacit Illa † Definitio Gloſ. in cap. Cum deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. in verbo, Pro violata. Quæ dicit, quòd eſt Priuilegiũ, quo gaudet Eccleſia, vt in Ambitu ſuo non fiat pugna, aut rapina, vel inſultus per quadraginta, vel triginta paſſus: per quadraginta Eccleſia Maior: per triginta aliæ Eccleſiæ Minores. Quæ ſanè Definitio quantum diſtet, differatque ab illa Goffredi ſupra proximè relata, per ſe patet; nec ad Hanc Rem adaptari poſſe puto, cũ diuerſũ ſit, quod in Hoc tractatur Libro, ab eo, quòd prædicta Gloſ. tradit, vel intẽdit: Tùm quia Hic agitur de fauore Delinquentium: ibi verò de quodam Iure Eccleſiæ: quod patet ex illo verbo, PRIVILEGIVM, loco generis in ipſa Definitione poſito, quod habet relationem ad ipſammet Eccleſiam, nõ autem ad Delinquentes; Tùm etiam quia prædicta Definitio vbique locorum congruens eſſe videtur, eo quòd vbique crimina perpetrari prohibentur; ſed licèt verũ ſit, quòd illud ſpeciale eſt in Eccleſijs, ob allam pœnam ſupra conſtitutam, quam, præter cõmunem, Delinquens

lucre

ſuere debet: negari tamẽ nequit, quin
tantùm ipſi Eccleſiæ prædicta conue-
niat Definitio, verùm & alijs quibuſ-
dam locis, vt ſunt nonnullæ Plateæ,
Principumuè palatia, *& alia* huiuſ-
modi, in quibus ſi *quis* enſem pugna-
ret, quamuis nullum committeret de
lictum, pœnæ capitis obnoxius eſſet:
ſicuti extat hic Panormi ſtatutum
per quandam Pragmaticalem Con-
ſtitutionem *in tom. 1. Pragmat. tit. 42.*
Pragm. vnica. vbi diſpoſitũ eſt, quòd
3 extrahentes, † ſeù euaginantes arma
in plano Caſtri ad mare tenẽtur pœ-
na obtruncationis manus, vel ad re-
migandum perpetuò, arbitrio tamen
Excellentiſſimi Proregis: & ibi etiam
fit mentio illorum, qui in eadem Ec-
cleſia ſimilia commiſerint; qua de re
plenius dicemꝰ inf. *Cap. 4. §. 7. & Cap.*
5. §. 3. Vnde cum deberet pœna rela-
xari, alia noua imponitur; Tùm de-
nique, quia nec iura ab illa Gloſ. tra-
dita locuntur in eius proprijs termi-
nis, *iuxta* Definitionem prædictam,
vt. ſ. ſi quis intra *illos* paſſus delique-
rit, aliquam pœnam ſuſtinere debe-
at, ſed totum oppoſitum ibi legitur:
nam in illo. c. Sicut antiquitùs. & in
alio c. Si quis cõtumax. dicitur, quòd
Delinquẽtes, qui fugerint ad illa Lo-
ca, inde abſtrahi nequeant: eaq. pœ-
na in ipſis iuribus contenta ſolui de-
beat a Iudicibus, miniſtris, & Officiali-
bus temporalibus inde Delinquentes
abſtrahi mãdantibus, vel eos abſtra-
hentibus.

Pro Gloſ. verò faciunt quædam
alia Iura, vt eſt tex. in cap. Si quis in
atrio. & tex. in c. Quiſquis. ea. Cau-
ſa, & quęſt. ſed quicquid ſit, nolo am-
pliùs inſiſtere in his Definitionibus;
cum ſatis liqueat, quantùm inter ip-
ſas intereſt; qua propter illi tantùm
Definitioni inhærẽdum eſſe nobis vi-
detur, quam ſupra tradidimus.

Illud autem, quod prædicta Gloſ.
dicit, hoc eſt, vt in Ambitu Eccleſiæ
non fiat pugna, rapina, &c. quomo-
do debet intelligi, declarabitur, cum
de Locis agemus.

SVMMARIA.

1 *Immunitas vnde dicitur?*
2 *Muneris ſpecies quotuplex?*

§. III.

NVNC videamus vnde ve-
niat hoc nomen, IMMV-
NITAS: Et ſciendum
eſt, quòd ex ſuperioribus
exemplis in Princ. huius Capitis, in
Definitione generali cognoſci poteſt;
ibi enim diximus, quòd gaudentes
Immunitate munera ſubire non co-
1 guntur: vnde Immunes † dicuntur,
quaſi extra munia, vel munera, ſicuti
docent Goffredus, & Hoſtiẽſis *in ſuis*
Summis hoc eod. tit. ſed ex hoc meliùs
videretur dicẽdum, Emunitas, quàm
Immunitas, pro vt loquitur tex. in d.
c. Si quis contumax. 17. quæſt. 4. &
tex. in d. cap. Cum deuotiſſimam. d.
Cauſa 12. quæſt. 2. cum alijs ſimili-
bus; vtrunq. tamen bonum eſt: Vn-
de Immunitas componitur ab, In, &
Munus, ideſt ſine munere: N, mutata
in, M; Emunitas verò ab Extra, &
Munus. i. extra munus.

2 At quoniã Muneris † ſpecies mul-
tiplex eſt, *iuxta tex. in l. Munus tribus.*
ff. de Verb. ſig. quandoque enim ſi-
gnificat Donum: aliquando Onus: &
aliquando Officium: Igitur cum di-
cimus aliquem Immunem, intelligi-
mus pro eo, qui Onera ſubire non cò-
gitur, *iuxta eandem l. Munus. ibi;*

„ *Altero Onus, quod cum remitti-*
„ *tur, vacationem militiæ, Mune-*
„ *riſquè præſtat: inde IMMVNI-*
„ *TATEM appellari.*

SVMMARIA.

1 *Relaxare quid?*
2 *Diſpenſatio quid?*
3 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
4 *Tutor a tutela excuſatus abſentia cauſa Reipublicæ, ſi deſierit ab eſſe, tutelam an recipere cogatur?*
5 *Tutelam qui propter numerum liberorũ ſuſcipere ſe excuſauit, aliquibus illorum defunctis, an iterum ad tutelam vocari poſſit? limita, num. 12.*
6 *Remittere quid?*
7 *Peccata ſemel remiſſa amplius non reuiuiſcunt.*
8 *Contritus moriens recto tramite migrat ad cælum; & num. 17.*
9 *Eccleſia de occultis non iudicat.*
10 *Ligatus qui eſt apud Deum, quandoque ſolutus apud Eccleſiam: & è conuerſo.*
11 *Textus in l. Munus tribus. in verbo, Remittitur. ff. de Verb. ſign. cum alijs ſimilibus, examinatur.*
12 *Homo peccando quid incurrat: & quid per ſacerdotis abſolutionem cõſequatur? & num. ſeq.*
13 *Abſolutionis Sacramentalis effectus.*
14 *Peccati mortalis effectus: & quomodo remittitur? num. ſeq.*
16 *Culpa remiſſa in Sacramento Confeſſionis, quid remanet?*
17 *Peccator quandoque a tota pœna liberari poteſt.*
18 *Chriſtus Ieſus plures non ſolùm a peccatorum pœnis, ſed à corporum languoribus liberauit.*
19 *Tutelæ ad excuſationem proſunt filij amiſſi in bello.*
20 *Tallias, & collectas ſoluere non cogitur qui propter numerum duodecim filiorum ſe excuſauit, quamuis illorum aliquis deficiat.*
21 *Reipublicæ intereſt ciuitates liberis repleri.*

§. IV.

SVPEREST, vt aliqua diſcutiamus in fine huius præſentis Capitis pro ſupplemẽto Definitionis Noſtri Tractatus ſuper illo verbo, RELAXATIO, eo quòd *ſecundùm præcita tam Legem, Munus tribus; & l. 2. §. remittit. ff. de Excuſat. tut. Cum alijs ſimilibus*, potiùs videretur dicendum, REMISSIO, vti voluit Nembriſenſis *in ſuo Vocabulario V. I. verbo, Immunitas*. Sed quia differt vnum ab altero, vt in ſequentibus patebit: ideo nobis viſum eſt meliùs dicere, Relaxatio, quàm Remiſſio: Relaxare
1 † enim eſt quid tenſum laxum facere: propriè idem eſt, quod non tenſum; ſiue remiſſum, vt laxa fides, laxus arcus, & ſimilia; Vnde Virg. *Æneid. XI.*

„ *Sed laxos referunt humeros lan-*
„ *guentibus arcus.*

Et quoniã Crimino ſi dum ad Tutelam recurrũt Eccleſiaſticam, vt eius incurſu Hanc conſequi poſſint IMMVNITATEM, non liberantur omnino a pœna, eò quod illa corporalis in aliam, prout diximus, debet commutari pœnam: idcirco dicere malui, Relaxatio, quàm, Remiſſio; ad
2 ſimilitudinem Diſpenſationis, † quæ etiam dicitur Iuris Relaxatio, *Gloſ. in c. Vt conſtituetur. in verbo, Detrahendum eſt. Diſt. 50. & ibi Præpoſitus Mediol. nu. 8. Abb. in cap. De multa. num. 9. ſup. de Præbendis. Tiraquell. lib. 1. Retrac. §. 35. Gloſ. 1. num. 28. poſt med.* & rectè quidem: exempli gratia, Summus Pontifex diſpenſat cum Franciſco, vt aliquam cõſanguineam ducere poſſit in vxorem: non inde ſequitur vt ea mortua, ſiue ante matrimonij contractum, ſiue poſt, aliam, eodem gradu coniunctam, ducere valeat.

Idem

Idem dicendum eſt de omnibus
ſpeciebus Immunitatis, quia ceſſan-
3 te † cauſa excuſationis, eius ceſſat ef-
fectus, *cap. Cum infirmitas. infra, de*
Pœnit. & remiſſ. cap. Et ſi Chriſtus.
circa fi. ſupra, de Iureiur. c. Poſt tranſ-
lationem. & ibi Gloſ. optima, in verbo,
Ceſſante. ſupra, de Renunc. & c. Quod
pro remedio. cum ſua Gloſ. 1. quæſt. 7. vt
puta, propoſita excuſatione tutelæ,
4 abſentiæ cauſa reip. ſi tutor † abeſſe
deſierit, iterum recipit tutelam, *l. 1. C.*
In quibus cauſis tut. hab. l. Cum ex ora-
tione. ff. de Excuſat. tut. & l. 1. C. de
Profeſſ. & medic. lib. 10.

5 Item qui † propter numerum libe-
rorum ſe excuſauit, ſi illorum aliquis
ei præmoriatur, iterum ad tutelare
munus vocari poteſt, quia filij tãtùm
ſuperſtites ad tutelæ, vel curæ proſũt
excuſationem; non autem defuncti,
Inſtit. eo. tit. §. Filij. oportet. n. viuos
eſſe, quando tutores creantur, *l. 2. §.*
remittit. ff. eo. & l. 1. C. Qui numero
lib. &. ſic de reliquis excuſationum
cauſis.

REMISSIO autem, vt voluit
Nebriſens. dici nõ poteſt, quia remit-
6 tere † eſt penitus diſſoluere, *tot. tit. C.*
de Remiſſ. Pig. & ibi plenè Azo. in Sum-
ma. atq. omnem tollit obligationem;
quia Remiſſio ſemel facta amplius nõ
reuiuiſcit, *c. Si illic. 23. q. 4. & in Iuri-*
bus ſubnixis tit. de Abolit. Cod. & ff.
item de Sent. paſſ. & reſtit. & Anton.
Gomez, Var. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 38.
per tot. reſtans, & alijs tit. de Remiſſi-
onibus. exemplo eius, quod dicitur
Deutor. 15. *in prin.* vbi habetur, quòd
Anno ſeptimo Iubilei ab eo, cui ali-
quid debebatur, debiti remiſſio fie-
bat, ita vt amplius repetere non po-
tuiſſet.

Eodem modo ſumitur infra, de
7 Pœnit. & Remiſſio. nam peccata † ſe-
mel remiſſa amplius non reuiuiſcunt;
& de hoc, preter alios ſcribentes, con-
ſule Hoſt. *in ſua Summa, eo. tit. hoc eſt,*
de Remiſſio. §. Quis poſſit facere. cum
duobus, §. §. ſeqq.

Nec obſtat quod ibi dicitur, vt. ſ.
cuique pœnitenti aliqua pœnitentia
debeat iniungi: & hoc modo pœni-
tens non liberatur ab omni pœna ob
illam remiſſionem, & abſolutionem a
Sacerdote factam: imo niſi ſatisfece-
rit in hoc ſeculo; licèt per prædictam
abſolutionem liberetur a pœna æter-
na, alia tamen temporali in Purgato-
rio ſatisfacere tenetur: vnde æquipa-
rari videntur vtraq. iura: quia etſi de-
linquentes liberantur a pœnis corpo-
ralibus, alijs tamen pęnis ligati rema-
nent; quare melius videretur dicen-
dum, Remiſſio, iuxta terminos præ-
dictorum iurium, quam Relaxatio;
Nam Reſp. quod ea iura ab Hoſtien-
ſi, & alijs relata locuntur in foro ani-
mæ, quoad ipſum Deum, quia poſſet
8 † eſſe tanta pœnitentis contritio, vt
penitus ab omni, vel tota pœna libe-
raretur, ita vt amplius neque in hoc,
neq. in altero ſeculo ſatisfacere tene-
retur: vnde ſi dies ſuos clauderet, re-
cto tramite migraret ad Regna Cœ-
lorum, *c. Qui egerit. cum ſua Gloſ. de*
Pœnit. diſt. vlt. & alijs relatis p Nauar.
in d. c. nu. 3. licèt ipſe contrarium dicere
videatur: ſed concorda prout inf. nu. 17.
9 At quoniam Eccleſia † nõ iudicat de
occultis, *c. Erubeſcant. cum ſua Gloſ.*
Diſt. 32. c. 1. §. porro. ſup. Vt Eccleſ. be-
nefic. ſine diminut. D. Thom. 1. 2. quæſt.
91. arti. 4. & poſt eum Nauar. in c. Cogi-
tationis. num. 3. circa med. de Pœniten.
diſt. 1. Concil. Trid. in c. 1. verſ. cui ma-
lo. Seſſ. 24. de Reformat. quamuis Il-
luſtriſſ. Cardin. Tuſcus *in ſuis Practic.*
Concluſ. 5. to. 3. lit. E. cõcluſ. 15. n. 3. Ex
Beroo, & alijs aliter referat: ſed nõ eſt
formaliter occultum, quod ipſe dicit,
quando. ſ. quis per oris confeſſionem
crimina, & alia intrinſeca detexerit;
quare occulta; vt verè occulta ſoli

Deo relinquũtur iudicanda, nõ alijs, ſicuti eſt Eccleſia, quæ pro eius miniſtris quo ad hãc rem intelligitur, ideo pœnitenti illam iniungit pœnitentiam, *ſecundùm ea, quæ habentur in c. fin. d. diſt. vlt. de Pænit. & ſuper hac re plura videri poſſunt in prad. Sacroſancta Synodo Trident. de Sacramento pænitentiæ. Seſſ.* 14. nam aliquando
10 contingit, quòd qui † ligatus eſt apud Deum, ſolutus ſit apud Eccleſiam: & qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus, *c. A nobis. il, 2. inf. de Sent. excom.* Idcirco Eccleſia reos, ſeu penitentes omnino non liberat; & hoc modo illa abſolutio quoad Deum potius eſt quędam Relaxatio, quemadmodum legitur apud D. Ambroſ. *in lib. 1. de Pænit. cap.* 2. relatum a Gratiano in c. Deus *de Pænit. diſt.* 1. ibi;

„ *Et RELAXANDI licentiam Sa-*
„ *cerdotibus ſuis, &c.*

Sicuti dicimus de indulgentijs, & alijs remiſſionibus, *vt habetur in Clement. vnica. in fine, de Reliquijs, & vener. ſanct.* ſed vtique ſi ſciret Eccleſia ob aliquam forte diuinam reuelationem, puto, quòd nullam aliam a pœnitente quæreret ſatisfactionem.

11 Quod † autem dicitur in d. l. Munus tribus, & alijs ſupra relatis Iuribus parui momenti eſt, quia illud impropriè dicitur remiſſum, cũ iterum ad ſubeundum cogi poſſint munera; Sed dum non coguntur, interim remiſſio eis facta videtur. Quod etiam dicendum eſt de pœnis peccatorum, & alijs, nam quoad pœnam æternam illud ius dicitur remiſſum, & ſic ſecundùm quid, non totaliter, quia homo
12 † peccando incurrit culpam, & pœnæ
13 reatum: vnde ob illam † abſolutionẽ habitam a ſacerdote conſequitur culpæ, & pœnæ æternæ remiſſionem, remanente tamen reatu pœnæ temporalis, *D. Tho. in 3. par. quaſt. 86. art. 4.*
14 *tot.* Nam quodlibet † peccatum mortale ex parte conuerſionis inordinatæ ad bonum commutabile quandam diſpoſitionem cauſat in anima: vel etiam habitus, ſi actus frequentetur;
15 Culpa † verò peccati mortalis remittitur in quantum tollitur per gratiam auerſio mentis a Deo: ſublato autem eo, quod eſt ex parte auerſionis, nihilominus remanere poteſt id, quod eſt ex parte auerſionis inordinatæ, cum hanc contingat eſſe ſine illa; & ideo
16 nihil prohibet, quin remiſſa † culpa, remaneant diſpoſitiones ex præcedẽtibus actibus cauſatæ, quæ dicuntur
17 peccati reliquiæ: poteſt † tamen aliquando contingere, vt homo tanta commotione conuerſus ſubitò perfectè conſequatur abſolutionem, vt nõ ſolùm ei remittatur culpa, ſed tollan-
18 tur omnes peccati reliquiæ, vt † de Magdalena dicit̃ *Lu. 7. Hac D. Tho. d. quaſt. 86. art. 5. in reſp. & ad. 1.* Huic exemplo Magdal. poſſent etiam addi alia multa, vt ſunt ea, quæ ex *Hoſt. in §. In quibus. d. tit. de Pænit. & remiſ.* refert Feli. *in ſuo Tractatu, ſeu Sermone de Indulgentijs. ſub nu. 1. circa med. col. 2. verſ. Item Papa imitatur, &c.* dum tradit exempla Dauidis, Petri, Pauli, & Latronis. ſed licèt verum ſit, quod hæc exempla tradiderit Hoſt. aduerte tamen quod locus a Feli. traditus mendoſus eſt, quia vbi ab eo citatur ſimilia non legũtur, ſed alibi illa refert exempla, *licèt in d. Summa. d. tit. in §. Prima igitur dicta. ſub num. 3.* qui vltra hæc a Fel. relata, alia quoque tradit, quibus ſanè addi quoque poſſent illa, *in Io. 8. in princ.* de Adultera. de Paralitico: *Matth. 9. itidem in princ. & Luc. 5. num. 18.* Item de eo, qui triginta & octo annos in infirmitate detentus fuerat, *Io. 5. in princ.* & de quampluribus alijs in Sacris Euãgeliorum libris relatis, quos Dominus Ieſus non ſolùm a peccatorum

reati-

reatibus abſoluit, verùm etiam a corporum languoribus mundauit: vt probatur illo Io. 7. *poſt num.* 23. ibi;

,, *Mihi indignamini, quia totum*
,, *hominem ſanum feci in Sabba-*
,, *tho? &c.*

Vnde D. Auguſt. *in lib. de Pœnit. relatus a Gratiano in c. Sunt plures. de Pœnit. diſt. 3. in verſic. Nunquam expreſsè.* hoc idem fatetur, hiſce verbis;

,, *Nunquam aliquem ſanauit, quem*
,, *omnino nō liberauit. Totum enim*
,, *hominē ſanauit in Sabbatho: quia*
,, *& corpus ab infirmitate, & ani-*
,, *mam ab omni contagione libera-*
,, *uit, &c.*

Et hoc cōfirmatum videtur exemplo prǽd. Paralitici (*dum inibi a Gratiano citatur Matth. d. cap. 9.*) cui ſimilia verba dixit Ieſus, quæ dixit Magdalenæ, dum inquit;

,, *Confide fili, Remittuntur tibi pec-*
,, *cata tua.*

Quare tunc diceretur propriè, & verè Remiſſio illa abſolutio. *de his vide D. Thom. d. quæſt. 86. per tot. & in Addit. ad 3. part. quæſt. 18. art. 2. tot. vbi melius, quam alibi.*

Item nec obſtat, quod habetur in §. Sed ſi in bello. Inſtit. de Excuſat. tut. & in l. In bello. ff. eo. Itē in l. vlti. in princ. ff. de Vacat. & excuſat. mu-
19 ner. quibus locis dicitur, quòd filij † amiſſi in bello proſunt ad tutelæ excuſationem, vel curæ: vnde videretur dicendum, quòd quamuis ceſſet cauſa excuſationis, non tamen ceſſat effectus; Quia reſpon. illud euenire propter legis fictionem, cum nunquā excuſationis cauſa ceſſare videatur: nam qui pro republica ceciderunt, in perpetuum viuere intelligūtur, vt ijsdem Iuribus habetur.

Idem quoque dicendum eſt de eo,
20 qui † propter numerum duodecim filiorum tallias, & collectas ſoluere ſe excuſat: quamuis enim illorum aliquis deficiat, non deſinit eſſe immunis, *iuxta relata per Bart. in l. 2. §. non ſolum. ff. de Excuſat. tut. in 2. lectura, vbi allegat Io. Andr. in regu. Decet. in Mercurial. tenet etiam Alexan. in l. Si cum dotem. §. ſi maritus. num. 6. ff. Solut. matr. & quamplures alij allegati in Addit. ad Bart. loco ſup. cit. quam opinionem communem atteſtatur eſſe Viu. in ſuis Comm. opin. verbo, Pater habens duodecim.* Nam ob reipublicæ honorem ſemper viuere intelliguntur, cum
21 maximè † eius interſit, ciuitates liberis repleri, *l. 1. ff. d. tit. Solu. matr. & Ariſtot. lib. 2. Polit. cap. 7. Plutar. in Apo. Laconicis de Lycurgo.*

His itaq. alijſuè non obſtantibus, optimè IMMVNITAS definitur eſſe, Iuris Relaxatio, vti congruentior, & magis propria ipſi Immunitati, quàm Remiſſio: Qua Definitione ſic ſtante, conſequens eſt, vt in ſequenti Capite inueſtigemus;

QVO

QVO IVRE SIT STATVTA PRAESENS IMMVNITAS.

1 *SVMMARIA.*

Couarruuiæ opinio diſcutitur, An Hæc Immunitas ſit ſolo Eccleſiaſtico Iure poſitiuo ſancita? per tot. & concluditur contra eum, præſertim in nu.69.
2 *Ius Naturale immutabile.*
3 *Leges veteris Teſtamenti morte Chriſti expirarunt.*
Limita, num.5. in fine.
4 *Leges, quæ a Chriſto Domino inſtitutæ? quæq; ex veteribus confirmatæ?*
5 *Lex vetus quotuplex?*
6 *Immunitas Hæc an ante Chriſti aduentum in lege Moyſis duntaxat fuerit?*
7 *Quomodo, & quando introducta? vna opinio, num.7.*
Altera opinio, num.8. & num.29.
Verior opinio, num.45.
Effectus Eius quo iure ſtatuatur? n.35. 36. & 37.
Populus Hebræus an Ea gaudebat, antequam a ſeruitute Pharaonis ſe liberaret? num. 59. & 60. verſ. Sin autem aliter.
A Deo limitatur, num.62.
Morte Chriſti an fuerit ſublata? n.63.
Sub quibus præceptis cõtineatur? n.66.
Diuino Iure ſancita, num.67.
An ſit ſimplex præceptum? num.70.
Brutis etiam apud aliquos conſtituta, num.73.
Romæ non eſt, niſi pro leuibus criminibus: & quare? num.74.
Miracula quædam contra eos, qui Illam tollere ſunt conati, num.79.
Quibus rationibus Euangelico iure ſancitam eſſe probatur? nu.80. & aliqq. ſeqq. præſertim, num. fi.
Semper in Templis conſtituta, nu.85.
Diuorum Ambroſij, Auguſtini, & Athanaſij auctoritate Diuino Iure ſancitam eſſe, confirmatur, num.vlt.
9 *Cadmus antiquior Hercule.*
AEgiptus ab eo readificata, num.55.
10 *Ninus quo tempore, & quis fuerit?*
Alio nomine Iupiter dictus, num.15.
Aliàs, & melius, Iouis, non Iupiter, num.20.
Dictus etiam Hercules, num.26.
Item Aſſur, num.27.
Filium quendam genuit eiuſdem Nini nomine, num.30. in fine.
Fuit etiam bellator peſſimus; & quos deuicerit populos? num.39. & 47. in fine.
De eius tyrannide plura remiſsiue, nu. 30. circa med.
11 *Niniues cur ſic dicta?*
Modo autem Niniues quomodo vocetur: & a quibus poſſideatur? num.12.
13 *Belus quis, & cuius fuerit filius?*
Item quibus, & quot nominibus vocatus? d.num.13. & num.48. cum ſeq.
Patrem ſuum Saturnum in infernum proieciſſe dicitur, num.51.
Item alius Belus, num.22.
Temporis interpellatio inter vtrunque, num.24.
13 *Nemrod Saturnus dictus, in fi.*
14 *Saturnus veluti Deorum princeps maximopere a Græcis habitus eſt; & num.51.*
15 *Iupiter idem Ninus, ſed veriùs Iouis.*
Item differt a Ioue, ſecundùm Priſcianum, num.17.
Antea Ionis dictus, num.18.
Vnde dictus? num.19.

16 Ca-

16 *Calepinus reconciliatur in verbo, Iupiter.*
18 *Iouis unde dictus?*
Idem Niuus, num. 20.
Eius hiſtoria remiſſiuè, num. 21.
23 *Danai, & AEgypti filiorum hiſtoria.*
25 *Herculis Iouis filius, aliàs Iupitris, ſecundùm Priſcianum.*
Quot nominibus appellatus? vide ſup. num. 10. & ſeqq.
Hercules plures, num. 30. remiſsiuè: & ibi etiam remiſsiuè de eius hiſtoria.
27 *Aſſur, aliàs Ninus: vide ſup. num. 10. & quæ ſequuntur.*
28 *Hieronymus Romanus natione Hiſpanus, in Tract. de Las Republicas del mundo. par. 2. Repub. Gentilica nuncupata, lib. 3. cap. 4. in princ. declaratur.*
31 *Seruitus quid?*
An Iuri Naturali omnino contraria? num. 32.
Quo iure ſtatuta? num. 33.
Quot modis capitur? num. 52.
Propriè ſumpta quo tẽpore introducta? num. 54.
34 *Dominia rerũ Iure Naturali an diſtincta? & num. 53.*
35 *Vita hominis conſeruanda dictantibus Iure Natura.*
Iure Ciuili, num. 36.
Et Diuino, num. 37.
36 *Sanguinem ſuum licet cuique redimere.*
38 *Citatio quo iure ſtatuta?*
39 *Bella multa a Nino geſta.*
Item plura de Bellis, nu. 40. circa med. remiſsiuè.
40 *Mundus totus vſquè ad tẽpus Nini dictus, Seculum Aureum.*
41 *Idolatria quomodo introducta?*
Et quis primum Idolum inuenerit, ſecundùm aliquos? num. 42.
Item quid eſt? num. 44.
Ex qua gente traxerit originem? nu. 46.
43 *Idolum primum quomodo nuncupatum, ſecundùm quendam? ſed an illud ſit verum? ibidem remiſſiuè.*
50 *Græci facto Nini plures deos colere cœperunt.*
52 *Sapientiæ cap. 14. poſt num. 15. in verbo, Seruos, declaratur.*
55 *AEgyptus a Cadmo readificata.*
Eius Reges antiquitùs quomodo dicti? num. 58.
56 *Noe poſt Diluuium quomodo terram vniuerſam diuiſerit inter filios ſuos?*
57 *Ioannes a Pineda Hiſpanus, in tract. Monarchia Eccleſiaſtica. par. 1. lib. 1. cap. 20. §. 3 in fin. confutatur.*
59 *Hebræi antequam a ſeruitute Pharaonis ſe eximerent, num Hac Immunitate gaudebant?*
In deſerto dum eſſent, Altari vtebantur, num. 60.
61 *Moyſes, & Aaron ad Altare fugerunt.*
64 *Præcepta Moralia in quibus præceptis fundantur:*
Et ad quæ reducuntur? num. 65.
68 *Rebuffus hallucinatus dum tradidit exemplum ſuper Hac Immunitate, dicens eſſe de Iure Diuino.*
71 *Matrimonij lex in Leuit. 18. ſub quibus præceptis conſtituta?*
72 *Sabbathi Sãctificatio de quibus præceptis ſit?*
75 *Papa in terris ſibi non ſubiectis quam poteſtatem habeat.*
Et in quibus ſe ingerat? nu. 76. & 78.
77 *Poteſtas Eccleſiaſtica cum Seculari diſtincta.*
81 *Miſericordia non ſacrificium vult Chriſtus.*
82 *Lex noua poſt Chriſti aduentum dicta lex gratiæ.*
83 *Adultera exemplo non eſſe Chriſti morte ſublata Præſens Immunitas probatur.*
Adultera in Templo a Chriſto liberatur num. 84.
85 *Templa, aliauè Loca Sacra Huic Immunitati ſtatuta.*
86 *Eccleſia noſtri temporis in locum Synagogarum, & Templorum Populi Hebræi conſtituta.*

Chri-

87 *Chriſtus Dominus vnius Eccleſiæ, & Iudeorum, & Chriſtianorum caput.*

Cap. II.

1 COVARRVVIAS† *lib.2. Var. Reſolut. Cap.20. aliàs, Vlt. num.2. verſic. Prima concluſio. Cum duobus verſiculis ſeqq.* arguendo tenet, quòd Hæc Immunitas ſolo Eccleſiaſtico Iure poſitiuo, nulloue alio iure ſubſiſtat.

Et primò *in d. verſic. Prima concluſio.* quòd non ſit Naturali Iure inſtituta, probat ſic.

Hæc Immunitas non eſt de primis principijs Iuris Naturalis, quæ dictãt nulli nocendum eſſe, ratione viuendum fore: nec ab his neceſſariò deducitur; nam licèt Deum colendum eſſe ad Ius Naturale pertineat, nõ ex hoc ſequitur, homicidam fugientem ad Templum, vel Eccleſiam non eſſe indè abſtrahendum, vt puniatur; ſiquidem criminum punitio Iure Naturali, Diuino, & Humano ſtabilita eſt.

2 Et præterea Ius† Naturale tolli, aut mutari humanis Conſtitutionibus non poteſt, licèt ab his declarari poſſit, ſicuti probauimus in Epito. de Sponſal.2. *par. Cap.6. §.9. num.2.* & tamen Eccleſiarum Immunitas non tantùm quo ad declarationem, ſed etiam quoad nouam conſtitutionem humanis iuribus, & legibus ſubijcitur, quod nemo negabit. igitur conſequens eſt, eam Iure Naturali ſtatutam non eſſe.

Quòd autem non ſit Diuino Iure ſancita, probat *in verſiculo ſequẽti, incip. Secunda Concluſio.* his verbis.

Immunitas Hæc Eccleſiarum Iure Diuino, quod vt Lex Diuina in Eccleſia Chriſti cuſtodiendum eſt, mi-

3 nimè ſtatuitur: Leges† etenim veteris Teſtamenti aduentu Chriſti expirarunt, *c. Trãſlato. ſup. de Conſt. tradit D.Tho.1.2. quæſt.98. art.1. & quæſt. 104. art.3. Magiſter in 4. Sent. diſt.3.* Et ideo quamuis Lege Moſayca ab Altari nullus ad punitionem criminis euellendus eſſet, non deducitur ex eo Hanc Immunitatem Diuina Lege ſancitam apud Eccleſiam eſſe: Lege verò Euangelica non eſt Hæc Immunitas ſtatuta, quemadmodum ex Sacris Euangelijs apparet, & ratione
4 probatur; quia a Chriſto† Ieſu nulla lex inſtituta fuit, præter Naturalis Iuris præcepta, niſi de his quæ ad Sacramenta, & Articulos fidei pertinent omnino, *auctore D.Tho. d.1.2. quæſt. 108. art.1. & 2. & Quolib. 4. art. 13.* ſed Iſthæc Immunitas Iuris Naturalis non eſt, nec ad Sacramenta, nec ad Articulos Fidei attinet: ergo non eſt Iure Diuino Euangelico inſtituta.

Vnde tenet, quod Iure Canonum tantùm Eccleſiæ vniuerſalis ſancita ſit: *& hoc dicit in verſ. ſeq. Tertia concluſio.* Sed quamuis hanc eandem ſit ſecutus opinionem Decianus *in ſuis Tractt. Criminn. part.2. lib.6. cap.25. num.2.* qui eadem ferè Couar. verba refert, nulla prorſus de eo facta mentione: Nihilominus Ego iiſdem argumẽtis pro viribus meis oppoſitum probare conabor, vt. ſ. ſit potius Iuris Naturalis Diuino Iure vallati, quàm ſolo Eccleſiaſtico Iure ſancita.

Et primò cum eodem argumentor
5 a Lege† Veteri, quæ in triplicem differentiam diuidebatur, *auctore eodem D.Tho. d.1.2. quæſt.99. art.4. in reſp. & per plures alios articulos ſeqq.* Continebat enim triplicia præcepta, hoc eſt, Moralia, quæ ſunt de dictamine naturalis legis: Ceremonialia, quæ ſunt determinationes Cultus Diuini: & Iudicialia, quæ ſunt determinationes iuſtitiæ inter homines obſeruãdę;

Quæ

Quæ omnia ex locis ſacræ Scripturæ ſpecificè tradit Tiraquell. *in Præfat. ad lib. 1. de Vtroque retra. num. 8. in princ.* Quantũ verò ad illa duo Præcepta, Ceremonialia ſcilicet, & Iudicialia non negatur expiraſſe Chriſti adventu, *vt idem D. Thomas docet, d. 1. 2. quæſt. 100. art. 11. in reſpon.* nam poſt eius paſſionem Præcepta Ceremonialia cœperunt eſſe nõ ſolùm mortua, idest non habentia virtutem, & obligationem: ſed etiam mortifera, ita vt peccaret mortaliter, qui ea obſeruaret, ſicuti colligitur ex eis, quæ tradit D. Thom. *quæſt. ſeq. 103. ad 1.* Præcepta verò Iudicialia ſunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi: nõ tamen ſunt mortifera, quia ſi quis Princeps ordinaret in ſuo regno illa Iudicialia obſeruari, nõ peccaret: niſi fortè hoc modo obſeruarentur, vel obſeruari mandarentur, tanquam habentia vim obligandi ex veteris legis inſtitutione: talis enim intentio obſeruandi eſſet mortifera. *Hæc D. Thom. quæſt. ſeq. 104. art. 3. in reſp. latè Tiraq. d. num. 8. & ſeq. in præcit. Præfat. ad lib. 1. de Retractu.* Quare illa duo Præcepta, Ceremonialia ſ. & Iudicialia ex ſola inſtitutione vim habent, quia antequam inſtituerentur, non videbatur differre, vtrum ſic, vel aliter fieret: ſed Præcepta Moralia ex ipſo dictamine naturalis rationis efficaciam habẽt, etiam ſi nunquam lege ſtatuãtur: ideo adhuc durant, & pertinent ad nouam legem, *idem D. Thom. d. 1. 2. quæſt. 101. art. 1. in princ. tex. in c. vult. §. his ita. Diſt. 6. & ibi latè Præpoſitus in num. 2. Gloſ. & DD. in c. fi. ſup. de Conſuetud.* Vnde in Præſenti Quæſtione opus eſt inueſtigare, num ſub Præceptis Moralibus contineatur: & an Iure Naturali, & nouo Euangelico Præſens Immunitas ſit inſtituta, & confirmata? Qua propter pro iſtorum intelligentia præmittendum eſt, Quo tempore originem habuerit: & Quomodo introducta fuerit; quibus patefactis facillimè veritas detegetur.

6 Scias ergo, Candidiſſime Lector, quòd antequam † a Deo Moyſi quædam Loca ad Fugitiuorum ſubſidia cõſtituta fuiſſent, de quibus fit mẽtio in ſacra Scriptura, *in lib. Numeri, 35. Deuter. 19. & Ioſ. 20.* inter Idolatras, & Gẽtiles, omneſque mundi gẽtes Huiuſmodi Immunitatis Ius ſtatutum inueni, vt doctiſſimè refert Frater Hieronymus Romanus Ordinis S. Auguſtini, *in ſuis Tractatibus nuncupatis, Republicas del Mundo.* dicens *in 2. Par. quæ dicitur, Republica Gentilica. in lib. 3. Cap. 4.* quàm ſit vetus Hoc Ius: & Quo tempore: & Vbi fuerit in eſſe productum, tradenſq; plures auctoritates, quæ in ſequentibus clarè apparebunt.

7 Primùm itaque refert, quòd Nini † tempore, Aſſyriorum regis filij Beli, Delinquẽtes, & Criminoſi, vt a pœnis criminum liberarentur, ad Statuam Beli, quam populus in ſui memoriam tenebat, veluti ab eo miſericordiam conſecuturi, fugiebãt; Hinc poſtea decreuit Ninus, vt Belus pater ſuus inſtar Dei veneraretur, eò quod multùm eum diligebat: Iſque Locus in Refugium Delinquentium conſtitutus eſſet, vt ad eum confugientes liberi à pœnis efficerentur. Beli autem Statua poſita erat in quodam Templo, quod Babilonij erexerunt, diuiniſquè cum muneribus eum ſunt proſecuti, *vt ait Ambroſ. Calep. in ſuo Dictio. latino. in §. Belus. ol. 1. & tradit idem Fr. Hieron. d. cap. 4. Itidem, Alphõſus a Villega in ſuis tractatibus nũcupatis, Flos Sanctorum. Par. 2. in Vita Abraham. cap. 4. in princ.*

Apud Græcos autẽ aliter ſcriptum idem Fr. Hierony. *eo. lo. in ſeqq. verbis* ait: nam legitur, quòd defuncto Her-

cule, eius poſteri veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati, reputantes ſe fore bello perſequendos ab iiſdem. quendam Athenis erexere Locum, Miſericordiæ Templum nũcupatum: vt illuc, vrgente neceſſitate, ſi fortè ab inimicis fugarentur, ſe conferre, ac inde *Saluos fieri* poſſent: vnde neminẽ per vim extrahi fas erat. hinc quædam carmina legũtur apud Statium, 2. *Theb. lib.* 2. tenoris ſequentis.

„ *Fama eſt, defeſſos acie poſt buſta*
„ *paterni.*
„ *Numinis Herculeos ſedẽ fundaſſe*
„ *nepotes.*
„ *Sic ſacraſſe loco, commune ani-*
„ *mantibus ægris*
„ *Confugium.* . . . . .

Conſtitutum fuerat Hoc Templũ cõmune cuique nationi: vt qui Illud conſtrui fecerant, ab omnibus defendi poſſent; quod cum maximæ eſſet vtilitatis, poſtmodum valde ampliatum eſt. hoc etiam, vltra prædict. Fr. Hierony. refert Couarruuias, *d. Cap. vlt. num.* 2. *verſ. Item apud eundem.* qui quædam alia carmina ex eodem Statio tradit.

Alij autem, *vt refert d. Fr. Hierony. dicto Cap.* 4.

8 Cadmum, † dum Thebas conderet, Primum ferunt Aſylum inſtituiſſe: quo perfugientes, ſiue ſerui, ſiue liberi, ab omni pœna tuti eſſent: indeq́. p vim minimè extrahi poſsẽt.

Harum verò opinionum, quæ magis veritati conſona ſit, præd. Fr. Hierony. Rom. ſe nunquam legiſſe recordatur: hoc tamen affirmat, quòd, cum

9 Cadmus † antiquior fuerit Hercule à Cadmo prius adinuentum fuiſſet; cuius ſcripta quamuis ſint maximæ auctoritatis: tamen quantum ad id, quod dicitur de Seruis, hæc Secunda Opinio non videtur ſiſtere poſſe, cum & ipſemet referat, quòd non ante, ſed Nini tempore ſeruitus fuerit introducta, *vt infra, hoc eo. lo. in ſeqq. numeris dicetur.* Nec valebit ratio illa, quæ infra traditur, vt. ſ. fortè videtur loqui de ſeruitute largo modo ſũpta, quia capitur ſermone, quod ſtrictiſſimè loquatur. Vnde quantum ad hoc affirmatem Aſylum prius ab Hercule, ſiue Nino, qui idem eſt (vt inferius dicetur) quàm a Cadmo conſtitutum: pro cuius rei intelligentia eiuſdẽmet capitis verba infra, *in fin. Libri huius, in Septimo Capite*, referre conſtitui, quorum tenorẽ qui lingua eſt hiſpana difertus legere poteſt: vbi plura de Aſylis refert: quæque gens quælibet ſibi conſtituiſſet. De his etiam videri poteſt Rebuffus, *to.* 2. *ſuper Conſtitt. in tract. Hoc eo. Tit. de Immunis. Eccle. Glo.* 1. *nu.* 3. Budæus *in l. Quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de AEdil. edicto.* & alij, quos allegat Decianus *in d. Tractat. Crimm. to.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 3. 4. *&* 5. Couarruuias, *d. cap.* 20. *num.* 2. & vndique alij.

Itaque, quo tẽpore ſecundùm præfatos Doctores Hæc præſens Immunitas introducta fuerit, colligi nõ poteſt: nihilominus ex ſetatis apparet, quaſi ab initio Secundæ hominum Ætatis Inter homines effectum habuiſſe: nam ſi verum eſt, quod de Ni-

10 no † diximus, is quidem fuit ex primis deſcendentium Noe: ipſe enim dicitur Niniuem Ciuitatem ædificaſſe, de qua fit mentio in Geneſi, *cap.*

11 10. ideoque a Nino † Niniues dicta fertur: quod eſt veriſimile, quia Ninus dicitur fuiſſe Aſſur, de quo loquitur Scriptura Sacra, *Gen.* 10. *num.* 11. dicens;

„ *De terra illius egreſſus eſt Aſſur,*
„ *& ædificauit Niniuem, & plateas*
„ *ciuitatis, & Chales, &c.*

Et ita etiam tenet Præpoſitus Mediol. *in c. Cum ad verum. num.* 2. *Diſt.* 96. *poſt med. verſ. Ninus quoque.* quod D. Euſeb. alijuè plures affirmant, teſte eodem Fr. Hieronymo *in d. Rep. Gentil.*

Gentil. lib. 9. cap. 1. col. 11. fol. 357. verſic. La Segunda Ciudad. licèt ipſe dicat, hoc non eſſe verum, ſed omnes errasſe, rationem afferens ex eadem ſacrà Scriptura *loc. cit.* quod parùm, imo nihil obſtat per illud, quod habetur inf. *in numm. ſeqq.*

Sed ex eo, quod alibi tradit idem Fr. Hieronymus Romanus, *hoc eſt inf. lib. 4. cap. 31. einſdem Reip. Gentil.* Sibi parèm conſtans videtur: nam dum tractat, quo tempore tyramnorum crudelitas ſit introducta, hoc dicit *in princ. d. cap. verſ. El primero poſt med.*

„ *Nembrot Señoreo a Babylonia, y a*
„ *el ſuccedio Belo, y Belo fue padre*
„ *de Nino, &c.*

Et alibi etiam *ſup. eo. lib. c. 1. verſic. Fue pues.* hoc expreſsè negat, dicens: Belum non fuiſſe filium Nemrod: neque Ninum eius nepotem. Et rurſus etiam alibi titubare videtur *in d. Rep. Gent. lib. 6. cap. 1. verſic. Los antiguos. circa med. ad aliam verſic. fol. 224. col. 3.* Sed tandem cum illa ſupradicta prima ſententia permanere videtur, dum de hoc ipſo fuſim, peculiarique loco pertractat, *in eadem Repub. Gent. lib. 1. cap. 1.* cuius verba huiuſmodi ſunt;

„ *Digo pues que Nembrot, que fue*
„ *el primero, que reyno, o ſubiecto à*
„ *los hombres, tuuo vn hijo llamado*
„ *Belo varon virtuoſo, el qual reyno*
„ *en Babilonia, y fue el primero Rey*
„ *de los Aſſyrios, como lo dize Euſe-*
„ *bio Ceſarienſe, en ſus Chronicas, y*
„ *en el Prologo de eſſe meſmo libro:*
„ *y a vn que algunos dizen, que no*
„ *fue Belo el primero rey, mas el ſe-*
„ *gundo: no fundan bien la verdad,*
„ *porque el Nembrot aũque fue rey,*
„ *no ſe nombra de los Aſſyrios, mas*
„ *el primero del mundo. Eſte Belo*
„ *deſpues que murio, ſiẽdo ſu muer-*
„ *te muy ſentida en gran manera do*
„ *Nino ſu hijo, determino de hazer*
„ *perpetuo el nõbre de ſu padre, &c.*

Quicquid ergò ſit, nolo amplius
hæc perſcrutari, cum parùm noſtris
prodeſſe poterunt ſcriptis. Refert aũt
12 d. de Roman. quod hodie Niniues †
Niſiuis dicitur, & a Barbaris poſſide-
tur gẽtibus. Sed quod Niniues à Ni-
no fuerit dicta; multis quoque com-
probat auctoritatibus quidam alius
Frater Ioannes a Pineda, Ordinis S.
Franciſci, in quibuſdam tractatibus
nũcupatis, Monarchia Eccleſiaſtica,
hiſpanis literis ſcriptis: quorum pri-
ma pars in octò diuiditur libros, in
quorum primo: *Cap. 20. §. 3.* legitur
13 † Belum fuiſſe filium Nemrod, & ab
nepos Noe. *de quo ſit mentio in Gen. d.*
Cap. 10. qui poſt mundi creationem,
1844. ingreſſus eſt Babilonem, voca-
tuſque eſt Iupiter, eò quod progna-
tus fuerat a Nemrod, qui Saturnus
14 dictus erat; Saturnus enim † inter
Græcos veluti Deorum Princeps ha-
bitus eſt; ac ab eo dicuntur omnes
Dij originem traxiſſe, vt ex Macro-
bio *in Satur. lib. 1. cap. 7. & Iſyd. Ethi-*
mol. lib. 8. cap. vlt. refert idem Fr. Hie-
ron. Rom. *in d. Rep. Gent. lib. 1. cap. 9.*
circa med. verſ. Tenian tambien. Vnde
Belus tanquam genitus a Saturno,
voluit & ipſe quoque inter Deos ha-
15 beri: quamuis idem Ninus † alio no-
mine Iupiter quoque dictus fuerit:
quorum alter vocabatur Iupiter Ba-
bilonis, veluti hæres ſui patris Satur-
ni: Alter autem, hoc eſt, Ninus, dictus
fuit Iupiter Aſſyriorum, qui etiam
Hercules nuncupabatur, *vt in ſequen.*
verſ. habetur. De his, atque alijs plu-
ra legi poſſunt apud eundem Fr. Hie-
ron. *in d. Rep. Gent. lib. 1. c. 4.* Hinc re-
16 cõcilianda † ſunt quæ tradit Ambroſ.
Calep. *in Dictionario ſuo latino. Verbo*
17 *Iupiter.* † qui ex Priſciano ait, quod
Iupiter facit ſuum genitiuum, Iupi-
teris, ſeu, Iupitris, non, Iouis; quia hic

eſt genitiuus a nominatiuo, Iouis: nã
18 a principio Iouis † appellatus eſt a iuuando, poſtea adiuncto altero voca-
19 bulo, dictus † eſt Iupiter, quaſi Iouis pater: quare hoc nomen competere
20 videtur Belo: Iouis † autem pro Nino intelligi debet: quæ nomina nunc confusè traduntur, ita vt vnum pro altero ſumatur; vnde cum tractamus de Belo, ſiue Nino ſub eodem nomine Iouis, neſcimus cui applicetur res, de qua tractatur: ſed hic in noſtris ſcriptis de Belo intelligimus, dum de
21 Ioue loquimur, Iouis † autem hiſtoria, præter præd. Fr. Hieron. *d. cap. 9.* breuiter a Calep. *lo. ſup. cit.* traditur.
22 Fuit † quoque quidam alius Belus, præter hunc, qui duos habuit filios, alterũ Danaum, alterũ verò Egyptum
23 nuncupatos: quorum † alter quinquaginta fertur habuiſſe filias, Belides nuncupatas: quas cum Egyptus Danai frater totidem filijs ſuis peteret vxores, Danaus reſpõdere noluit: didicerat enim ex Oraculo ſe a genero interfectũ iri; Sed a fratre coactus promiſit. In nuptiarum autem nocte filias ſubornauit, vt ſuũ quæque maritum interficerent; Virgines patri obedientes, captato tempore necarunt viros vnaquæque ſuum, excepta ſola Hypermneſta, quæ Linceo viro ſuo pepercit, qui poſtea, occiſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. Præceſ-
24 ſit † autem vnus alterum plurimum temporis, ferè ſexcenta annorum, cũ ille prior, hic poſterior fuerit: & de his legito hiſtoriographos; vide tamen d. Fr. Hierony. *in d. Repub. Gentil. lib. 1. cap. 4. col. 4.* & Calep. *in ſuo Diction. verbo, AEgyptus. & verb. Belus.*

25 Herculem † verò idem Fr. Hieron. *d. lib. 1. cap. 11.* filium fuiſſe, refert, Iouis, aliàs ſecundùm Priſcianum Iupi-
26 tris: qua de cauſa eundem † Ninum fuiſſe exiſtimaui, ſicuti poſtea legi apud illum Fr. Io. de Pineda *in d. Monarchia Eccleſiaſtica, §. 3. eiuſdem cap. 20. in princ.* Hic nũcupatus fuit Hercules Caldeorum in Babylone. Alio
27 † nomine dictus eſt Aſſur, prout ſupdiximus, & idem de Pineda *in lib. 2. ſeq. cap. 18. in princ.* oſtendit.

Vnde quod ſupradiximus de Nino, vt. ſ. ſtatuã Beli patris ſui ad Hoc ſtatuiſſet: vel de Poſteris Herculis, quos diximus Aſylum ad ſui defenſã conſtruxiſſe, pro eodem intelligitur, cum Ninus Hercules dictus fuerit.
28 Quapropter dum † prędictus Fr. Hierony. Rom. *in d. cap. 4. quod in ſi. huius Libri legi licet*, inquit;

» *Qual deſtas dos opiniones ſea mas*
» *verdadera no lo ſabria yo aueri-*
» *guar.*

non videtur erraſſe, cum fortè tres videãtur opiniones ab eo relatæ, vt ſup. oſtendimus: ſed dum ibi tractat de Nino, & poſtea ſequitur tractare de Poſteris Herculis, pro vnica tantùm ſumitur opinione: quia ſecundùm quoſdam refert, legiſſe, quòd eiuſdem Nini tempore, ſiue Herculis conſtitutum fuerit Aſylum: & ſecũdùm alios poſt eius mortem: ſed omnes conueniunt in nationibus; & ideo hæc eius fuit vna opinio: altera verò traditur de Cadmo quod inf. melius dicetur.

29 His itaque relatis, clarè † ſatis conſtat, quàm ſit vetus Hæc Immunitas apud omnes homines: nec ſolũ apud Hebræos ſtatutam eſſe probatur, ſed longius ante per multos annos, & tẽpora, ferè per totum terrarũ Orbem ſeruabatur, vt etiam præd. Fr. Hiero. Rom. *d. cap. 4. in princ.* oſtendit; Nam ſi verum eſt quod diximus de Hercule, probabiliter, ac dubio procul & paruuli, & literarum penitus expertes non ignorabunt Moyſen multis fuiſſe poſt temporibus ab ipſo Hercule, ſiue Nino Beli filio: & ſatis puerile eſſet inueſtigare rationibus, quis nam prior inter eos fuerit, cum Ninus, quẽ Aſſurem

Aſſurem eſſe diximus, Moyſen pluri-
bus præceſſerit annis, vt ex ſacræ Scri-
pturæ lectione facilè veritas colligi
poterit; nam de Aſſure fit mentio in
Geneſi, *d. cap.* 10. quæ eſt primus liber
eiuſdem ſacræ Scripturæ: poſtea in
ſubſequentibus quatuor libris tracta-
tur de Moyſe.

30 Loquor autem de Hercule † Iouis,
& Alemenæ filio, non autem de alio:
quia plures traduntur fuiſſe Herculis
nomine nuncupati, *vti legi poteſt apud
Calep. in ſuo prad. Dict. lat. in* §. *Her-
cules.*

Hic verò Hercules, qui Ninus etiã
dictus eſt, alium genuit filium eiuſdẽ
Nini nominis, ex Semiramide eius v-
xore, fuitque poſt eum rex Aſſyriorũ:
cuius hiſtoria legitur apud Iuſtinum
in princ. lib. Hiſtor. externarum.

Vnde hucuſq. ſufficit nouiſſe Hanc
Immunitatem introductam eſſe an-
tequam a Deo Moyſi prædicta loca
cõſtituta fuiſſent; & hac ratione pro-
bare conabor, quòd ſit de Iure Natu-
rali, aduerſus ea, quæ tradidimus ex
Couar. *loco ſup. cit. in princ. huius Cap.*
Nam quantum ad hoc deceptus mi-
hi videtur, eò quod putauerit ex lege
Moyſis duntaxat ortum habuiſſe, dũ
dixit, quòd non eſt de primis princi-
pijs Iuris Naturalis, quamuis referat
prædicta exempla Cadmi, & Nini,
aliorumuè, quorum hiſtorias puto
nondum veram habuiſſe notitiam:
quia ſi ſciuiſſet quo tempore prædicti
vixiſſent, cùm præceſſerint pluribus
annis, ſicut diximus, populum He-
bræum, non vtique eo modo fuiſſet
allocutus. Sicuti etiam in eũdem in-
cidit errorem Decian. *d. lib. 6. cap.* 25.
num. 4. qui poſt relata plura exempla
Huius Immunitatis inter Gentiles,
incipiens a Cadmo, a quo & ipſe vo-
luit inter illas gẽtes initium habuiſſe,
dicit, quòd fortè omnes ſupradd. mu-
tuati sũt Illud a Moyſe, qui tres illas

Ciuitates conſtituit, ad quas tutò in-
uoluntarij homicidæ confugerent;
Quòd autem a Moyſe non inceperit,
non ſolùm ex ſupradictis, ſed ex eadẽ
ſacra Scriptura probatur, ſicuti infe-
rius dicetur.

Sed primùm, eo non obſtãte, quòd
non ſit de primis principijs Iuris Na-
turalis, ex eodem Couar. a fortiori
ratione probabimus: nempe ex eis,
quæ tradit in Relectione ad Regulã,
Peccatum. *par.* 2. §. 11. *num.* 2. *& ali-
quibus ſeqq.*

Clariſſimũ.n. eſt, quòd ab initio mũ-
di Seruitus fuerit incognita: & ideo
Florẽtinus I. C. eã definit, *vt habetur
31 in l. 4. ff. de Statu hom.* quòd ſit † con-
ſtitutio Iuris Gentium, qua quis do-
minio alieno contra naturam ſubijci-
tur. & ratio eſt, quia eademmet Na-
tura omnes homines liberi naſcũtur,
d. l. 4. *in princ. & melius in Auth. Quib.
mod. natur. effic. legis.* §. *Si quis vero.
verſ. poſtea vero, collat.* 6. ſed ipſe Co-
uar. *d.* §. 11. *num.* 3. *verſ. Tertio.* Serui-
32 tutem, † inquit, non eſſe Naturali Iu-
ri contrariam, *ex D. Thom. & Turre-
crem.* hac ratione, quia licèt Seruitus
inſtituta ſit contra primam Naturæ
intentionem, quia Natura prima in-
tentione ad perfectiora tendit, nempe
vt quis ſit bonus: eius tamen ſecunda
intentio eſt, quòd ſi quis non fuerit
bonus, ſed malus, ipſiuſq. Legis Na-
turalis rationem prauis moribus con-
tempſerit, puniatur quidẽ; ſic Serui-
tus ſecundùm Naturam inſtituta eſt,
ad puniendum peccantem.

Concludit tandem *in verſ. Sexto.
33 ſeq.* quòd Seruitus † licèt Iure Gentiũ
inſtituta ſit, non eſt tamen contra na-
turalem rationem: imo expreſsè pro-
bat, quòd naturali ratione inducta
ſit, ac eodem Naturali Iure ſubſiſtat,
ex ſententia D. Petri Apoſtoli *in Epi-
ſtola* 1. *cap.* 2. *num.* 18. dum inquit;
„ *Serui, ſubditi eſtote in omni ti-*
„ *more*

„ *more dominis,&c.*

Secundò adduco illud eiuſdem
Couar. *d.* §. 11. *eo. num.* 3. *verſ. Qua*
34 *ratione.* dum dicit, quòd dominia † rerum non erant Iure Naturali diſtincta; nam in ipſo Naturæ ſtatu, & Legis Naturalis omnia erant communia: ſed poſtea conueniens fuit fieri dominiorum diſtinctionē Lege Humana: idque naturali ratione factum fuiſſe ex eo apparet, quod vtile valde Reipublicæ ſit. *hæc Couarruuias.*

Vnde ex his, alijſque argumentis, quæ ex eodem colligi poſſent, inferendum eſt, quòd quamuis non a primordio ipſius Legis Naturalis Præſens Immunitas introducta ſit: non tamen abhorret ab ipſamet naturali
35 ratione, cum a † prima Naturæ intentione ſit, vt hominis vita conſeruetur; quod tradit idem Couar. *d.* §. 11. *eod. num.* 3. *verſ. Secundò hinc deducitur.* dicens quoque, quòd ex accidenti legibus humanis naturali ratione hominum punitio ſtatuta eſt.

Qua propter ſi ab ipſa Naturæ prima intentione eſt, vt homines conſeruentur; quomodo ergo dicit ipſe, Hanc Immunitatem non pertinere
36 ad Ius Naturale? Imo etiā ipſis † Legibus ciuilibus ſtatutum eſt, vt homines poſſint quomodocunque, & qualitercunque ſanguinem ſuum redimere: Quod pluribus probatur legibus, *vt eſt tex. in l.* 1. *ff. de Bonis eorum, qui ante ſent. tex. in l. vlt. ff. de Præuar. & alij ſimiles.* Et hanc affert rationem d. Fr. Hierony. *in d. Cap.* 4. *col. pen. circa med. ante verſ. Entre los Romanos.* qđ ſuo loco inf. legi poteſt.

Qua ratione omnes vnanimiter dicūt, quod reus in carceribus detētus, licèt iuſtè ſit damnatus ad mortem, vel aliam pœnam corporis afflictiuā, licitè, abſque mortalis peccati reatu, poteſt, vt effugiat, carceres effringere, vt videri poteſt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 6. *art.* 4. & *ibi* Caiet. Sot. *de Iuſt. & iur. lib.* 5. *quæſt.* 6. *art.* 4. & plenè poſt alios Couar. *lib.* 1. *Var. reſol. cap.* 2. *poſt num.* 7. *per aliqq. ſeqq.*

Sed quid mirū ſi Leges ciuiles hoc voluerint, cum non ſolum rationibus ſupradictis, & poſt legum humanarū, ſeu ciuilium promulgationem hoc
37 inductum ſit, ſed in ipſo † principio Iuris Naturalis Deus hominis vitam conſeruari indixerit, quod eſt effectus Ipſiuſmet Immunitatis; nā in Gene. *cap.* 3. *in fi.* legitur, Deum in Paradiſo terreſtri quandam Vitæ arborem cōſtituiſſe: ſed ne poſt peccati lapſum Adam ex eius comederet fructibus, emiſit eum Dominus de Paradiſo, dicens;

„ *Ne fortè mittat manum ſuam, &*
„ *ſumat etiam de ligno Vitæ, & comedat, & viuat in æternum.*

Volens propter hoc inferre nobiſ ad exemplum, vt deberemus eo meliori, quo poſſumus, modo in vitam ſeruari: poterat. n. Deus illud Vitæ lignum ibi non conſtituere, aut ſaltim, ſi fortè Adam ex eo comederet, virtutem eius auferre; ſed tamen noluit. Sicuti etiam in ſimili habemus
38 exemplum Citationis † quæ dicitur eſſe de Iure Naturali, *vt ī Clem. Paſtoralis. de Re iudic.* ideo dicitur quod etiam per ſupremum Principem tolli nequit, *Abb. Cornel. & Alij, quos citat Viuius in ſuis Comm. opin. verbo, Sententia principis.* & huiuſmodi ratio eſt; quia Deus antequam Adam iudicaret, vel condemnaret, priùs eum vocauerit: & de hoc videri poſſunt omnes ſcribentes *in l. De vnoquoque. ff. de Re iud. & plures, quos refert Viuidi Com. opin. verbo, Sententia non poteſt ferri.* Quod ita communiſſimum eſt, vt a nemine reijciatur, & tamen Deus poterat abſque vlla citatione eum iuſtiſſimè condemnare, cum apud Deū nil ſit incognitum, iuxta illud *Pſal.* 7.

„ *Scru-*

„ *Scrutans corda & renes Deus.*

Vnde redeundo ad rem noſtram, dicendum eſt, quòd Couar. dum dicit, quòd Hæc Immunitas non eſt de primis principijs Iuris Naturalis: nihil prohibet, quin naturali *ratione* ſubſiſtat: quia maior ratio viget in hoc caſu, quàm in eis, quæ habentur apud eum, de Seruitute, & rerũ Dominijs; quia Omnia hæc non poterãt eſſe a primordio ipſius Naturæ conſtituta, niſi homines multiplicari cœpiſſent:& ſic introductis ſeruitutibus, ac rerum facta diſtinctione, multò plura cœperunt eſſe inter homines iurgia,& contentiones. Qua propter cum homines antea a nemine condẽnarentur, Hoc Immunitatis Beneficio non egebant; Introductis poſt modum rerum dominijs, viri potentes alios minus potentes ſibi fecerunt ſubiectos: cumq. deliquiſſent huiuſmodi inferiores,& ab illis potentibus puniendi eſſent, quærebant opportunitatem quomodo poſſent ab eorum manibus ſe liberari: vnde quodam naturali dictamine moti ad Statuas, quas colebant, ſe recipiebant, quaſi illarum intuitu miſericordiam conſecuturi.

39 Incipiamus ergo a Nino, † qui veterem, & quaſi auitum gentium morem nouam Imperij cupiditatem mutauit; Hic, inquam, primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad reſiſtendum populos, ad Lybiæ terminos vſque perdomuit; Fuere quidem temporibus antiquiores Vexores rex Ægypti,& Scythiæ rex Tanais: quorum alter in Pontum, alter vſque Ægyptum exceſſit: ſed longinqua, non finitima bella gerebant, contentique victoria, imperio abſtinebant. Ninus magnitudine quæſitæ dominationis continua poſſeſſione firmauit. Domitis igitur proximis, cum acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quæque victoria inſtrumentum eſſet totius Orientis populos ſubegit. hæc refert. Iuſtinus. *Hiſt. exter. d. lib. 1. in princ.* ex quibus colligi videtur, quòd ante tempus prædicti Nini non erat neceſſaria Hæc Immunitas,
40 quia fertur † totus terrarum Orbis pacificè vixiſſe vſque ad eius ætatem: quod tempus a Mundi creatione vſq. ad Ninum dictum fuit Seculum Aureum, *vt idem de Pineda, d. part. 1. de la Monar. Eccleſ. eo. lib. 1. cap. 11. §. fin. circa med. latè tradit. & alibi d. lib. 1. cap. 22. in princ.* Sed a Nino vſque ad noſtram ætatem bella nunquam ceſſarunt.

Hoc autem intelligitur vniuerſaliter; Nam de particularibus bellis nulli dubium eſſe debet, quòd etiam ante diluuium fuerint: quod hæreticum eſſet negare, vt inf. ſtatim apparebit. Multa de Nini tyrannide legi poterunt apud præd. de Pineda *in d. princ. cap. 22.* ac etiam apud d. Fr. Hierony. *d. tract. de la Repub. Gentil. eod. lib. 4. cap. 31. col. 2. & lib. 6. cap. 1.* vbi etiam quàm plura de militijs habentur. Vnde quoad hoc verificari videtur id, quod diximus de Poſteris Herculis, qui Miſericordiæ Templum conſtruxerunt in Refugium Delinquẽtium, ne male haberentur ab eis, quos ipſe deuicerat, ac ſibi ſubegerat; Sed non ob hoc affirmabimus ab his originẽ Aſylum traxiſſe, ſed longiſſimè ante eos ab ineunte prima hominum ætate, ſicut inferiùs dicetur: nam eodem tempore, quo peſſimum Idolatrię genus introductum fuit, Hæc Immunitas traxit originem: quamuis aliqui teneant, Idolatriam eiuſdem Nini tẽpore cœpiſſe, ob erectionem Statuæ prædictæ patris ſui Beli: ſed aliter apparet in lib. Sap. *Cap. 14. poſt num. 15.* vbi totum oppoſitum legitur, hiſce verbis.

41 „ *Acerbo † luctu dolens pater citò ſi-*
„ *bi rapti filij fecit imaginem: & il-*
„ *lum, qui tunc quaſi homo mortuus*
„ *fuerat, nunc tanquam Deum cole-*
„ *re cœpit; & conſtituit inter ſeruos*
„ *ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde*
„ *interueniente tempore, conuale-*
„ *ſcente iniqua conſuetudine, hic er-*
„ *ror tanquam lex cuſtoditus eſt &*
„ *tyrannorum imperio colebantur*
„ *figmenta.* Hactenus ſacra Scri-
„ ptura.

Ex quibus verbis pręd. Fr. Hieron.
in d. Rep. Gentil. lib. 1. *cap.* 4. *in fi.* dicit,
quòd, cum hoc exemplum ſit a ſacra
Scriptura relatum, quæuis alia ceſſa-
re facit: & refert *ibidem* ex Fulgentio,
Mitholog. lib. 1. *cap. fin.* cuiuſdam viri
exemplum, cuius filius pręmortuus ei
fuerat: vocabaturq; vir ille, Syropha-
42 nes † Ægyptius; cuius itidem viri e-
xemplum refert ille alter de Pineda,
d. lib. 1. *cap.* 8. §. 2. Eiuſq; hiſtoria ea-
dem videtur cum relata ex ſacra Scri-
ptura. Hic, inquam, Primum Idolum
inueniſſe fertur, ob Statuam, quam
fieri ſibi conſtituit in eiuſdem filij ſui
præmortui memoriam: eòquod illum
vehementer adamabat: ac ſæpiſſime
eius capiebatur recordatione, vt nun-
quam illum valeret obliuiſci.
43 Statua † verò prædicta, Idodynin,
nūcupata fertur: Quod apud nos La-
tinos, Doloris Species, interpretatur.
Illam enim ob hanc cauſam fieri mā-
44 dauit; Vnde † poſtmodum dicta eſt
Idolatria (aliàs ſecundùm quoſdam
Idololatria) falſorum Deorum ado-
ratio. Sed hoc, quod dictum eſt de
Primo Idolo, nuncupato Idodynin:
puto potius Fulgentij adinuentionē,
vel meli⁹ Diophanis eſſe, ex quo Ful-
gentius illud refert; Nam nomen hoc
Idolum, deſumptum eſt a literis Gre-
cis, Quod idem eſt, quod Simulacrū;
Vnde non poterit ſuum ſortiri effectū
prædicta Fulgentij Ethimologia, cū
hoc, quod dictum eſt ex d. lib. Sapi-
entiæ, ab initio mundi fuerit: quando
Vniuerſa Terra labij vnius erat; nec
dū Latina, vel Græca lingua vigebat,
vt ſtatim inferius apparebit: ſed ſolū
Hebræa. Sed quòd Doloris ſignum
oſtendat prædictum Idolatriæ nomē,
non abhorremus: quia illud quoque
tradit D. Hieron. *in Epiſt. ad Marcel-
lam.* de Pſal. 126. *videlicet,* Niſi Do-
minus ædificauerit domum. vbi ſu-
per illo (Panem Doloris) et (Filios ex-
cuſſorum) hoc idem dicit. Sed vt ad
Fulgentiū redeamus: Hæc inquit ille.
„ *Diophanes Lacedemonum auctor*
„ *Libros ſcribit Antiquitatum vi-*
„ *gintiquatuor, in quibus ait; Syro-*
„ *phanem AEgyptium, familia, ſub-*
„ *ſtantiaq; locupletem, filium genu-*
„ *iſſe, quem velut enormis ſuſtantiæ*
„ *ſucceſſorē, ineffabili, vltra quàm*
„ *paternitas exigebat, affectu ergà*
„ *filium deditum. Iſq; dum aduerſis*
„ *fortunæ incurſibus raperetur, pa-*
„ *tri geminæ orbitatis crudele dere-*
„ *liquit elogium, &c.* Et infrà. *De-*
„ *nique doloris anguſtia, quæ ſēper*
„ *inquirit neceſſitatis ſolatium, filij*
„ *ſibi Simulachrum in edibus inſti-*
„ *tuit.* Et rurſus infra. *Deniquè*
„ *Idolum dictū eſt Idodynin, Quod*
„ *nos Latini, ſpecies doloris dicim⁹.*
„ *Namque vniuerſa familia in do-*
„ *mini adulationē: aut coronas ple-*
„ *ctere: aut flores inferre: aut odo-*
„ *ramenta Simulachro ſuccendere*
45 „ *conſueuerat. Nonnulli † etiam ſer-*
„ *uorum culpabiles, domini furiam*
„ *euitantes, & ad Simulachrum pro*
„ *fuſi, veniam merebantur: & qua-*
„ *ſi ſalutis certiſſimo collatori flo-*
„ *rum, aut thuris offerebant munu-*
„ *ſcula, timoris potiùs effectu, quàm*
„ *amoris affectu.* Hæc ille.
Hoc ergo facto Præſens Immuni-
tas nedum in Secunda hominum Æ-
tate ineſſe producta videtur: verùm
etiam

etiam in Prima;cum quidam dicant,
46 Idolatriam † originem traxiſſe a filijs Cain,qui fuerunt ante Diluuium in Prima hominum Ætate:nã Alphonſus a Villega *in præd. Vita Noe. cap.4.* refert, ideo filios Seth fuiſſe vocatos filios Dei, quia illi duntaxat verum colebant Deum,ac timebãt, offerentes ei ſacra,& ſacrificia; Cęteri autem homines abſque Dei timore viuebãt, nolentes illum adorare: ſed penitus vitijs, & peccatis dediti, ei debita ſacrificia negabãt: ex Quo infert, quòd homines non ſolùm peccato carnis erant inuoluti, vt ob illã tantùm cauſam Deus totum perire voluerit Mũdum, ſed etia Idola colebant; Quod præd. Fr. Hieron. Rom. *in d. Rep. Gẽt. eo. lib.1. cap.3.* confirmat, tradens auctoritatem Philonis, *de Antiqui. Bibl.* quem etiam citat ille de Pineda *in d. par.1. de la Monar. Eccleſ. d. cap.8.* §.2. dicens etiam non eſſe verum, quod Genebrardus refert *in Chronicis Hiſt. ſcolaſt. cap.29.* dum voluit, Idolatriã Enos tempore cœpiſſe, probans hoc ex illo, quod dicitur in Gen, *Cap.4. in fine.* ibi;

„ *Iſte cœpit inuocare nomẽ Domini.*
„ hoc eſt, *Enos.*

Ex Quo infert Genebrardus: ergo alij fuerunt Idolatræ. Quod autem tradit Hierony. Rom. ex Philone de Antiquit. Bibl. Illud vtique adinuenitur in Tomo I. ex duobus voluminibus, tit. de Confuſione linguarum, licèt, vbi ab eo allegatur, expreſſius hoc probetur: ſed loco citato de Cõfuſ. ling. *longè poſt med.* tractans de domo Cain, his verbis, inquit.

„ *Annon & Cain poſt natum ſibi fi-*
„ *lium, quem nomen idem, quod ip-*
„ *ſius ſignificãte appellarat Enoch,*
„ *inducitur ciuitatem condere, &*
„ *quodammodo creaturas mortales*
„ *ædificare ad ſubuerſionem rerum,*
„ *diuiniorem apparatum ſortitarũ?*

At idem Philo, dum de Antiquit. Bibl. tractat, *non longè poſt initium,* hæc ait;

„ *In tempore illo cum initiaſſẽt ha-*
„ *bitantes terram operari iniqua,*
„ *vnuſquiſq; in vxores proximi ſui,*
„ *contaminantes eas, indignatus eſt*
„ *Deus, &c.* & rurſus. *Et tunc cœ-*
„ *perunt habitantes terram facere*
„ *Sculptilia, & adorare ea. Dixit*
„ *autem Lamech: &c.* Quod vide-

tur probare Sapientia *cap.4.* dum, loquens de Enoch, ait;

„ *Raptus eſt, ne malitia mutaret in-*
„ *tellectum eius: aut ne Fictio deci-*
„ *peret animam illius, &c.*

Et pluribus in locis hoc idem tradit doctiſſimus ille Gulielmus Durãdus, dictus Speculator, *in ſuo tract. Rationale Diuinorũ. præſertim ĩ lib.6. c.1.*

Idem annuit Ioſephus *de Antiquitatibus. lib.1. cap.6. in princ.* qui, loquẽs de Noe geſtis, poſtquam Diluuij aquæ ceſſarũt, inquit hiſce paucis verbis;

„ *Fana incedens omnia.*

Confirmat hoc etiam Ioãnes Caſſianus in Collationibus ſanctorum Patrum, *collat.8. cap.21.* quæ quantæ ſint auctoritatis, & excellentiæ apud omnes Theologos, & doctos viros cognoſci poſſunt. Vnde & D.Thom. (*ſicuti legitur in Lectione VI. eiuſdem Officij, in Breuiario Romano*) illas aſſiduè peruolutabat. licèt idem Thom. quoad hoc aliter dicere videatur *ĩ ſua Sũma, 2.2. quæſt.94. art.4. in 2. obie.*

Itaque quicquid ſit, pro certo eſt, Idolatriam cœpiſſe ante Diluuium, vt ex prædd. Fr. Hierony. Rom. Alphon. a Villega, & Fr. Io. de Pineda latè conſtat: & nos pleniùs dicemus in Principio ſeq. Libri: vbi Cain huius originis auctorem fuiſſe, oſtendemus. Quod, præter alia, quæ ibi tradentur, videtur probari ex illo Iudæ Apoſt. *in ſua Cathol. nu.11.* dũ inquit;

„ *Ve illis qui ĩ via Cain abierũt: &*
„ *errore Balaã mercede effuſi ſunt.*

Hinc neceſsè eſt, quòd illud
Sapientiæ fuerit eodem tempore
ante Diluuium; ergo & Hæc Immu-
nitas (ſi res iuxta Diophanis relata
ſe habet) non ſolùm Nini tempore,
vel Cadmi, vt quidã volunt, ſeu Nini
poſterorum, quorum tempora poſt
Diluuium fuerunt: verùm etiã & lon-
giſſimo tẽpore ante eos, quaſi a mun-
di principio. Quod verò traditur de
Nino, intelligitur vniuerſaliter, ſicuti
expreſsè idem de Pineda dicit *in d.* §.
2. Nam, vt Ninus ferè totum terrarũ
Orbem ſibi ſubegit, publicè cõſtituit
coram omnibus populis, & nationi-
bus prædictam patris ſui Beli Statuã.
47 Ninus † enim non ſolùm Ægyptum,
ſed & alias innumerabiles prouincias
potitus eſt, vt ſunt Phęnicia, Syria ci-
terior, Cilicia, Pamphilia, Caria, Ly-
dia, Myſia, vtraque Phrigia, maior.ſ.
& minor: Pontus, Bithinia, Cappa-
docia, & aliæ quamplures, vſque ad
flumen Tanais: quarum multas re-
fert Diodorus *lib.3.cap.*1. tractãs etiã
de Nini geſtis, quem refert d. de Pi-
neda *d. lib.1. cap.*24. §.3. qui diffusè
per totum cap. de eiuſdem Nini factis
agit: haſque ſupradictas prouincias
48 ipſe etiam refert *d.*§.3. Hinc † factum
eſt, vt Belus per totum Orbem diuer-
ſis nominibus pro deo habitus fuerit,
nam vnaquæque gens ſecundùm ſer-
monis proprietatem eum vocabant:
quidam enim Baalim: quidam Bel:
quidam Belphegor quidã Belzebub,
& alijs ſimilibus nominibus nuncu-
parunt, ſicuti idem Fr. Hieronym. &
idem de Villega, ac etiam idem de
Pineda *locis ſupracitis.* referunt. Hinc
49 † etiam idem Belus a Græcis, ſub alio
nomine Iouis, vt Deus habitus eſt,
pro vt etiam diximus *ſup. num.*15. *&*
aliqq. ſeqq. quamuis idem Ninus eo-
dem nomine Iouis nuncupatus fue-
rit, vt eſt etiam dictum; ſed qui apud
omnes gentes maximopere habitus
fuit, is quidem pro Belo ſumitur, qui
filius fuit Saturni: eumque gentes
idolatræ colebant; imo non ſolùm
Iouem, alias Iupiterem (ſecundùm
50 Priſcianum) verùm etiam & alios †
deos Græci, arrepta anſa, facto Nini
venerabantur, *Pineda.d.lib.*1.*cap.*20.
51 *in princ.* Saturnus † etiam apud eoſdẽ
Græcos magnopere habitus eſt; ſed
fertur Iupiter ei⁹ filius, maior factus,
eum in infernum proiecisse: & hac de
cauſa poſtea apud nationes Græco-
rum, Romanorum, & Ægyptiorum
Iupiter deorum omnium maximus
reputatus eſt: licèt vna quæque gens
diuerſo nomine illum nuncupaſſet, vt
poſt Diodor. Sicul. *lib.*6.*cap.*15. Eu-
ſebium, & alios refert d. Fr. Hierony.
Rom. *d. Rep. Gent. lib.*1. *Cap.*9. *verſic.*
Y pues hemos tractado.

Et hoc apparet voluiſſe nobis oſtẽ-
dere illud Sap. *d. cap.*14. *in verbis ſu-*
pra relatis, dum dicit.

„ *Deinde interueniente tempore cõ-*
„ *ualeſcente iniqua conſuetudine,*
„ *hic error tanquam lex cuſtoditus*
„ *eſt, & tyrannorum imperio cole-*
„ *bantur figmenta, &c.*

52 Non obſtat † quod dicitur in præ-
citatis verbis Sapientiæ, vbi tractatur
de Seruis, ibi;

„ *Cõſtituit inter Seruos ſuos ſacra,*
„ *& ſacrificia, &c.*

Ex quo videretur dicendum, quòd
tempore Nini fuiſſet Idolatria intro-
ducta, cũ antea omnes affirment, non
fuiſſe cognitam Seruitutem, pro vt
infra meliùs patebit; Quia reſponde-
tur, quòd illud Sapientiæ non habet
neceſsè indicare Seruitutem ſtricto
modo ſumptam, quemadmodũ nunc
Seruos vocamus, ſed largè ſumendũ
eſt, ideſt pro Seruitoribus, vt vocant,
ſeu Familiaribus, & Subditis: vel (ſe-
cundùm Iuriſtas) Vaſſallis: nam ante
Diluuij

Diluuij aquas pro certo credendum eſt; quòd aliqui hominum huiuſmodi famulos,ſeu ſeruitores habuiſſent, cùm non omnes æqualiter viuerent,
53 quia mundi † bona ſtatim ab eius initio fuerunt diuiſa; nam de mobilibus loquitur Gomez. *Variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 2. *in princ.* atq. etiam Soar. *ibi in Addit. litera, B. verſic. Quod tamen intellige.* qui videntur moueri ex Gen. *cap.* 4. vbi inter Cain,& Abel aliquid peculiariter fuiſſe poſſeſſum, moſtratur: Sed vltra eos dico etiam, quòd non ſolùm mobilia, ſed adhuc immobilia ex præd. Gen. eiuſdem Cain tempore peculiariter fuiſſe poſſeſſa,colligitur; quemadmodum poſt hæc ſcripta legi quoque apud Sotum *de Iuſt. & iu. lib.* 4. *quæſt.* 3. *art.* 1. *verſ.* 1. *Tertia concluſio.* Nam poſtquam Deus eum maledixit, quia fratrem ſuum Abel peremerat,is profugus eſt ad habitandum Orientalem plagam: ibiq. accepto quodam filio, Henoch, (aduerte,quòd non eſt ille, quem tulit Dominus, de quo ſupra *num.* 46. locuti ſumus: quia is filius fuit Iared, de quo loquitur eadem Gen. *in cap.* 5. *ſeq. num.* 18.) ædificauit quandam ciuitatem,quam vocari voluit eiuſdem filij ſui nomine,Henoch. Hinc poſtmodum interuallo temporis, ac quorundam annorum ſpatijs decurſis,cū multiplicari cœpiſſent homines,quidam facti ſunt potentes in terra, ſicuti probatur in eadem Gen. *in ſeq. cap.* 6. *num.* 5. Vnde videtur dicendum, quòd ex aliquo iſtorum potentum Idolatria traxiſſet originem: quia cū eſſent viri potentes,ac bellatores,iuxta illud Baruch, *cap.* 3. *num.* 28.

„ *Ibi fuerunt Gigantes, nominati*
„ *illi, qui ab initio fuerunt ſtatura*
„ *magna, ſcientes bellum, &c.*

neceſſè fuerit,quòd aliqui fuiſſent inferiores: Quod comprobat idem Hieronimus Rom. *in d. tract. de las Republicas: lib.* 1. *cap.* 2. *col.* 2. *de la Repub. Hebrea.* hæc referens verba.

„ *Que fueſſen dos Republicas antes*
„ *del Diluuio, y en la Ley Natural,*
„ *no ay que poner duda: porque tābiē*
„ *vuo Iuſticia, y pena para los ma-*
„ *los: y vuo Ciudades, &c.*

Et hoc modo Illud Sapientiæ verificatur ante Diluuium fuiſſe: quia forte illi Serui, quorum meminit d. Sapien. ſubditi fuerunt alicui illorum Potentum: quorum quidem Cain omnium potentiſſimū fuiſſe, non eſt dubitandum: eòquod ſeptem Ciuitates cōdidiſſe,refert Philo *in d. tract. de Antiquit. Bibl. in princ.* quarum Vnius,nempe Henoch, ceu principalioris meminiſſe ſacram Scripturam diximus? Hinc ergo patet, quòd niſi aliquæ gentes ſibi eſſent ſubditæ,non poſſet illas conſtruere Ciuitates; qua de cauſa ab eodem Cain originem Idolatriam traxiſſe,facillimè, vt traditum eſt,probabitur. Vnde non debemus affirmare, Seruos ibi ſumi pro mancipijs noſtri temporis: quia nequaquam illud eſſe poſſet: cum, nec poſtquā Nemrod, & Belus pro Dijs habiti ſunt,Seruitus Hoc eodem modo.i. ſtricto introducta fuerit: Nam
54 cōmuniter omnes †(vt diximus)Scribentes affirmant, poſt Ninum, ſeu eiuſdem Nini tempore Seruitutem eo modo,quo iura locuntur, introductā eſſe: & ſuper hac re latè ſcribit idem Hierony. Rom. *in d. Rep. Gent. lib.* 5. *cap.* 19. Sed Nemrod antequam tot bella a Nino indicta eſſent, veluti Deus habitus fuit, vt ex ſupra relatis apparet; atq. in illo Sap. totum oppoſitum legitur: quia ibi dicitur quòd quidam pater Statuam filij ſibi fecerit; ſed Ninus fuit Beli filius, non pateret: ergo ſecundùm relata, neceſſariò concludendum eſt,illud Sap. ante Diluuium fuiſſe.

Nec etiam obſtat, quod Ægyptus

55 † a Cadmo dicatur ædificata fuiſſet,
ſicuti fingunt poetæ, vt poſt Ouid. &
alios refert d. de Pineda, *eod. lib.* 1. *d.*
cap. 24. §. 2. *in princ.* dicens eam re-
pleuiſſe hominibus naris ex dentibus
cuiuſdam draconis: quia hoc intelli-
gi poteſt, imo ſic veritas ſe habet, qđ
Terra Ægypti a Cadmo fuerit inha-
bitata, & reędificata, vel reſtituta poſt
aquas Diluuij: non autem quòd an-
tea Ægyptus habitata non fuiſſet, vt
dicemus in Initio Cap. 1. Lib. ſeq. Et
dicit d. de Villega *in. d. Vita Noe cap.*
56 1. dum tractat † de vniuerſæ terræ di-
uiſione facta ab eodem Noe poſt Di-
luuium inter filios ſuos, quòd Noe
aſſignauerit Aſiam filio ſuo Sem:
Cham verò, ex quo prognatus eſt Ni
nus, Africam, & Ægyptum: Iaphet
autę Europam, & omnes maris Inſu-
las; & hoc comprobat d. Fr. Hierony.
Rom. *d. Rep. Gent. lib.* 1. *cap.* 3. *col.* 2.

57 Quare videtur † ſiſtere nō poſſe illa
opinio præd. de Pineda, *eo. lib.* 1. *cap.*
58 20. §. 3. *in fi.* dum dicit, quòd reges †
Ægypti ideo Aſſures vocati fuerunt,
quia ex altero Aſſure filio Sem, vnius
ex filijs eiuſdem Noe, prognati fue-
rant: Tùm propter rationem ſupradi-
ctam, hoc eſt, quia Ægyptus contigit
in parte Cham alij filio Noe, ex quo
Aſſur proceſſiſſe fertur: Tùm etiam,
quia Ninus (qui per eūdem Aſſurem
capitur) tot prouincias ſibi ſubegit,
vt quaſi totius mūdi dominus factus
fuerit (vt ex eodem Pineda. ſup. tradi-
dimus.) Vnde potius ab eo, quàm ab
altero Aſſure filio Sem, reges Ægy-
pti Aſſures dicti ſunt.

Sed his non eſt hæſitandum, quia
cum Ægyptus Cham contigerit, ter-
ra Chā dicta fuit: quod patet in Pſal.
104. *num.* 23. *& num.* 27. ibi;

„ *Et intrauit Iſrael in AEgyptum:*
„ *& Iacob accola fuit in terra Chā.*

& rurſus.

„ *Poſuit in eis verba ſignorum ſuo-*
„ *rum: & prodigiorū in terra Chā.*

Idem dicitur in alio Pſalm. *ſeq.* 105.
num. 21. *&* 22. his verbis;

„ *Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit*
„ *eos, qui fecit magnalia in AEgy-*
„ *to: mirabilia in terra Cham: terri-*
„ *bilia in Mari Rubro.*

Vnde ex his ſatis liquet, quòd
neque Nini, neque Cadmi tempore
Hæc Immunitas ſit introducta: ſed
multùm longè ante eos. Sed vt ad
Couarruuiam redeamus, ſiue tempo-
ribus Nini, ſiue Cadmi, ſiue cuiuſuis
alterius, clariſſima res eſt, quòd hi oēs
populū Hebræum præceſſerint mul-
tis annis: vnde non ex lege Moyſis
originē traxit: nec in illo populo dun-
taxat cōſtituta fuit, quemadmodum
Couar. deſcribere videtur. Hinc col-
ligitur, imo pro certo eſt, quod popu-
59 lus † Hebręus antequam a Pharaonis
ſeruitute ſe liberaret, in Ægypto eo-
dem gaudebat Priuilegio: poſtquam
autem per quadraginta annos eſſent
in deſerto, cum nullus ad hoc locus
conſtitutus eſſet: quia nec domos, nec
templa conſtruxerant, vt videre eſt a-
pud eundem Fr. Hieronym. Rom.
in d. Rep. Gentil. lib. 9. *cap.* 2. *in fi.* Al-
60 tari † vtebantur, ad quod deliquentes
fugiebāt; & hoc probatur ex eo, quod
habetur in Exodo, *cap.* 21. *num.* 13.
dum Deus dixit Moyſi;

„ *Conſtituam tibi locum, &c.*

Vnde hęc verba præſupponunt habi-
tum, hoc eſt, quòd apud eoſdem fuiſ-
ſet antea Eadem Immunitas; ideo
Deus poſtea ſubdēs, abſolutè loqu-
tus eſt Moyſi, dicens;

„ *Si quis per induſtriam, &c. ab*
„ *Altari meo euelles eum.*

Quæ verba deſūpta ex prędicto textu
Exodi, traduntur in c. 1. inf. de Ho-
micidio. & ſic dum populus ille He-
bræorum Templa, vel Aſyla non ha-
bebat, Tabernaculo, ſeu Altari vteba-
tur: licèt neminem ad illud cōfugiſſe
dixerit

dixerit d. de Roma. *par. 1. de las Repp. lib. 1. Cap. 19. de la Rep. Hebræa.* cuius verba vnà cum alijs in fine huius Libri legi poterunt.

Sin autem aliter eſſet, vt gens illa Hebræa Tabernaculo non vteretur: ſanè non ita ſimpliciter inter Deum, & Moyſen res ſe haberet, quia Moyſes Deum interrogare poterat, cur illum locum ad fugitiuorum ſubſidiū vellet conſtituere? Sed quia omnibus notum erat gentibus Præſentis Immunitatis Ius, vti etiam pobare videtur eadē ſacra Scriptura *in libro Num. cap. 35.* dum Deus illa loca, *de quibus textus ille loquitur,* tā Hebræis, quàm etiam Aduenis, & Peregrinis conſtitui mandauit, (*cuius capitis verba inf. Cap. ſeq. §. penult. in fine traduntur*) pro vt etiam diximus de alijs nationibus, quæ Aſyla omnibus communia conſtruxerunt; Ideo Deus nihil præmiſit, antequam Moyſi allocutus fuiſſet de Loco Refugij, ſed ſimpliciter illa verba ei dixit.

Sed quamuis nemo inueniatur apud præd. Fr. Hierony. Rom. qui ad Tabernaculum fugiſſet: illud nihilominus non eſt ita relinquēdum: quia fortè loquitur de Criminoſis & Delinquentibus: non autem de alijs perſonis, quæ licèt nulla commiſiſſent crimina, ob tuēdam propriam vitam ad Tabernaculum fugiſſe, reperiūtur;
61 nam dum eſſent in deſerto, Moyſes, † & Aaron eundem populū Hebræum timentes, quia cōtra eos ſeditionem, & tumultum concitauerat, ad Tabernaculum fugerunt, eò quod ibi tuti eſſent: cuius rei mentio habetur in libro Num. *cap. 16. a num. 41. vſq. ad 43.*

62 Volens ergo Deus † Ius prędictum limitare, quia omnis perſona pro quouis delicto, ſeu crimine hac Immunitate gaudebat: dixit Moyſi, quòd Si quis per induſtriam aliquem occiderit, &c. ab Altari euellatur; & ratio eſt, quia qui hoc modo occiderit aliquem hominum, verus dicitur homicida: vnde Iure Naturæ occidi debet, vt traditur in Gen. *cap. 9. in princ.* ibi;

„ *Quicunque effuderit humanum*
„ *ſanguinem, fundetur ſanguis il-*
„ *lius, &c.*

Et dixit Ieſus Petro in initio ſuæ paſſionis, dum a Iudæis capiebatur: *Matth. 26. num. 52. tradit & Io. in Apocal. cap. 13. num.* 10. de quo melius infra, *Cap. 5. §. 4.* dicemus, vbi huiuſcemodi materies tangitur. Quare ſecundùm has auctoritates dici poteſt etiam ipſomet Iure Diuino pœnam hanc fuiſſe inflictam, prout traditur in quadam Extrauagāti conſtit. Sixti V. *incip. Effrenatam.* quam refert Stephanus Quaranta *in prad. ſuo tract. Summa Bull. verbo, Abortus.* & nos etiam de eadem inf. tractabimus, *Cap. V. §. 4. ſub verſ. Diximus ſupra quòd, &c. poſt num.* 30. Idcirco illud Conar. *lo. ſup. cit.* dum tradidit, quòd punitio criminum ſit de Iure Naturæ, non eſt intelligendum in omni caſu: vt ſcilicet cum quis alium interficit, ipſe quoque occidi debet; ſed ſolùm in præcitato, & ſimilibus caſibus procedit: in alijs autem, licèt ſint punibiles, aliter tamen dicendū eſt; quia vt homo peccauit ex quodam repentino impetu, ira, vecordia, & ſimilib[9] modis, adhuc eodem Naturali Iure defendi poteſt, quamuis Ciuiles Leges aliter diſponāt: quod apparet dixiſſe Deum per illud, quod legitur in Deutoron. *d. cap. 19. num. 6.* ibi.

„ *Ne forſitan proximus eius, cuius*
„ *effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimu-*
„ *latus, &c. percutiat animam eius,*
„ *QVI NON EST REVS MOR-*
„ *TIS: quia nullum contra eum,*
„ *qui occiſus eſt, odium prius habu-*
„ *iſſe monſtratur.*

& rurſus, *num.* 10.

„ *Vt*

„ *Vt non effundatur ſanguis inno-*
„ *xius in medio terræ, quam Domi-*
„ *nus, &c.* NE SIS SANGVI-
„ NIS REVS.

Quare quantum ad primum caſum, quia Iure Naturæ eſt vt homo ſeuerè puniatur, *de quo tractabitur inf. d. Cap. V.* §.4. militat ratio a Couar. tradita; Quo verò ad alios caſus Hæc Immunitas remanet ſub protectione eiuſdem Iuris Naturalis, quia conſideratur humana fragilitas: excluſis tamẽ quibuſdam alijs caſibus, quæ tradentur infra, *dicto cap. V. per tot.* Vnde homo fugiẽs ad Eccleſias, facit quod ei Natura dictat. Hinc mihi videretur dicendum, quòd Huiuſ-
63 modi † Immunitas Chriſti morte nõ fuerit ſublata, ſed remãſerit vnà cum alijs Moralibus Præceptis; quod ita probarem.

64 Omnia † Præcepta Moralia fundantur in præceptis Charitatis, *D. Tho. in 3. par. quæſt. 47. art. 2. ad 1.*

Sed Hoc Præceptum fundatur in præceptis Charitatis ex illo actu miſericordiæ, cuius effectus eſt ipſamet Charitas, *vt idem D. Thom. ait. in 2. 2. quæſt. 32. art. 1. in reſp. quæſt. 36. art. 3. ad 3. in fi.*

Ergo Hoc Præceptum eſt de Moralibus.

Sed quòd ſit de actibus miſericordiæ, nulli dubium eſt, cũ & ipſe Deus miſereri illorum Moyſi præceperit; vt etiam in illomet Deutoron. *cap. 19. num. 13.* probatur his verbis.

„ *Non miſereberis eius, &c.*

tractãs de eo, qui per induſtriam, &c. ergo aliorum miſereri voluit. Et intãtum verum eſt, quòd ipſimet Gentiles Miſericordiæ Templũ, Aſylum nuncuparunt, ſicuti diximus de Poſteris Herculis.

65 Sed quoniam prædicta † Præcepta Moralia per quandam additionem reducuntur ad præcepta Decalogi, *vt D. Tho. ait 1. 2. quæſt. 104. art. 4. ad 2.* Ideo reſpondendo tacitæ ob-
66 iectioni, dicerem, quòd Hęc † Immunitas ad duo euiuſdem Decalogi pręcepta reducitur, ad Primum .ſ. de Colendo Deo, & ad Quintum præceptum, de Non Occidendo, quoad pœnæ relaxationem.

Nec obſtat illud Couar. quod .ſ. Ius Naturale, vel Diuinum tolli, vel mutari nequeat, quia cum eodem reſpondemus, dicentes, quòd nihilominùs interpretari, & declarari permittitur; & patet per ea, quæ refert Nicolaus Vigellius *in ſua Methodo Iuris Cõtrouerſi, lib. 1. cap. 2. excep. 7. verſic. Planè quamuis.* Quapropter dum Romanus Pontifex hunc, vel alium ab Hoc Beneficio excludit, idem Ius declarat, non tamen illi derogat: quoniam homo non in omnibus criminibus tutus eſſe debet, pro vt etiam ipſemet Deus, vt ſup. diximus, idem Ius limitauit; Vnde reſtat, quòd ſit non ſolùm Humani, verùm etiam &
67 Diuini † Iuris: & cum hac ſententia concordat Cognol. in l. Vinum. num. 51. ff. Si certum petat. ibi.

„ *Moderni Repetentes dici poſſe, a-*
„ *iunt, quòd primum eſt Iuris poſi-*
„ *tiui, &c.*

tractans de alia re: poſtea ſubdit:

„ *Propterea nimirum ſi contra Ius*
„ *Diuinum prohibita eſt Extractio*
„ *ab Eccleſia, vt Loco Sacro, &c.*

concordat Addit. Cappellæ Tholoſ. *Deciſ. 423. alias 422. num. 5.* Io. Igne. *in l. 1. in princ. ff. Ad Syllan. num. 26. & quibuſdam ſeqq.* quem impudenter reſpuit Couar. *d. cap. 20. num. 8. in fi.* ac nobiſcum etiam tenet Illuſtriſſim. Cardinalis Tuſcus *in ſuis pradd. Fra. ct. Concluſſ. lit. E. concluſ. 8. num. 4.* poſt Io. Lup. *in tract. de Libert. Eccleſ. par. 1. quæſt. 2. & par. 2. quæſt. 2.* Deci. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. nu. 14. & ſeq. ſup. de Conſtitt.* ſed Decius, vbi

ab eo

ab eo allegatur (cum reuerentia tanti Domini mei) loqui videtur in alijs terminis:& non de Hac Immunitate, prout & nos infra dicemus, *Cap. VI.* §. 2. *poſt principium*. Sed ſupradictis adde quoque Rebuffum, *tom. 2. ſuper Conſtit. in prad. tract. hoc eod. tit. in princ. num. 2.*

68 Sed vt cognoui, Rebuffus † hallucinatus eſt, dum tradidit exẽplum Huiuſmodi Immunitatis, dicẽs, ideo eſſe Iure Diuino ſancitam, quia Adonias, maior filius Dauidis timens Salomonem, ad Tabernaculum fugit, tenuitque cornu Altaris: quod etiam traditur de Ioab, vt ipſemet refert *ex lib. 3. Reg. cap. 1. & 2.* deinde ſubdit Rebuff. hiſce verbis.

„ *Poſtea Deus Opt. Max. præcepit*
„ *filijs Iſrael, vt in terra, quam da-*
„ *turus erat eis, conſtituerent Sex*
„ *Oppida, &c.*

Vnde dixit, quòd prius fuerũt prędicti, Adonias. ſ. & Ioab, & Salomõ: poſtea verò Moyſes, eum totum fuerit oppoſitum: quia multis antea retrò tẽporibus fuerat Moyſes, & poſt eum Salomon, & alij ſupra relati; Quod expreſſiſſimè patet in ſacra Pagina. Qua propter valde miror de tãto Homine, cum in tanta modica re, in tam maximum inciderit errorem.

Secundò, hallucinatus etiam videtur eſſe idem Rebuff. *d. lo. cit. num. 5.* dum dixit, quòd Hæc Immunitas a Deo fuerit inuenta, & data: cum & ipſemet *ſup. eod. lo. num. 3.* dixerit, & tradiderit quo tempore, & quomodo fuerit in eſſe producta; quod tempus fuit ante populum Hebræum, vt iam diximus; ſed poterit defendi hoc modo, quia a Deo in Paradiſo terreſtri, vt etiam diximus *ſup. nu. 37.* in dicta fuerit.

69 Ex his † ergo, Iudicio meo, videtur reijcienda illa opinio Couar. dum voluit, Hanc Immunitatem, *vt ſup. in principio dictum eſt*, neque Naturali, neque Diuino Iure ſancitam eſſe, ob illam præſertim rationem, quia Iura, ſeu Legis veteris Pręcepta morte Chriſti expirarunt; nam illud intelligitur de merè iudicialibus, & merè ceremonialibus præceptis, vti ſupra, *num. 5. ex D. Tho. & alijs*, tradidimus: *& tradit Gratianus in c. Non eſt peccatum. §. 1. Diſt. 6. vbi plenè Prapoſitus.* Sed hoc non eſt de ſimilibus: ergo nõ expirauit. Et conſequenter debet etiã reijci Decianus *d. lib. 6. cap. 25. num. 2.* qui eundem ſequitur Couarruuiam, & omnes alij, qui eandem tenent opinionem vt eſt Ambroſinus *in pracit. ſuo tract. ſuper eadem Conſtit. cap. 1. num. 3.*

Sed licèt D. Thom. *d. 1. 2. quaſt. 105. art. 2. ad 10. in fi.* loquens de Præceptis Iudicialibus dicat, quòd illa verba Deutor. *in d. cap. 19. in prin.* atque in lib. Num. *d. cap. 35. num. 25. in fi.* vbi dicitur, quòd qui percuſſerit proximum ſuum, &c. ad vnam Vrbium Refugij confugiebat, & ibi manebat vſque ad mortem Pontificis, denotent quodam particulare exiliũ in illo populo Hebræo: non tamen ex hoc præiudicatur Huic Iuri noſtro præſenti; quia dum D. Thom. affert prædictum exemplum, non loquitur de Hac Immunitate ſimpliciter, ſed quantum reſpicit ad Iudicialia: quia

70 Præſens † Præceptum non eſt ſimpliciter Morale, ſed mixtum, partim. ſ. morale, partim iudiciale: nam in Lege veteri aliqua præcepta mixtorum naturam ſortiebantur, vt eſt Illud,

71 quod † dicitur in Leuitico 18. de Matrimonio, quod inter quaſdam perſonas contrahi prohibitum eſt: nam Illud præceptum eſt mixtum: partim iudiciale partim morale, vt docet Caiet. 2. 2. *quaſt. 154. art. 9.* & tangit etiam D. Thom. *in Supplem. 3. par. quaſt. 54. art. 3. in reſp.* Aliud exemplum

plum habetur apud eundem D.Tho. 1.2.*quæſt.*100.*art.*3.*ad* 2. quod eſt
72 Illud † de obſeruatione Sabbathi: qui dicit hoc præceptum ſecundùm quid eſſe morale, in quantum .ſ. per illud præcipitur, quòd homo aliquo tempore vacet Rebus Diuinis, iuxta illud *Pſal.*48.

„ *Vacate, & videte, quoniam ego* „ *ſum Deus.*

& ſecundùm hoc inter Decalogi præcepta computatur: non autem quantum ad taxationem dici, quia ſecundùm id Ceremoniale eſt.

Itaque, quia Hoc Præceptum eſt mixtum, illud quid Iudiciale reducitur, vel continetur ſub illo, quod dixit D. Thom. de illo particulari exilio: quod cōuenienter a Legiſlatore mutari potuit in aliam pœnam, vti dictũ eſt *ſup. Cap. præced.* §.1.*num.*17.*verſ. Dixi etiam.* quia quantum ad hoc eſt ſuperadditum illi Morali Præcepto, quod inter homines communiter ſeruabatur; nam dedecens erat, vt Delinquentes pro quouis crimine Illud Beneficium conſequerētur, ita vt nullam aliam pœnam, poſtquam ad Refugij loca confugiebant, ſubirent: ſed penitus, etiam ſi grauiſſima perpetraſſent delicta, liberi efficiebantur, vti d. Fr. Hieron. Rom. refert, de quo infra plenè dicemus, *Cap.VII. in illis Capp. ex eod. Rom. tranſumptis.* & tradit etiã Couar. *d.cap.*20.*poſt num.*2.*in verſic. Huius ara.* Sed quia pœnas ſolui magna ſuadet ratio, ſecundùm ea quæ ſupra dicta ſunt, *d.Cap.præced. in prin. n.*12.*verſ.Item aliquis.* Hinc Deus poſtea ſuperaddidit Illud in lege Homicidæ, vt deberet permanere illis in Locis vſque ad Pontificis mortẽ; & hoc ne omnino prędicti Delinquentes remanerent impuniti: ſed vt aliqua pœna pro eorum culpa ſatisfacerent iniuriam paſſis. Idcirco quãtum adhoc dicitur Iudiciale, ſecundùm illud D. Thomæ *in* 3.*par.d.quæſt.*47.*eod.art.*2.*ad* 1.*in fi.* dum dicit, quòd Præcepta Iudicialia ſunt ea, quæ præcipuè ordinantur ad ſatisfaciendum iniuriã paſſis. Quod conſonat cum Iure Noſtro in d.cap. Id cõſtituimus. *d.* 17.*q.*4.& melius in c. Inter alia. *inf. eo.* ibi;

„ *Super hoc tamen quod iniq. fecit,*
„ *eſt aliàs legitimè puniendus, &c.*

Quod ſuccedit in locum illius exilij, quod Diuina Lege ſancitum fuit: quia aduentu, ſeu Chriſti morte expirauit; vnde commutatum eſt in aliã pœnam, ſiue in aliam ſatisfactionem, prout in dd. Iuribus continetur.

Quoniam verò Homicida voluntarius Lege Naturali occidi quoque debet: ideo ne vnum Ius alteri Naturali Iuri opponeretur, Deus Optim. Max. Hoc præſens Ius limitare voluit, dicens;

„ *Si quis per induſtriam, &c.*

Quod autem dictum eſt de illo particulari exilio, iuſtiſſima ratione probatur contineri ſub præceptis Iudicialibus: quia cum nulla lege ſancitum eſſet, non videbatur differre. verùm ſic, vel aliter fieret, vt eſt illud ſup. relatum ex D.Tho. de Præceptis Iudicialibus, *quod vide in nu.*5.*verſ. Quare illa duo, &c.* Quantum verò ad illud, vt quis poſt commiſſum aliquod delictum liberetur a pœna corporali, remanet ſub Præceptis Moralibus: quia ex ipſo dictamine naturalis rationis efficaciam habet, etiam ſi nunquam lege ſtatueretur, ſicuti ſupradiximus ex eodem D.Thom. de Moralibus Præceptis; Et ideo Illi, Qui ad Statuas, vel ad Templa, ſiue Aſyla confugiebant, veluti miſericordiam conſecuturi, hoc naturali dictamine mouebantur.

Qua propter cum ad Ius Naturale pertineat, ne dum Hominibus, ſed e-
73 tiam Brutis † Aſyla apud quoſdam conſtituta fuiſſe, legitur, vt idem Fr. Hieron.

Hieron. Rom. tradit *in d. cap.* 4. *della Rep. Gent.* (*quod inf. ſuo loco in Cap. VII. videri poteſt*) dicēs, quòd dum ferocia animalia minus ferocia inſectabantur, ſi fugiebant ad prædicta loca liberabantur: quæ loca in diuerſis mundi partibus a multis conſtituta fuerunt: erantquè communia tam terreſtribus, quàm etiam cœleſtibus: nam ibi, dum vnum alterum inſectabatur, māſuetum eueniebat; licèt hoc ipſamet Natura impoſſibile ſit, quia abſq. diabolica non poterat eſſe deceptione, *vt melius ſuo loco legitur*: quamuis Ambroſinus hic ſuper eadē Conſtit. *cap.* 1. *num.* 8. referat ex Ariſtot. *de Nat. anim. lib.* 9. Iure Naturæ ab ipſis Beſtijs obſeruatam eſſe Hanc Immunitatem: nam in Parthenio monte quæcunque ab alijs infeſtata, ſi in Templum Panos Dei aufugiſſet, ibi tuta erat: quod etiam in montibus Menalijs Dianæ loco refert obſeruatum. Attamen nemini eſt ignotum, hoc Naturali Iure minimè accidere poſſe, niſi (vti diximus) diabolica permixta fuerit ars. Quod quidem non ſine aliquo myſterio ordinatum eſt: quia homines naturali moti miſericordia illa Loca in fauorem, & refugium prædictorum animalium cōſtituerunt, vt ipſa quoque ſimul cum hominibus naturalis defenſionis participia fierent.

Quantum ergo creuerit, & quantum apud omnes gentes æſtimabile fuerit Hoc præſens Beneficium, ſatis liquet apud prædictum Fr. Hierony. *in d. cap.* 4. quia non ſolùm ante (vt dictum eſt) ſed etiam poſt Legem Moſaycam per cunctos cuſtodiebatur homines, & nunquam Illi derogatum fuit; Nam Romulus Romæ, & omnes Reges gentium Hoc ſeruaſſe noſcuntur: Quod etiam idemmet nō negat Couar. ſed expreſsè confirmat, *vt in d. cap.* 20. *num.* 2. *verſic. Erant in Gracia. videri poteſt*: & hucuſq. cuſtoditum fuiſſe inter Indos Occidētales traditur, vt præd. Hieronym. Rom. refert, quod infra, *Cap. ſeq.* §. 3. *in fine* melius legi poterit.

Sed quod diximus de Roma, licèt antea inter Chriſtianos ſeruaretur, vt habetur in textu l. Pateant. §. *preinde. in princ. C. eo.* ibi;

74 ,, *Siue in hac Alma vrbe, &c.*

Poſtea † tamen vſus obtinuit contrarium, præterquam in leuibus delictis, *Farin. d. quaſt.* 28. *num.* 37. quod originē traxiſſe videtur ex alia l. quæ incipit, Præſenti. *C. eo. in princ.* quæ poſterior eſt d. l. Pateāt: quia hæc cōdita fuit a Theodoſio, qui antiquior fuit Leone, illius l. Præſenti, conditore; (licèt ſecundùm Caſtr. hæc lex, Præſenti, loquatur de Ciuitate Conſtantinopolitana) quod non præter rationem factum puto: quia Vrbs Roma cum ſit tot Martyrū paſſionibus illuſtrata, vt Sancta meruerit vocari: meritò tanquam ipſamet Eccleſia venerari debet: quam non abſimilem vni ex illis ſex Oppidis facerem, quæ Deus Hebræis conſtituit: vbi ſi quis aliquid mali commiſiſſet, puto eum non debuiſſe gauiſurum illorum Immunitate: quia loco noſtrarum Eccleſiarum ſe habebāt. *qua de re melius dicemus inf. Cap. V.* §. 3. eſtq. illi veriſimile, quod dicitur in cap. ſi. infra eod. ibi;

,, *Cum autem in eo, in quo deliquit,*
,, *puniri quis debeat: & fruſtra le-*
,, *gis auxilium inuocet, qui commiſ-*
,, *ſit in legem, &c.*

Sed hoc præcipuè euenit, quia ibi adeſt Summus Pontifex, qui Dei vicem gerit in terris; Vnde tota Vrbs dici debet Palatium Summi Regis, vbi non ſolùm debent homines a rixis & contumelijs cauere, verùm etiā ſemper mente deuota perorare. Secùs autem erit in alijs locis, quia non mi-

ſtat eadem ratio: Vndè ſi eſſet præ-
ceptum merè iudiciale in Lege Moy-
ſis duntaxat, non penès alias gentes,
ſed inter ſolos Hebræos conſtitutum
eſſet neque etiam ante illos Idolatræ,
& aliæ Gentes Illud ſeruaſſent; Sed
quia prouenit ex dictamine naturalis
rationis, peræquè cuſtodiebatur, ac
cuſtoditum eſt ſemper apud omnes
gentes; Hinc impoſſibile mihi vide-
tur quin ſub Preceptis Moralibus cō-
tineatur; Quod probo alia quadam
efficaciſſima ratione: quia ſi verū eſt,
75 quod Papa † in terris ſibi non ſubie-
ctis ius ciuile mutare non poteſt, vt
patet expreſsè in multis Sacris Cano
nibus allegatis per Fel. *in c. Canonum ſtatuta. num. 29. ſup. de Conſtit.* con-
conſequēs eſt, quòd Hoc præſens Ius
Diuina ſit Ordinatione conſtitutum:
cum aliàs ſi aliter eſſet, Papa non poſ-
ſet leges ciuiles, quæ de Hac Immu-
nitate locuntur, tollere: quia in tem-
poralibus † alterius regni non poteſt
76 ſe ingerere: *Vin. in ſuis Comm. opinn. verbo, Papa in terris. Couar. in Reg. Peccatum. par. 2. §. 9. num. 6. verſic. Qui probare conatur, cum verſic. ſeq. & Vaſq. Illuſt. contr. lib. 1. cap. 21. vbi plenè; ſed de hoc vide Abba. & Fel. quos citaui ſup. in Proœmio, poſt nu. 3.*
Lex enim ciuilis Homicidas, Adulte-
ros, Virginum Raptores, & alios ab
Eccleſiaſtica excludūt Tutela, *Auth. de Mand. princ. §. Neque autem homicidis. Auth. de Eccleſijs conſtit. in Africa, &c. qui tit. extat in Edit. Haloan. tit. 38. coll. 4. & in Auth. Vt lic. ma. & auiæ. §. His quoque. in fi.* & nihilo-
minus Ius Pontificium hos ſaluat, vt
inf. Cap. V. videbitur: & de Rapto-
ribus vide, etiā inf. Cap. ſeq. §. 2. *in fi. quibus etiam addas tex. expreſſum in c. De raptoribus. 36. quæſt. 1.* licèt ipſe
Couar. *d. cap. 29. num. 8.* aliter ſentiat,
ſed omnibus reſpondetur cum hac
noſtra Conſtitutione. Quare Si non
eſſet Iuris Diuini, Papa non poſſet
derogare prædd. iuribus ciuilibus; *ita cauetur in c. Quoniam. & aliqq. ſeqq.*
77 *Diſt. 96.* Poteſtas † enim Eccleſiaſti-
ca, & Secularis eſt diſtincta: nam Im-
perator quod ad religionem compe-
tit, diſcere ei conuenit, non docere;
habet enim priuilegia ſuæ poteſtatis,
quæ adminiſtrandis legibus publicis
diuinitus eſt conſecutus, vt eius be-
neficijs non ingratus, contra diſpoſi-
tionem cęleſtis ordinis nihil vſurpet.
& de vtraque poteſtate ad ſaturitatē
legi poteſt Præpoſitus Mediol. *in ijſdem capp.* Sotus, *de Iuſti. & iu. lib. 4. quæſt. 4. art. 1. & ibi remiſſiuè ad ſeipſum.* & alibi etiam alij, vt ſunt Mo-
derni ſcribentes, qui omnes ad candē
tendunt rem: Sed præſertim videri
poteſt Illuſtriſſ. Bellarminius, *to. 1. de Rom. Pontif. Inſtitutione: & de eius poteſtate. Controu. 3. tota.* qui innume-
ros refert *in fine Præfationis d. Contr.*
qui de Rom. Pontificis poteſtate tra-
ctant.

Hinc ergo cum Papa prouidet ſu-
per Huiuſmodi Re, ſi non eſſet pec-
catum, non teneremur eius Conſtitu-
tionibus obedire: quia cum agitur ſo-
78 lùm de materia † concernente animā,
diſponere poteſt contra ius ciuile, etiā
in terris ſibi in temporibus non ſubie-
ctis, *Fel. d. cap. Canonum ſtatuta. eod. num. 29. circa med. vbi plenam materiam habes.* Vnde reſtat, quòd Præſēs
Immunitas omnino ſit Iuris Diuini,
iuxta illud Prophetæ, *Pſal. 30.*

» *In te Domine Speraui, non con-*
» *fundar in æternum, &c.*

vbi expreſsè de Loco Refugij tracta-
tur: ibi;

» *Eſto mihi in Deum Protectorem,*
» *& in Domum Refugij: Vt Saluum*
» *me facias.*

& alibi *in Pſal. 73.*

» *Qui habitat in adiutorio altiſsi-*
» *mi, in protectione Dei cæli com-*
» *mora-*

,, *morabitur. Dicet Domino ſuſce-*
,, *ptor meus es tu: & Refugium me-*
,, *um Deus meus ſperabo in eũ, &c.*
Et ideo ſupra *in Proœmio, num.* 2.
diximus, quòd Principes ſeculares
quoad Hanc Rem nullam habent fa-
cultatem ſe interponendi: Imo dum
79 aliqui † contra Eandem Immunita-
tem contrarias leges condere Impe-
ratoribus, & alijs principibus perſua-
ſi ſunt: ipſimet in eundem laqueum
inciderunt: quod Diuinæ diſpoſitio-
ni attributum eſt: & quaſi quodam
prodigium, ſeu miraculum reputa-
tum eſt, vt idem Fr. Hierony. Rom.
refert *in d. Trac. de las Republicas. par-
te.* 1. *de la Rep. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 20.
cuius cap. verba, vnà cum reliquis in
fine huius Libri legi poterunt.

Probauit etiam Couar. Hanc Im-
munitatem Iure Euãgelico ſtatutam
non eſſe, eò quod in Sacris Euãgelijs
de Ea non tractatur: ac etiam quia a
Chriſto Domino nulla lex inſtituta
fuit, præter Naturalis Iuris præcepta,
niſi de ijs, quæ ad Sacramenta & arti-
culos Fidei pertinent omninò, *ex D.
Tho. ſupracit. in princ. num.*4. Sed il-
80 lud nihil prohibet, quin rationibus, †
& exemplis, tam ſupradictis; quàm
infradicẽdis, in eiſdem Sacris Euan-
gelijs inſtitutam eſſe, probetur.

Nam primò colligitur ex illis Do-
mini † noſtri Ieſu Chriſti verbis, dum
dixit;
,, *Miſericordiam volo, non ſacrifi-*
,, *cium. Matth. Cap.*9. *num.*13. *&*
,, *& cap.* 12. *num.*7.

Quod ad hunc propoſitum retulit
D. Io. Chryſoſt. *in quadam Homilia,
inf. in Cap. Vlt. huius Libri relata:* de
quo etiam valde gloriatur Paulus A-
poſt. 1. *ad Thimot.* 1. *num.*15. *&* 16.
82 Vnde Lex † noua poſt Chriſti aduen-
tum dicitur lex gratiæ, & Miſericor-
diæ, *D. Tho.* 1. 2. *quæſt.*98. *cum aliqq.
ſeqq.* ſed Præſens Immunitas perti-
net ad opera Miſericordiæ, *vt ſup. di-
ximus*; ergo Lege noua Euangelica
videtur inſtituta: vel ſaltem, quod
meliùs eſt, confirmata: & de hoc ne-
mo dubitare debet, quia expreſſum
habemus exemplum cuiuſdam Adul
teræ apud ipſaſmet Leges Euangeli-
cas, *in Io.*8. *in princ.* vbi hoc legitur.
83 ,, *Adducunt † Scribæ, & Phariſæi*
,, *Mulierem in adulterio deprehen-*
,, *ſam: & ſtatuerunt eam in medio,*
,, *& dixerunt ei. Magiſter, hæc Mu-*
,, *lier modo deprehenſa eſt in adul-*
,, *terio. in lege autem Moyſes man-*
,, *dauit nobis huiuſmodi lapidari.*
,, *Tu ergo quid dicis?* & poſt pau-
,, ca. *Cum ergo perſeuerarent inter-*
,, *rogantes eum. Erexit ſe: & dixit*
,, *eis; Qui ſine peccato eſt veſtrum,*
,, *primus in illam lapidem mittat.*
,, *Et iterum ſe inclinans, ſcribebat*
,, *in terra. Audientes autem, vnus*
,, *poſt vnum exibant, incipientes a*
,, *ſenioribus: & remanſit ſolus Ie-*
,, *ſus, & Mulier in medio ſtãs. Eri-*
,, *gens autem ſe Ieſus, dixit ei; Mu-*
,, *lier vbi ſunt qui te accuſabant?*
,, *nemo te condemnauit? Quæ dixit:*
,, *Nemo; Domine. Dixit autem Ie-*
,, *ſus; Nec ego te condemnabo. vade,*
,, *& iam amplius noli peccare.*

Quo Exemplo probatur, quòd ſi
lex Huius Immunitatis noſtræ Moy-
ſi duntaxat a Deo data fuiſſet: maio-
ri ratione adhuc durare debet, cum
non minoris condictionis ſimus nos
Chriſtiani, quàm populus ille Hebræ-
orum; imo tunc temporis maximo
cum rigore aduerſus populum prædi-
ctum Deus vlciſcebatur, vt videre eſt
multis in ſacræ Paginæ locis. Hiſce
verò temporibus, cum ſint tempora
gratiæ, melioris nos ſumus cõdictio-
nis: vnde amplioribus Priuilegijs gau
dere debemus, quàm populus ille;
quod patet in prædicto Exemplo A-
dulteræ, ex quo Duo colliguntur;

Vnum eſt Effectus ipſiuſmet Immunitatis: Alterum verò eſt Locus, ex quo prouenit Eadē Immunitas: quæ Duo ſunt propria Huiuſce Immunitatis.

Quod ad Eius pertinet Effectum, ſatis liquet: quia a Chriſto Domino prædicta Adultera, quæ lapidanda erat, liberata fuit: Quantùm verò ad Locum attinet, facit illud, quia Iudi-
84 cium, † ſeu potius Liberatio eiuſdem
Adulteræ facta fuit in Templo, vt ibidem dicitur. Sed quamuis noſtrates voluerint, & benè quidem, quod Rei Delinquentes niſi liberi ad Eccleſiam fugiant, Hac Immunitate frui non poſſint, *vt pleniùs inf. Cap. IV. §. penult. habetur*. At illa mulier Adultera non libera, ſed detenta a Scribis, & alijs ad Chriſtum adducta fuit; ergo Hoc Beneficio frui nō debebat. Reſp. tamen, quòd quamuis prædicta mulier libera non eſſet, dum ad Ieſum Chriſtum fuit adducta: relicta tamen fuit libera in eius poteſtate: vndè in ea libertate, cum qua ab eodē Chriſto, (qui verè Templum viuum eſt, *vt d. §. penult. poſt num. 2. in verſic. Monetur autem. in fi. legitur*) fuit recepta, & inuenta, cum eadem remiſſa fuit, *ſicuti etiam d. §. penult. dicetur*.

Iterum, quoad Locum non ſolùm Exēplo ſupradicto probatur, verùm etiam & hac alia vrgentiſſima ratio-
85 ne; Nam clarum eſt, quòd Præſens †
Immunitas inter homines in Locis Sacris ſemper fuerit conſtituta: quod etiam Deus in lege Moyſis poſtea confirmauit, dum illa ſex Oppida ad Fugitiuorum ſubſidia ei aſſignauit, quæ fuerunt ex illis quadraginta octo ad vſum Leuitarum conſtitutis, *vt d. Num. 35. in princ. dicitur. & faciunt quæ diximus ſup. de Ioab. & Adonia.*
86 Sed Eccleſiæ, † ſiue Templa, & Sinagogæ illius populi non ſunt mutata: ſed eadem ſunt, quæ apud nos: nam Eccleſiæ noſtri temporis in earum locum ſucceſſerunt, *D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. art. 4. ad 3.* Quod probatur auctoritate Domini, dum de Templo eiecit vendentes, & ementes, dicentis;

„ *Scriptum eſt, Domus mea domus*
„ *Orationis vocabitur, &c. Matth.*
„ *21. num. 13. Mar. 11. num. 18. &*
„ *Lu. 19. num. 45.*

Ergo Iure Euāgelico Præſens Priuilegium ſubſiſtit; quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? *l. Sancimus. C. de Teſtam. & l. Præcipimus. in fi. C. de Appellat.* Sed Hoc Priuilegium datum & cōceſſum eſt Locis Diuino Cultui dicatis, quæ non ſunt mutata; ergo nec eorum Priuilegium. Sed licèt Gloſ. *in c. Recurrat. in verbo, Societatem. 32. q. 4.* videatur dubitare; An Eccleſia noſtri temporis eadem ſit, quæ apud Hebræos: in fine tamen affirmatiuè concludit: nam, *vt ait idem D. Thom. in 3. par. quæſt.*
87 *8. art. 3. ad 3.* Chriſtus † Dominus
vnius Eccleſiæ caput eſt: quia antiqui Patres ſeruando legalia Sacramenta ferebantur in Chriſtum per fidem, & dilectionem eandem, qua & nos in ipſum ferimur: & ſic Vterque populus, Hebræorum. ſ. & Chriſtianorum fidelis dicitur, vt meliùs videre eſt infra, Cap. ſeq. §. 3. *num. 22. ſub verſic. Sed quamuis nos Chriſtiani.*

Et denique omiſſis quibuſuis alijs
88 rationibus, quòd Diuino † Iure ſit
Hæc Immunitas ſancita, probatur, ſeu confirmatur auctoritate D. Ambroſij *in Hexameron. lib. 11. cap. 8. in tractatu Primi diei.* quod Gratianus refert in cap. Illa cauenda. 15. *q. 1.* ſequentibus verbis.

„ *Neque enim ſi per furorem ali-*
„ *quis innocentem peremerit, obno-*
„ *xius morti eſt; quin etiam ipſius*
„ *DIVINAE LEGIS ORACVLO,*
„ *ſi quis per imprudentiā intulerit*
„ *necē, accipit IMPVNITATIS*
„ *ſpem*

,, *ſpem REFVGII facultatem, vt*
,, *poſsit euadere.*

Quo loci Gloſ. allegat d. Capp. ſacræ Bibliæ, hoc eſt, Exodi, & Deuteron. ſupracitt. idem videtur annuere in c. Nec is. *d. q.* 1. Quod etiam confirmari videtur auctoritate D. Auguſt. in illo relato a Gratiano *in c. Miror.* 17. *q.* 4. & expreſsè in Sacris Euangelijs a Chriſto Domino confirmata reperitur in illo Matthæi, *cap.* 10. *num.* 23. vbi Refugij præceptum dediſſe Dominus Ieſus SS. Apoſtolis ſuis fertur, dicens;

,, *Cum perſequentur vos in ciuitate*
,, *iſta, fugite in aliam.*

Nō dixit permanete ibi, donec vos morti tradant pro nomine meo, ad oſtendendum patientiam veſtram: ſed fugite quouſque poteritis. Quod etiā exemplo imitatus eſt, dum Iudæi volebant eum lapidare: quia abſcondit ſe. *Io.* 8. *in fi.* Et alibi legitur, quòd cū Nazareni vellent eum de monte præcipitare, tranſiens Ieſus, per medium illorum ibat: & manus eorum euaſit. *Lu. c.* 4. *num.* 29. *&* 30.

Sed fortè dicet quis, quòd aliud eſt id, de quo tractatur in Libro noſtro, & aliud quod dicitur in illo Matth. Nam nos hic agimus de Delinquentibus: Ibi verò de Sanctorum perſecutione. Reſpon. tamen, quòd, quantum ad eius attinet effectum, idem eſt; quia Chriſtus voluit, quòd quoquomodo euadere poſſumus pęnas, quæramus. Vnde ne verba mea hæc videantur, legatur D. Athanaſius *in Apologia de Fuga ſua. ante med.* qui ſuper ijſdem Matthæi verbis hoc idem refert, & teſtatur: cuius verba traduntur in Breuiario Rom. *die* 2. *Menſis Maij, in eiuſdem Sancti Feſtiuitate*, vbi *in Sept. & Oct. Lect.* hæc habentur.

,, *In lege Præceptum erat, vt conſti-*
,, *tuerentur Ciuitates Refugiorum:*
,, *vt Qui quomodocunque ad necem*
,, *quærerentur, ſeruari poſſent. In*
,, *conſummationem porrò ſeculorum*
,, *cum adueniſſet illud ipſum Verbū*
,, *Patris, quod Moyſi antea locutum*
,, *fuerat, RVRSVS HOC PRAE-*
,, *CEPTVM DEDIT.* Cum vos;
,, *inquiens*, perſecuti fuerint in ci-
,, uitate iſta, fugite in aliam, &c.

Et rurſus.

,, *Quæ enim nūc præcepit Dominus,*
,, *eadem quoque ante ſuum in carne*
,, *aduentum locutus eſt in ſanctis:*
,, *& Hoc Inſtitutū homines ad per-*
,, *fectionem ducit. Nam quod Deus*
,, *iuſſerit, id omnino faciendum eſt.*
,, *Ideoq. & ipſum Verbum propter*
,, *nos homo factum, non indignum*
,, *putauit, cū quæreretur, quemad-*
,, *modum & nos, abſcondere ſe: &*
,, *cum perſecutionem pateretur, fu-*
,, *gere, & inſidias declinare.* Ha-
,, ctenus D. Athanaſius.

Hinc eſt, quòd Imperatores Honorius, & Theodoſius, *de quibus agetur inf. in* §. *ſeq.* Reos Maieſtatis Læſæ iudicarunt eos, qui Confugientes ad Eccleſias abducere, vel extrahere auſi fuerint; nam ibi nomē illud, Maieſtatis, intelligitur procul dubio pro Maieſtate Diuina, cum nulla terrena Maieſtas offendatur, *l.* 2. *C. eod.* quod in hac noſtra Conſtitutione probatur, *in illis verbis ſtatim poſt prin. ante verſic. Quare pro commiſſo.* ibi;

,, *Ipſius Diuinæ Maieſtatis offen-*
,, *ſam, & ſcandalum plurimorum.*

Quibus auctoritatibus, & rationibus ea, quæ tradidit Couar. (ſaluo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio, cui in his, & quibuſuis alijs ſemper me ſubmitto) omnino mihi videntur reijcienda. Cui etiam obſtabunt ea, quæ infra, *Cap. V.* §. 11. *circa finem*, ex eodem dicentur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Immunitatis Huius lex fauorabiliſſima.*

2 *Cæſares,& Summi Pontifices,qui Præſẽti Immunitati fauerũt: & nu.ſeq.*

3 *Concil. Trid. an tractet de Hac Immunitate,prout communis ſe habet Doctorum ſententia?*

§. VNICVS.

POSTQVAM Viſum eſt, Quo Iure ſit Hæc Immunitas ſtatuta: non abs re erit de Eiuſdem Fauoribus, & Gratijs, Indultiſuè aliquid proponere. Quapropter eſt ſciendum in primis, quòd Præſens Immunitas
1 † cum ſit ſecundùm omnia, & quæcunque Iura,non ſolùm eſt fauorabilis, verùm etiam fauorabiliſſima: vt conſtat ex eis, quæ copioſiſſimè habentur apud Tiraquellum *de Vtroq. Retra. lib.1. in Præfat. num.62. & ibi remiſſiuè ad eundẽ Trac. d.lib.1.§.35. Gloſ.1.num.2.*

2 Hinc ergo moti ſunt veteres † Romanorum Imperatores Valentinianus,aliàs Valentinus,Archadus,Honorius, & alij ad promulgãdum illas leges,quos, & quas expedit videre in d. Lib.1.Cod. *hoc eod. tit.* quibus legibus probari videtur Hæc Immunitas eſſe Iuris Diuini,& Naturalis: nã prædicti Cæſares antequam Conſtitutiones Pontificiæ emanaſſent, prædictas leges ediderunt: Pontifices enim qui Cõſtitutiones ſuper Hac Re promulgarunt,multis retrò temporibus a prædictis Imperatoribus floruerunt; Nicolaus enim Papa I. huius nominis,conditor prædicti Canonis, Sicut antiquitus. fuit creatus Papa, Anno ſalutis noſtrę,858.Ioan.VIII. conditor,d.c. Quis quis inuentus.fuit Pontifex Anno,872. qui vixit Annos,10. Innocentius verò III. auctor Conſtit. Inter alia. fuit Anno, 1198. ſicuti habetur in Bullario Domini Laertij Cherubini, *Romæ impreſſo*, 1586.& in quodam Libello vernaculæ linguæ *ibidem Romæ edito*, 1596. nuncupato,Le coſe marauiglioſe dell'alma cità di Roma. auctore Flaminio a Colle. vbi legitur quando creati fuerint omnes Romm. Pontiff. & quandiu vixerint, vſque ad vltimum diem.Gregorius IX. compilator Decretalium,*vt in princ. earundem habetur*,fuit creatus Papa Anno Domini, 1227. *ſicuti ijdem referunt auctores:* hic, *inquam* edidit Conſtitutionem Vltimam Huius præſẽtis Tituli,quæ incipit, Immunitatem Eccleſiarum. Sed illi Cæſares imperarunt ab Anno,366. vſque ad Annum,474.vt refert Antonius Contius *in Chronicis Canon.* & præd. Flam. quo tempore floruit D. Auguſtinus, *vt in eius vita legitur*, a quo conditus fuit Canon ille,qui incipit,Miror. *d.17.q.4.* eoquè tempore vixit D. Ambroſius, auctor prædd. Canonum,Illa cauenda,&c. Nec is. 15.*q.*1. quos *ſupra in* Principio huius Cap.num.vlt. tradidimus. Ipſe etiam D. Auguſtinum baptizaſſe fertur. & tandem, quamuis aliqui
3 † dicant Sacroſanctum Concil.Trid. *in illo cap.20.de Refor.ſeſſ.25.*de Hac Immunitate loqui: hoc tamen omnino alienum eſt a d. Concilio: Nam ibi (*ſalua pace in alijs, quia omnes in Hac Re nõ benè aduerterunt*) reformatur tantùm Immunitas Perſonarum, & rerum Eccleſiarum: nec vlla Huiuſce Rei ſit mentio: Sed ad hoc probandum vellem eiuſdemmet Concilij verba huc tranſcribere,ne fortè aliqui irrideant me: cum inſtent non paucorum bonorum virorum opiniones, illud affirmantes; ſed quia ſatis longum eſſet hic illa referre: ideo, ſi mihi fidem adhibere nolis, per temeti-

metipſum legere poteris. Imo, ſi d. Sacroſ. Concil. Trid. de Hac Immunitate tractaret: puto, quòd Gregorius auctor Eiuſdem Conſtitutionis noſtræ illius mentionem feciſſet, vt de alijs aſſolet fieri; Nam omnes Conſtitutiones editæ poſt d. Concil. in quibus diſponitur de aliqua re, cuius ibidem fit mentio, ſolent illud citare, quemadmodum Curioſus Lector videre poterit in iiſdem Conſtitutionibus: in illis præſertim, quas in vnum collexit volumen præd. Dominus Laertius Cherubinus, in d. Bullario: atque etiam in quibuſdam alijs vſque ad S. D. N. Pauli V. quas refert Dominus Stephanus Quaranta in dicto tract. Summa Bullarij: præter illas, quas ex eodem Laertio tradit. Superuenit (in quam) tàdem Hæc Sanctiſſima Conſtitutio noſtra, qua penitus reformatur Præſens Immunitas; Ideo non eſt opus, ampliùs diſputare de multiplici quæſtione ex veterum Iuriſconſultorum ſcriptis introducta; ſed ab Ea in illis, quæ ibi traduntur, minimè, prout ibidem dicitur, recedendum eſt.

Quare cum ſemper ab antiquis, nō ſolùm Fidelibus, ſed & Idolatris in omnibus mundi partibus ſatis ſeuerè Immunitas Hæc cuſtodita fuerit, nō ſine maiori, imo maxima ratione, vt ex ſuprà relatis colligitur, ab hominibus noſtrorum temporum deberet reuerentiùs cuſtodiri. Nec valet illud obijcere, quod aliqui, Dei timore repulſo, & propriæ ſalutis immemores non veriti ſunt affirmare, dicentes, Hanc Immunitatem præſtare delinquendi occaſionem: quia ſatis ſanctè reſpondet D. Chryſoſtomus *in quadam Homilia, quæ habetur infra Cap. VII. §. IV. de quo loquitur in num. 9.* Reſpōdet etiam Ludouicus Gomez. *in §. Pœnales. num. 50. Inſt. de Actio.* ad quos abſq; tot ſilaſterijs me remitto: licèt etiam præter hos, infra, *Cap. VI. §. vlt. in fi.* quædam alia videri poterunt.

DE

DE PERSONIS QVAE GAVDENT HAC IMMVNITATE.

SVMMARIA.

1 *Hominis gratia Deus omnia creauit: & num. ſeq.*

2 *Partus ancillarum an in fructu computet vſufructuarius? Vide quoque text. in l. Vetus. ff. de Vſufructu, & quemadmodum quis. &c.*

Cap. III.

QVAMQVAM fortaſſis Materiæ ordo de Locis tractandum in Hac Præſentis LIBRI Principali Parte requirere videatur; Nihilominus, rationis efflagitãre ordine, de PERSONIS primùm, Quæ ad Huiuſmodi Immunitatis Beneficium admittuntur, videre oportet: Quem quidem ordinem legum Cõditor Iuſtinianus *in ſuo primo Inſtitutionum Libro, ſub tit. de Iure nat. gent. & ci. in §. fin.* nos docet imitaturos; Nam parum eſt Loca noſſe, ſi PERSONÆ, Quarum cauſa conſtituta ſunt, ignorentur. Vnde legitur in lib. Machabæorum 2. *cap. 5. nu. 19.*

„ *Non propter Locum GENTEM;*
„ *ſed propter GENTEM Locum*
„ *Deus elegit.*

Quod tradit D. Thom. 2. 2. *quæſt. 99. art. 3. in Reſp. circa med.* Cui non incõcinnè ſuffragatur aliud dictum D. Ambroſij *in lib. de Noe, & Arca. cap. 4.* traditum in Breuiario Rom. *in Officio Dominica Sexageſimæ. in ſecundo Nocturno. lect. 2. qua eſt V. eiuſdem Offic.* hiſce verbis.

1 „ *Sed quia propter † Hominem illa*
„ *facta erant: eo vtique deleto, pro-*
„ *pter quem facta ſunt, conſequens*
„ *erat, vt etiam illa delerentur, quia*
„ *non erat qui his vteretur.*

Et illud etiam D. Gregorij *in Homilia 10. in Euang. Cum natus eſſet Ieſus. Matth. 2.* quod legitur in eodem Breu. Rom. *in 9. ſeu vlt. lect. Officij Secũdæ diei, infra Octauam Epiphaniæ,* tenoris ſequentis.

„ *Neq; .n. propter Stellas Homo, ſed*
„ *Stellæ pp Hominem facta ſunt.*

Accedat quoq. Gaij ſentẽtia, regiſtrata in l. In pecudum. *ff. de Vſuris, & fruct.* in illis verbis.

„ *Adſurdum .n. videbatur Hominẽ*
2 „ *in fructu eſſe, cũ oẽs † fructus Na*
„ *tura Hominũ gratia cõparauerit?*

Qua ſententia vſus eſt Iuſtinianus in ſuis Inſtitt. Ciuil. *lib. 2. tit. 2. qui dicitur, De Rerum diuiſione. in §. In pecudum.* Quibus addi poſſet quod habetur in ſeq. Cap. §. 9. *nu. 9. & 10.* His quoque adſtipulatur Antonius Gomezius, *Var. reſol. lib. 2. c. 15. nu. 3. verſ. Non tamen partus.*

Itaque (vt Iuriſcc. more loquamur) de multiplici Perſonarũ genere ĩ Hoc Cap. agendũ eſt, ſecundũ ea, quæ ſup. in Proẽm. diximus: eò q nõ æqualiter de oĩbus Iuriſcc. locũtur, cum quaſdã excludãt. Nos autẽ de Singulo Genere in Singulis §§. ſeqq. dicemus.

Incipiamus ergo a dignioribus ab Eccleſiaſticis, veluti dignioribus ſecũdũ ea, quę in Diſt. XCVI. pponũtur.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Iudices ſeculares an aduerſus Eccleſiaſticas Perſonas ſe poſſint ingerere?*

2 *Eccleſiaſticæ Perſonæ num Hac Immunitate gaudeant? & num. 13.*

Si delinquũt, quomodo puniẽdæ? nu. 14.

3 *Abuſus, & malæ conſuetudines pro lege haberi nequeunt.*

4 *Vſus auctoritati cedit.*

5 *Conſuetudo cõtra diſciplinam Eccleſiaſticam, vel eius libertatem irrita debet eſſe: quaquè illa ſit; & num. 7.*

6 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*

8 *Traditiones ſanctorum Patrum non debent pro libitu errantium infringi.*

9 *Mores diuturni, niſi legi aduerſentur, pro lege ſunt ſeruandi.*

10 *Membra a capite non debent diſcedere.*

11 *Eccleſia Apoſtolica, ſiue Romana mater eſt cunctarum Eccleſiarum.*

12 *Ratum haberi nequit, quod contra iuſtitiam actum eſt.*

15 *Gratioſè quod alicui conceſſum eſt, non debet ei auferri.*

16 *Priuilegium a iure indultum nõ eſt alicui auferendum. Item,*

Perſonale extinguitur cum ipſamet perſona, num. 17.

18 *Intellectus ad Id, quod habetur in hac noſtra Conſtitutione, qua videtur loqui ſolùm de Laicis.*

§. I.

1 CONCLVSIO Prima præſentis Queſtionis ea potiſſimum eſt, quòd Iudex † Secularis cauſis Eccleſiaſticarum Perſonarum ſe intromittere non poteſt, quantumcunq. grauiter deliquerint, etiàm in criminibus in hoc Libro cõtentis: quod patet expreſsè in noſtra Conſtitutione; *in §. De crimine verò hæreſis. verſic. Sicuti etiã prohibemus.* Sed quamuis de Iure veteri idem fuerit; quia tamen in aliquibus enormibus dubitabatur, præſertim in Crimine Homicidij ex induſtria, & Aſſaſſinij, vt dicitur, de quib⁹ ſuis tractabitur locis; ideo Gregorius abſque vlla differentia has cõtrouerſias præſenti Conſtitutione aboleuit. Itaque in Hac pręſenti Quæſtione, omiſſa hac principali concluſione (de qua latiùs ſuo loco in ſequẽti Libro tractabitur: vbi etiam dicetur, qui nam veniãt Eccleſiaſticarum Perſonarum appellatione) videri oportet, Nũ huiuſmodi Perſonæ gaudere debeant Hac Immunitate, vel non?

Et quidem non abſque difficultate tranſibit ſequens Concluſio. quia inter DD. magna orta eſt altercatio: aliqui enim affirmatiuam partem conati ſunt defendere; quidam verò negatiuam; quidam autem vtranque: ſup quo valde inſudaſſe puto Eman. Sa *in d. Aphor. Cõfeſſor.* idemquè colligitur ex Iulio Claro, *d. quæſ. 30. verſ.*
2 *Vlterius.* qui de iure, † inquit, quòd gaudere debent: conſuetudine tamen excluſæ ſunt; & hoc idem affirmat Hieronymus de Cæuallos *in Speculo Practt. & varr. quæſt. Comm. contra comm. quæſt. 689.* qui licèt dicat, quòd magis ſit communis cõtraria opinio; attamen poſteà tradit, quòd opinio affirmatiua ſemper in puncto Iuris magis vera fuerit ei viſa. Roma. autẽ *conſil. 227. Spectabilis domine. & conſ. 234. Aduertendum, quia dico.* quem ipſemet Clar. allegat, eius contrarium defendit, affirmatiuam tenẽs partem, quam etiam communem ex Diaz, *eo. lo.* Clarus refert, licèt ipſe negatiuam ſubſtineat, prædicta conſuetudine motus: quam etiam tenet Nauar. *in Manua. d. cap. 25. num. 21. in fi.* allegans pro ſe Panormit. qui non omnino ab vtraque diſſentit: ſed ſe remittit ad loci conſuetudinem, poſt Innocent. ab eo allegatum: *quod refert*

in d. cap. Inter alia num.13. infra eod. Sed eundem Panormit. ſequitur Decianus, *d. lib.6. cap.26. num.1.* qui poſt longam diſceptationem, reſpondens ad contraria d. Panor. quandam tradit diſtinctionẽ (quã refert etiam Ambroſin⁹ in tract. Hoc tit. noſtro, ſuper eadem Conſtit. *cap.12. num.4.*) concludit tandem, *vt diximus*, cum eod. Abb. Sed ex hoc quodammodo Decianus videtur ſibimet contrarius, dũ alibi, *inf. cap. 28. nu. 3.* (*de quo etiam nos agemus inf. Cap. V. §. 6. num. 119. in fi. & num. ſeq. 120.*) inquit, quòd apoſtata, qui aufugit a religione, ſi ſe conferat ad Immunitatis Loca, gaudere debet: ſed apoſtata Perſona eſt Eccleſiaſtica: ergo. Hoc tamen fortè poſſet intelligi ſecundùm illam opinionem primo loco traditam, vt. ſ. vbi vigeret talis conſuetudo, &c. Sed affirmatiuam tenet quoque Couar. *d. cap. fi. num.16. in princ.* ex pluribus doctoribus, qui ait, quòd maiori ratione Clerici non ſunt auellendi ab Altari, vel Eccleſia per Iudicẽ eccleſiaſticũ: *ibiq. tradit etiã Innoc. & Roma. dd. locis ſup. citt.* quam opinionem magis communem inquit, & hanc etiam ex eodem, & alijs multis ſequitur Farin. *d. quæſt.28. num.7.* pro qua deciſum fuiſſe refert Rebuff. *d. Gloſ. 1. num. 13. verſ. Quinto. & num. 24.* quædam ponens exempla; & hanc eandem tenet Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſcus *in ſuis Pract. Cõcluſſ. lit. E. concluſ.9. num.17.* poſt prædictum Rom. *dicto conſil.134.* & Apoſtillam ad eundem: ea ratione, quia exemptio eſt conceſſa Eccleſiæ, & ſic Loco: ideo habet locum tam in Clericis, quàm in Laicis in Eccleſia exiſtẽtibus, ne poſſint capi; quemadmodũ priuilegium cõceſſum loco compræhendit omnes in loco exiſtentes: ſiue maſculi, ſiue fœminæ: ſiue laici, ſiue Clerici: ſiue terrigenæ, ſiue forẽſes ſit.

Quapropter ſecundùm hanc magis communem opinionem, quæ affirmatiuè concluditur, mea ſcripta diriguntur, non obſtante prædicta conſuetudine in contrarium: quia ſi verum eſt, quòd prædictæ Perſonæ Eccleſiaſticæ de iure gaudere debent, vt ipſemet Clarus dixit: nulla ſanè contraria conſuetudine prædictum
3 ius tolli poteſt; cum huiuſmodi † conſuetudines abuſus potiùs, & corruptelæ dici debeât, quæ pro lege minimè ſeruanda ſunt, *c. Cum cauſa. ſup. de Sent. & re iud.* Vnde legitur *in cap.*
4 *1. & 2. Diſt. 11.* quòd Vſus † auctoritati cedere debet; nam prauũ vſum lex, & ratio vincit; quapropter quod ab Apoſtolicæ Sedis rectoribus plena auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis præpediente occaſione, proprias tranſequendo volũtates, remoueatur: ſed firmiter atq. inconcuſsè teneatur. Hinc igitur prædicta conſuetudo, qua fulcitur Clar⁹, nullius roboris, vel momenti eſſe debet: præſertim cum ſit contra Libertatem Ec-
5 cleſiaſticam; nam quod † contra diſciplinam, & Libertatem Eccleſiaſticam ſit, irritum eſſe debet, *c. Illa autem. verſic. quod enim. Diſt. 12. c. Cum*
6 *inter. ſup. de Conſuet.* Conſuetudo † enim debet eſſe rationabilis, *c. Conſuetudo. d. Diſt. 12. & c. fi. ſup. de Conſuet. quod etiam allegat* Couar. *Var. reſol. lib.3. cap. 13. num.4. verſ. Prima concluſio. vbi* multa de conſuetudinibus tangit: dicens, conſuetudinem iniquã non eſſe admictendam; & de Conſuetud. plura refert etiam Viu. *in ſuis comm. opin. verbo, Conſuetudinem iniquam.* & diſperſim apud alios, Sed præſertim apud Nicolaum Vigellium *in ſua Methodo Iuris Controuerſi, lib.1. cap. 3. ſub tit. de Conſuetudine. vbi in reg. 6. melius quàm al. hi.*
7 Quæ † verò dicatur conſuetudo contra Libertatem Eccleſiaſticam; tradit

tradit Felin. ex Bart. & alijs, in cap. Nouit. *num. 2. verſ. Sed aduerte. inf. de Sent. Excomm.* vbi eam eſſe dicit, propter quam Clerici reddũtur timidiores, & Laici audaciores; Ideo hæc præd. conſuetudo omnino tollenda eſt: & hanc eandem refert ſententiam poſt eundem Bart. Dec. *in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. nu. 11.* & plures alij, quos eius citat Additio, *ſup. de Conſtit.* nam Gratian⁹ ex Nicolao Papa refert *in c. Ridiculum. d. Diſt. 12.* hæc.

„ *Ridiculum eſt, & ſatis abomina-*
8 „ *bile, vt traditiones, † quas anti-*
„ *quitus a Patribus ſuſcepimus, pro*
„ *libitu errantium ſemper infringi*
„ *patiamur.*

Et alibi, *in cap. ſeq.* hæc refert.

9 „ *Diuturni † mores, niſi legi ſint*
„ *aduerſi, conſenſu vtentium appro-*
„ *bati, legem imitantur.*

Sed quia huiuſmodi conſuetudo (vt ipſe Clarus ait) legi aduerſatur, eò quod tollit priuilegium Eccleſiaſticis Perſonis a lege conceſſum; ergo legẽ imitari non poteſt. Vnde Calixtus, relatus ab eodem Gratiano *in c. 1. d. Diſtinct. 12.* omnibus Epiſcopis ſcribens:

10 „ *Non † decet* (ait) *a capite mem-*
„ *bra diſcedere: ſed iuxta ſacræ Scri*
„ *pturæ teſtimonium omnia mem-*
„ *bra caput ſequantur. Nulli verò*
11 „ *dubium eſt, quòd Apoſtolica † Ec-*
„ *cleſia mater eſt omnium Eccleſia-*
„ *rum, a cuius nos regulis nullate-*
„ *nus conuenit deuiare. Et ſicut Dei*
„ *Filius venit facere voluntatem*
„ *Patris: ſic & vos voluntatem ve-*
„ *ſtra impleatis matris, quæ eſt Ec-*
„ *cleſia; cuius caput (vt prædictum*
„ *eſt) Romana exiſtit Eccleſia.*
12 „ *Quicquid † ergo ſine diſcretione*
„ *iuſtitiæ contra huius diſciplinam*
„ *actum fuerit, ratum haberi nulla*
„ *ratio permittit.* Hæc Calixtus.

Vnde ex his probatur, quòd præ-

13 dictæ † Perſonæ Eccleſiaſticæ abſque vlla controuerſia Præſenti Immunitate gaudere debent: quia cõtrarium affirmare, iniuſtitia opprimere foret. Imo prædicta conſuetudo in diſpendium totius Ordinis Clericalis verteretur, hac pręcipua ratione: quia daretur aditus Clericis in minoribus conſtitutis ordinibus ſubterfugiendi iuriſdictionem, ſeu forum Eccleſiaſticum, vt gaudere poſſent Huiuſmodi Immunitate: vnde deterior eſſet illorum condictio, qui fori priuilegio lætantur, quàm cæterorum; imo quantò altior eſſet gradus, tantò deterior eſſet illorum cõdictio: nam prędictorum in minoribus conſtitutorum, qui niſi alicuius Eccleſiæ ſeruitio ab Epiſcopo fuerint deputati, vel in Seminario, &c. prout diſponitur in Concil. Trid. *de quo ſup. in Proœmio, num. 8. dictum eſt*, cum non valeant fori Eccleſiaſtici priuilegio gaudere, ſed poteſtati ſeculari, velut Laici ſubſunt, eſſet melior condictio; quia ſi deliquerint, cum à Iudice temporali puniri debeant, fugiendo ſub Eccleſiaſticam Tutelam, ſecuritatem conſequentur; Qui verò fori priuilegio lætantur, ſi deliquerint, quia a Iudice Eccleſiaſtico puniendi eſſent, capti extra Eccleſiam ſuum allegarent forum: intra verò capti prædictam fori exceptionem non opponerent; imo illam omnino negarent. Quare ad euitandas tot controuerſias, & ſcandala, cuique ſanæ mentis cogitãdum relinquo. Nec valet illa ratio, quam quidam tradunt, dicentes: ideo non debere huiuſmodi Perſonas Hoc Beneficio gaudere, quia non poſſunt a Iudice temporali puniri: nã licèt hoc verum ſit, non tamen pro criminibus commiſſis remanere debent impunitæ: quia ſi delinquunt, pœnis erunt obnoxiæ, *cap. vt famæ. inf. de Sent. Excommunicationis.*

Itaque ſi Laici ob Hanc Immuni-
tatem pœnas euadūt corporales, qui-
bus alias eſsēt obnoxij: multò fortiùs
14 eadem ratione diminui † debet pœna
aduerſus ſimiles Eccleſiaſticas Perſo-
nas, cum de Iure mitiùs puniri debe-
ant, tanquam Perſonæ priuilegiatæ,
*Abb. in c. 2. num. 9. ſup. de Dolo, & cō-
tum. pro qua re faciunt relata inf. Cap.
V. §. 4. & ſeq.* Si enim Hac Immuni-
tate non gauderent, ſequeretur, quòd
ſuum priuilegiū eſſet ſibi damnoſum:
cum melioris condictionis eſſent La-
15 ici, quàm Ipſæ. Ergo quod † ob eatū
gratiam conceſſum eſt, non debet eis
auferri: nec in proprium damnum re-
torqueri, *cap. Quod ob gratiam. de Reg.
iur. in 6. l. Quod fauore. C. de Legibus.
l. Nulla iuris. ff. d. tit. & l. Plures. in
fi. C. de Fide instrum.* Et quoniā Hoc
Priuilegium eſt Locale, *vt dictum eſt
ſup. Cap. præced. & meliùs dicetur inf.
Cap. ſeq. tradit etiam Lancelottus in
ſuis Inſtit. Canon. Hoc tit. noſtro. §. 1.
& Couar. d. cap. vlt. num. 11. in princ.*
quod per ſe patet, quia ex Locis pro-
uenit (ideo Nos in ſeq. Cap. Rubri-
ca diccimus; De LOCIS, Ex Qui-
bus Prouenit HÆC IMMVNI-
TAS: non vt alij voluerunt, qui di-
cunt, De Locis quæ gaudent Immu-
nitate: quia Loca non gaudent Hac
Immunitate: ſed Perſonæ, quæ ad il-
la fugiunt Loca, conſecuntur eorum
Immunitatem) igitur conſequens eſt
quòd dictæ Perſonæ Eccleſiaſticæ il-
lomet Priuilegio, quo Laici gaudent,
16 vtantur: quia indultum † a iure be-
neficium non eſt alicui auferendum:
decet enim conceſſum Beneficium a
Principe eſſe manſurum, *cap. Decet. cū
ſua Glo. de Reg. iur. in 6. & l. Beneficiū.
ff. de Constit. Princ.* maximè cum in
hoc cōcurrant & Iura Diuina, & Hu-
mana, prout ſup. dictum eſt, *Cap. præ-
cedenti.* Nam Hoc beneficium non
ſolùm ex Humana Natura procedit:
ſed eſt a Principe principum confir-
matum. Vnde in Hoc præſenti Caſu
cōcurrunt Duo priuilegia: Vnum ra-
17 tione † Perſonæ, quod cum ipſamet
extinguitur, *vt in Reg. Priuilegium. in
6.* Alterum verò ratione Loci, quod
non extinguitur, *vt habetur in Poſitio-
ne caſus: & in Gloſ. præd. c. Decet.* Et
hac ratione concludit Farin. *d. q. 28.
nu. 7.* dicens, Hanc Immunitatē pro-
uenire dictis Perſonis Eccleſiaſticis
prætextu Loci: ideo eis tolli non po-
teſt, præſertim cum Canones non di-
ſtinguant: quæ opinio apud eum eſt
communiſſima.

Ex his ergo apparet, quòd qui cō-
trarium tenent, nulla Iuris ratione
nituntur; vnde debet eorum opinio
pœnitus reijci, vna cum illa conſue-
tudine, quam contra iura Clarus eſſe
oſtendit. Et cum hac affirmatiua cō-
cordat illa deciſio, quā refert Rebuff.
in d. Gloſ. 1. nu. 13. & 24. dum inquit,
quòd quidam apoſtata a religione
admiſſus, & reſtitutus fuit Eccleſiæ,
ex qua fuerat abſtractus: de quo me-
liùs inf. *Cap. V. §. 6.* dicetur: & ſecun-
dùm hanc reſpondiſſe Sacram Con-
greg. a quodam religioſo viro, fide
digniſſimo, mihi relatum eſt (cuius
mentionem faciemus inf. *in Initio d.
Cap. V. circa fin.*) quam Deciſionem
adhuc præ manibus habere nequiui.
Et ita per plures alias rationes tenet
Ambroſinus *hic c. 12. ſup. eadē Cōſtit.*

18 Non obſtat † Quod dicitur in no-
ſtra Cōſtitutione, quæ loqui videtur
de merè Laicis dumtaxat: non autem
de his Perſonis Eccleſiaſticis, per illa
verba, ibi;

» *Et Laicis ad Eccleſias, Locaq; Sa-
» cra, &c. Immunitas Eccleſiaſtica
» non ſuffragetur.*

Et rurſus.

» *Et præcipimus, vt Laicos in caſi-
» bus prædictis, &c.*

Et etiam alibi per d. Conſtitutitutio-
nem

nem Quia reſp. illud euenire ob hanc rationem, nam præſens noſtra Conſtitutio lata eſt in fauorem ipſorummet Laicorum: quia temporales Iudices aduerſus illos plura priuilegia impetrarãt, vt potuiſſent ab *Eccleſijs* eos extrahere. imo etiam hoc non contenti, in Eccleſiaſticas Perſonas prædictam facultatem extendebant; ſed quia Iudex ſecularis nullam habet poteſtatẽ aduerſus has Perſonas Eccleſiaſticas, *vt diximus ſup. in prin. ex eadem Conſtit.* ideo ipſa Conſtitutio de Laicorum perſonis tãtùm tractare videtur. Sed puto (niſi mea me fallat opinio) quòd per eandem Cõſtitut. non eſt ſublata dd. Perſonis Hæc Immunitas: imo potius confirmata; quia dum Gregorius, eiuſdem Conſtit. auctor, facultatem tollit dd. ſecularibus Iudicibus procedendi cõtra has Eccleſiaſticas Perſonas, ſubnectit, quòd nec etiam in caſibus inibi exceptis extrahere, abducere, capere, aut carcerare, vel cognoſcere præſumant. Vnde apparet, quòd eis tacitè Hãc cõfirmauerit Immunitatem: Sed quia in illis caſibus Seculares pſonæ, vel (vt dictum eſt) Laici gaudere non debent: ne etiam videretur cõprehendere, vel Curiæ ſeculari ſubmictere huiuſmodi Perſonas Eccleſiaſticas, eiuſdem Curiæ Iudicibus illã abſtulit facultatem: *Huic ſententiæ ſuffragatur quod dicitur in Verſic. ſeq.* Et ex hoc reijcitur opinio Egregij V. I. D. Marci Antonij Genuenſis *in ſua Praxi Archiepiſc. cap. 21. num. 11. aliàs vlt.* qui contrariũ tenet: & inter alios, quos allegat, tradit auctoritatem Farinac. & Diaz, qui pro nobis ſunt.

Aduertendum tamen eſt, quòd hæ Perſonæ Eccleſiaſticæ in illis tantùm criminibus, vel delictis Hac Immunitate gaudere debent, in quibus & ipſimet Laici: in reliquis autem a ſuo Iudice, hoc eſt Eccleſiaſtico, prout criminis qualitas expoſcerit, puniendæ ſunt: Quod etiam apud eundem Ambroſinum *in ſi. d. cap.* 12. impreſſum perlegi. Et Hęc ſatis quoad has Perſonas Eccleſiaſticas. Videamus ergo de alijs, vt ſunt prædicti Laici.

SVMMARIA.

1 *Excommunicati num Hac gaudeãt Immunitate?*

2 *Forum quis ſortitur ratione delicti.*

3 *Deciani lapſus.*

4 *Iudex ſecularis an poſſit ſe intromittere caſibus, in quibus eſt impoſita pæna a ſacris Canonibus?*

5 *Abſolui ab excommunicatione nemo poteſt, niſi prius parti leſæ ſatisfaciat.*

6 *Clericum, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam iniuria afficiens, verberans, aut occidens num Hac gaudeat Immunitate?*

7 *Berberij opinio in Viator. iu. ſub rub. de Violat. Immun. Eccleſ. par. 1. & aliorum, qui ſunt eum ſecuti, vt eſt Farinac. Rebuff. Decian. & alij, confutatur.*

8 *Raptores mulierum num gaudeant? Et qua pæna de iure Canonũ plectãtur?*

ſ. II.

SECVNDA Concluſio præſentis Capitis eſt de Perſonis Laicalis profeſſionis, quæ abſq. controuerſia omnes admitti videntur ad Hanc Immunitatem; ſed quoniam huiuſmodi Perſonæ aliquando inter ſe differunt: ideo diuerſum ius circa eaſdem conſtitui oportet.

Nam ſupra, *in Proœmio, num. 8. in verſ. Dixi velle. cũ tribus numm. ſeqq. vſque ad verſic. Secundò agendum eſt.* vbi de diuiſione Perſonarum actum eſt, inter ſeculares Perſonas etiam Infideles connumerauimus: ſed quia inter vtraſque non parum diſcriminis eſt,

eſt, ita vt iſtarum nemo videatur excluſa, illarum autem omnes: ideo de Fidelibus in hac Quæſtione, de Infidelibus verò in ſequenti Quæſtione dicemus. Harum autẽ Fidelium ſtatus quia quandoq. deterioris conditionis ipſarummet Infidelium perſonarum eſſe poteſt, *vt dicetur inf. §. ſeq. num.* 2. quod etiam accidere poteſt ipſiſmet Eccleſiaſticis pſonis, *de quibus in §. praced. actum eſt.* ideo in Hoc præſenti §. de his ſimilibus Fidelibus tractabimus.

1 Sunt † autem prædictæ Perſonæ, illæ, quæ ſunt extra gremium Eccleſiæ Sanctæ Dei, vocanturque Excõmunicatæ: de His enim eſt non modica quæſtio inter Doctores, num debeant Hac Immunitate gaudere, vt vidère eſt Boer. *deciſ.* 110. *num.* 5. *& duobus ſeqq.* Clar. *d. quæſt.* 30. *verſic. Quæro etiam.* Couar. *d. cap. vlt. num.* 11. & alios infinitos, quos breuitatis cauſa relinquo: quia apud hos ſupra cit. veritas indagari poterit, cum & hi aliorum antiquorum opiniones referant: alij verò poſt hos, eoſdem allegent, vt eſt illud Farin. *d. quæſt.* 28. *nu.* 39. Vnde inter tot controuerſias inuolutus, ita diſtinguẽdum duxi; Aut Excommunicatus fugit ad Loca Immunitatis ob aliquod crimen, quo fuerit excommunicatus: aut propter aliud; ſi propter aliud, nulli dubium eſt, quòd gaudere debeat; ea ratione, quia lex eum non excludit, prout dixit Rebuff. *d. Gloſ.* 1. *nu.* 13. *ſub verſ. Quinto quibus perſonis.* ex Angelo de Claua. *in verbo, Immunitas.* §. 11. & Io. Fab. *in §. fin. Inſt. de His, qui ſunt ſui, vel ali. iu. quod eſt ſub num.* 3. idem tenet Couar. *d. num.* 11. *in princ.* poſt Hoſt. Gulie l. Imo. Henric. Coſma. & Boer. *d. deciſ.* 110. *num.* 7. quam communem opinionem eſſe affirmat; referens etiam in cõtrarium Summã Confeſſ. *tit. de Immunitate Eccleſ. q.* 5. & Felin. *in c.* 2. *col.* 2. *ſup. de Except. quod eſt ſub num.* 5. At ipſe Felinus ſibimet contrarius eſt, dum hic dicit, quod ideo non debet gaudere, quia eſt ei interdictus Eccleſiæ ingreſſus; vnde idem dicendum eſſet de Infidelibus; & tamen ipſemet *in c. Iudei. el* 1. *verſic. Sed cõtrarium. inf. de Iudæis.* eos non excludit: de quibus plenè dicemus in ſequenti Quæſt. ſeu §. vbi ſciemus, num verum ſit, quòd huiuſmodi Excommunicatis, & Infidelibus ſit penitus interdictus ingreſſus Eccleſiæ. Quare pro nunc dicerem, quòd cum nullo ſint iure exceptæ huiuſmodi Perſonæ Excommunicatæ, remanere debẽt ſub regula: quia præter eas, quæ aliquod criminum infra dicẽdorum commiſerint, omnes admittuntur: & ſi ſecùs Papa voluiſſet, in hac Conſt. vtique illud expreſſiſſet, *argum. cap.* 2. *ſup. de Trãſlat. Epiſc.* cum etiam Hæretici ſint excommunicati: & nihilominus quia ſunt expreſsè excluſi, cęteri non videntur excluſi: & hanc opinionem poſt ſup. allegatos, & alios, tenet, & ſequitur Farin. *d. quæſt.* 28. *ampl.* 15. *ſub num.* 39. Sin autem quis ob delictum, ſeu crimẽ, quo fuerit excommunicatus ſub Eccleſiaſticã fugerit Tutelam: tunc,

2 quia ratione † criminis forum ſortitur Eccleſiaſticum, *Abb. in c. Relatum. num.* 1. *verſ. Et ex hoc. & Gloſ. in cap. Grauem. inf. de Sent. excom. & facit optimus text. in cap. Cum ſit generale. ſup. de Fo. comp.* debent ab Epiſcopo loci puniri pro qua re plurium ſen-

3 tentias allegat Decian. † *d. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 5. agens de materia noſtra allegat (inquam) Cyn. *in l. Præſentis. C. eo.* Bart. *in l. Si cui. §. vlt. ff. de Accuſat.* Ang. *de Maleſ. in verſ. Scalis ſancti Petronij*, Couar. *d. cap. vlt. num.* 18. *verſ. Trigeſimoquinto. & iterum* Abb. *in d. c. Inter alia. num.* 29. ac poſt hos ſe remittit etiã ad ea, quæ dixerat ſup.

ſup. *cap.17.num.31.* Sed hos omnes,
quos Decianus refert, tradidit ante
cum Couar. loco ab eod. cit. vbi con-
trariũ ex eiſdem tenuit: quãuis Cyn.
pro Decia. eſſe videatur; ſed eũ repro-
bare videtur idẽmet Abb. *in d. c. Inter
alia. eo. nu. 29. & in c. Cum ſit generale.
n. 27. ſup. de Foro compet.* atq. alij rela-
ti ab eiſdem Couar. & Decia. Vnde
pro iſtorum cõcordia, ne etiam Abb.
ſibimet contrarius appareat: hac di-
ſtinctione vſus ſum, hoc eſt; aut crimẽ
illud in Eccleſiam commiſſum ſit de
exceptis: & tunc quia Curiæ tradi de-
bet ſeculari, ab eiuſdẽ Iudice puniri
poteſt: Aut nõ eſt de exceptis, vt ſunt
plura, de quibus infra, *Cap. V.* loque-
mur: & tũc procedet opinio Deciani,
quamuis aliter dicat de dictis crimi-
nibus *in d. Cap. V. præſertim in §. 3. di-
cendis, vt eum videre eſt in ſeqq. capp.*
dũ tractat de crimine Sacrilegij. Sed
alibi, *d. lib. 6. cap. 25. nu. 7.* contrarium
eius, quod ſupradictum eſt, tenuit per
ipsũmet Bart. *loco præallegato*, & alios,
quos ibi refert. Sed pro hac cõcordia
4 facit, quòd in caſibus, † quibus eſt im-
poſita pęna de iure Canonum, Iudex
temporalis non poterit ſe intromitte-
re, niſi ei facultas data fuerit, *vt inf. d.
Cap. V. §. 5. cum de Aſſaſſinis agemus,*
5 *dicetur.* Et quoniam Delinquentes †
huiuſmodi Excommunicati abſolui
debent: ac abſolutionis beneficium
obtinere non poterunt, niſi parti læſæ
fuerit ſatisfactum, *vt pluribus in locis
habetur, hoc eſt in c. Parochianos. in c.
Porro. in c. Conqueſti. & plenè in Gloſ.
d. c. Parochianos. cũ alijs ſimilibus, inf.
de Sent. Excommun.* Ergo quantum
ad hoc mihi videretur dicendũ, quòd
gaudere minimè debent: imo nedum
Clerico, ſed etiam Eccleſiæ ſatisface-
re tenentur, ſi ob iniectionem manus
violentæ in Perſonas Eccleſiaſticas
fuerint Excommunicati, *Gloſ. penult.
in c. Poſtulaſti. & ibi Abb. num. 3. inf.
de Iudæis.* Et cum hac tranſit Alexan-
der Ambroſinus *in præcit. ſuo tract. c.
8. nu. vlt. verſ. Et minùs obſtat.* Quan-
tum verò ad pœnam tẽporalem om-
nino gaudebũt. Vnde Nauar. *in Ma-
nuali, d. c. 25. num. 19. poſt med.* dicit,
6 etiam ſi † quis Clericũ occiderit, Im-
munitate gaudebit: & a Remig. rela-
tos refutat: quia ſine textu, & ratione
mouentur, cum in regula non in-
ueniantur excepti, quos prædicti Do-
7 ctores excludunt. Hinc reijci † debet
opinio Rebuffi *in d. Gloſ. 1. num. 19.*
qui tenet ex Berber. *in Viator. iur. ſub
Rub. de Violator. Immun. Eccleſ. par. 1.*
quòd percutiens Clericum, vel aliam
Eccleſiaſticam Perſonam gaudere nõ
debet, quia committit Sacrilegium,
per c. Si quis ſuadente. 17. quæſt. 4. Et
quia Sacrilegium in Perſonam com-
miſſum grauius eſt, quàm illud, quod
fit cõtra Locum. Ergo a fortiori gau-
dere nõ debet: cum his, qui in Locum
Sacrum committit priuari debeat:
quam opinionem ſecutus eſt Farina,
d. quæſt. 28. nu. 28. & 29. motus prin-
cipaliter ex illo dicto Berberij, & alio-
rum, *quos ibi allegat.* Sed eos omnino
reijcimus per ea, quæ dicemus inf. *d.
Cap. V. eod. §. 3. in fi.*

Vnde tenendo Nauarri opinionẽ;
Amplia hanc regulam non ſolum ad
Excommunicatos ob percuſſionem
vel iniuriam dictis Perſonis Eccleſia-
ſticis illatam: ſed etiam ob alias Ex-
communicationis cauſas, quia in his
delictis poteſtas Eccleſiaſtica ſuas in-
terponit partes, non Secularis: Vnde
Fiſci officium ceſſabit.

Non obſtat, ſi Conſtitutio noſtra
loquatur de crimine hæreſis, quod eſt
merè Eccleſiaſticum; vnde per exclu-
ſionem eius, &c. quia ſuo loco, *inf. d.
Cap. V. & alibi* ſatis reſpõdebitur. Ni-
8 mirum igitur ſi † opinio Couar. *d. c.
vlt. num. 8.* reijciatur: qui tractans de
virginum Raptoribus, tenet quòd nõ
debent

debent gaudere: quam opinionem cum ſecutus fuiſſet Emanuel Sa. in Aphor. Confeſ. *Hoc tit. noſtro.* §. 2. *in fi.* Magiſter Sacri Palatij a d. libello emendauit, dicens eſſe contra hanc noſtram Cõſtitutionem, de qua etiã ipſemet Emanuel locutus eſt eod. lo. quæ opinio eſt communiſſima apud Farin. *d. quæſt.* 28. *Amphat.* 8. *nu.* 17. Et tamen huiuſmodi Raptores ſunt excommunicati, *vt ſtatutũ eſt in Concil. Trid. Seſſio.* 24. *cap.* 6. *decreto, de Reformat. matrim. & habetur in cap. Raptores.* 36. *quæſt.* 2. Quod non ſolũ in virginum, ſed etiam in cunctarum mulierum Raptoribus procedit: ac in omnibus illis, qui conſilium, auxiliũ, & fauorem præbuerint: & nedum excommunicantur, verùm etiam perpetua infamia multantur: omniumque dignitatum incapaces redduntur; & ſi Clerici fuerint de proprio gradu cadent. Hæc erit eorum pœna ſpiritualis; temporalis autem pęna, qua componi debent, eſt, quòd tenentur mulieres raptas, ſiuę eas in vxores duxerint, ſiue nõ duxerint, iudicis arbitrio decenter dotare: *quod etiam diſpoſitum eſt de iure veteri, vt in cap.* 1. *inf. de Adulterijs*. Hinc etiam reijcitur opinio Decia. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 20. cum alijs ſimilibus. Quæ omnia ſatis ſint quantum ad hanc rem; ſed de hoc, quod diximus de mulierum Raptoribus, agemus etiam inf. *Cap. V.* §. 11. *in verſic. Hinc ergo. poſt nu.* 7. Deueniamus ergo ad Infidelium Perſonas.

SVMMARIA.

1 *Infideles num gaudeant Hac Immunitate? & ibi doctorum pro vtraque parte opiniones.*
Tanquam proximi diligendi, num. 6.
Num arceantur omnino ab Eccleſia ingreſſu? num. 10. *& num.* 26. *&* 27.
Pecunia alliceri poſſunt ad Fidẽ, nu. 13.
Quomodo dicuntur Chriſtiani nominis hoſtes: exploſa Iulij Clari opinione in §. *fi. quæſt.* 30. *verſic. Præterea quæro. vnà cum alijs, qui eum ſunt ſecuti, num.* 17.
In vtroq. teſtamento præcipitur, eis ſubminiſtrari quod ad Ius pertinet Naturale, num. 18. *&* 22.
Ad deprecandum in Eccleſiis admittuntur, num. 27.
2 *Excommunicatus ſecundùm quid deterioris eſt conditionis Infidelis.*
Et vterque videtur eſſe membrum diaboli, num. 3.
Num arceatur omnino ab ingreſſu Eccleſiæ? num. 9. *& num.* 26. *&* 27.
Qua communione priuetur per Sanctum Euangelium? num. 18.
4 *Perſonarum Deus non exceptor.*
5 *Legem vnam oẽs habemus quoad Deũ.*
Et quoad Ius Naturale, num. 16.
6 *Dilectio proximi in Præceptis Decalogi etiam pro Infidelibus intelligitur.*
Et Inimicis. num. 24.
7 *Proximi noſtri qui ſint?*
8 *Peccata Fidelium deteriora, & grauiora, quàm Infidelium.*
9 *Miſericordia Dei ſine menſura, & tempore.*
11 *Archidiaconi, & Deciani lapſus circa præſentem Quæſtionem, videlicet, An Hæc Immunitas proſit etiam Infidelibus?*
12 *Saluos omnes facere venit Filius Dei.*
14 *Damnatis ad mortem nõ ſunt deneganda Sacramenta Pœnitentiæ, & Sacroſanctæ Euchariſtiæ.*
15 *Viſio D. Petri tradita pro exemplo Huiuſce Immunitatis in fauorem Infidelium.*
16 *Æquales omnes quoad Ius Naturale.*
18 *Excommunicatus qua communione priuetur per Sacra Euangelia.*
19 *Natura quæ ad Ius pertinent; vt ſunt alimẽta, & ſimilia, in vtroque teſtamẽto etiam Infidelibus ſubminiſtrari præcipitur.*

20 *Pecc-*

20 *Peregrini qui dicebantur apud populum Hebræum.*
21 *Populus Dei quis olim fuerit?*
22 *Fides noſtra, & populi Hebræi an ſit eadem?*
24 *Inimici diligendi.*
25 *Hebræorum tempore qui admittebantur ad Hanc Immunitatem?*
26 *Salomon in ædificatione Templi omnem gentem, quamuis Infidelem ad ibi orandum admiſit.*
27 *Eccleſia omnes abſque exceptione perſonarum ad deprecandum in locis Diuino cultui dicatis admittit.*
28 *Chananeæ mulieris exemplum traditur ad corroboratione͂ huius Quæſtionis, quòd. ſ. Infidelibus non ſit deneganda Præſens Immunitas.*
29 *Exemplum quoddam D. Barbaræ ad roboratione͂ Præſentis Quæſtionis, An Infideles gaudere debeant, vel non?*
30 *Felini lapſus in cap. Iudæi. il 1. inf. de Iudæis.*
31 *Caroli V. Imperatoris Deciſio in Infidelium gratiam.*

§. III.

TERTIA Co͂cluſio præſe͂tis Capitis erit de Illis, Qui omnino a gremio Eccleſiæ Sanctæ Dei ſunt excluſi, vt ſunt Infideles, de quibus inter Doctores multùm contenditur, Num gaudere debeant Hac Immunitate, ſi poſtquã deliquerint, ad Loca confugerint Sacra, vel Religioſa?

Et Abbas Panorm. *in Cap. Inter alia. num. 6. & 23. inf. eo.* & poſt eum Nauar. *d. cap. 25. nu. 19. in princ.* Item Clar. *d. quæſt. 30. verſ. Præterea quæro.* quem ſequitur Farin. *d. quæſt. 28. nu. 68.* (citra alios, quos allegat,) tenent, quòd gaudere non debeant; Sed ea præſertim ratione Clarus mouetur, quia Infideles ſua infidelitate ſe indignos faciunt Huiuſcemodi Beneficio: nam non debemus (inquit) erga hos Iudæos, vel Infideles, perfidiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes, aliqua vti humanitate: & hanc eandem rationem affert Farinac. *lo. cit.* hanc quoq. opinione͂ comprobat Couar. *d. cap. 20. num. 11. verſ. Decimotertio.* quem allegat Clar. *eo. lo. cit.* & poſt cu͂ Soar. *in ſua Collect. comm. opinn. lit. I. 205. & ſeq.* ſed præter ſupradictam rationem, allegant tex. l. 1. C. eo. tit. noſtro, vbi Iudæi excluduntur: Sed Iudæi ſunt Infideles; Ergo. Et quos videre potui, negatiuam partem affirmantes, mouentur omnes ex præd. textu. & ita ſeruari Auenioni, ait Rebuff. *in d. tractatu, Gloſ. 1. num. 22.* qui etiam eundem tex. l. 1. allegat: quod ſanè iuxta diſpoſitionem illius textus nullo modo procedere poteſt, cum in Hac Re Canonico Iuri ſtandum ſit, prout diximus *ſup. in Proœmio, num. 2.* ex eiſdem Couar. Rebuffo, & alijs. Vnde ſi procederet ille textus: ſequela eſſet, quòd omnes alij, quos Lex Ciuilis excludit, nos quoque excludere deberemus, vt ſunt illi caſus ſupra relati *in Initio Cap. præced. num. 76.* & nihilominus omnes affirmant, illa iura cedere Pontificalibus Conſtitutionibus, quæ illos non excludunt, quod Farin. poſt innumeros refert, *d. quæſt. 28. num. 18. & ſeqq. vſque ad num. 23. & nu. 30. cum aliquibus alijs ſeqq.* quibus adde quoque Oldr. *conſ. 154. num. 1.* quare ſi illa iura ceſſaru͂t; ergo & hic tex. præd. l. 1. ceſſare debet. Vnde reijcie͂dus eſt vnà cu͂ alijs Oldr. *in præced. conſ. 54. nu. 3.* qui contrariu͂ tenet per eu͂de͂ tex. & per aliu͂ in auth. de Mãd. Princ. §. *Publicorum.* Ac etiã Nauar. licèt ſæpe ſæpius dicat, du͂ de delictis loqutur *in d. nu. 19.* quòd hi no͂ excluduntur, quia iura Canonica eos non excludunt.

Sed pro parte affirmatiua faciu͂t relata p Couar. *d. verſ. Decimotertio.* dicentem

centē hanc ſententiā fortaſſis videri à
frequentiori auctorū calculo receptā:
pqua tradit Glo.*ī d. c. Inter alia.inf.*
*eo.*Hugui.Fel.Imo.Syluеſ.& Hypol.
quāvis quoad hoc Fel.*alibi* (*citra locū*
cit.a Couar.) *ī c.2.n.5.ſup.de Excep.*ſi-
bimet de directo cōtrarietur:dū dicit,
excōmunicatū nō admittēdū ad Hāc
Immun. quia non pōt ſepeliri in Ec-
cleſia. Ergo eadē rōne excludēdus eſ-
ſet Infidelis: vti etiā ſup. *in* §.*praced.*
*poſt nu.*1. dictū eſt. Sed ſupradd. addi
poſſet Archid.*in d.c.Diffiniuit. nu.*1.
17.*q.*4. eadē rōne:quia etiā ait,ꝙ Ca-
nones indiſtinctè locūtur:ſicuti ēt fir-
mat Innoc.*in d.c.Inter alia.*licèt alibi
Arch.*ī d.c.Id cōſtituim⁹.d.q.*4. cōtra-
riū dicere videatur, dū diſtīguit inter
liberos,& ſeruos. Sed & alios refert e-
tiā Ambroſ.*d.cap.*8.*ī prin.*licèt *ī verſ.*
ſeq. cū Claro tranſeat. At quoniā hæc
opinio magis pia,imo verior eſt:ideo
ab ea nō recedā. Non referā hic, quæ
auctorū pars præualeat,an.ſ.pro affir-
matiua,vel negatiua ſit: qa hoc vanū
eſſet,cū de Iure debeāt Infideles gau-
dere, reiectis contrarijs opinionibus.

Primùm facit,ꝙ Hoc Priuilegiū nō
eſt perſonale, ſed locale, ꝙ tolli neq̃t.
Vnde aufugiēs ad aliquē Locorū Im-
munitatē tribuentiū, quiſquis ille ſit,
omnino gaudere debet,iuxta ſup. re-
lata *ī* §.1.*n.*2.*circa fi.poſt Tuſc.*& licèt
aliqui excludātur:illud tñ euenit rōne
criminis,nō loci. Quapropter claudi-
cat ratio dicentium, quòd Chriſtiani
gaudere debeant, Infideles vero non.
Nonne omnes ab vno ſtipite deſcen-
dimus? Nōne omnes iræ filij ſumus?
ſi gaudent Excommunicati, non de-
bent excludi Infideles: Nam Excóm-
2 municati † peioris conditionis ſunt
eorūdem Infidelium; quia cum Infi-
delibus licet loqui, & māducare, *cap.*
*Infideles.*23.*quaſt.*4.*& probatur in c.*
Poſtulaſti. inf. de Iudæis.cuius verba
habentur inf. §.*ſeq.num.*1. quod cum
excommunicatis prohibitum eſt: quo
verò ad reliqua ſimiles Sūt: quia vter-
3 que,& excommunicatus,† & Infide-
lis ſeparatus eſt a Sacramentis Eccle-
ſiæ, & videtur eſſe membrum diabo-
li, *Abb. in c. Nouit. ille.num.*5.*ſup. de*
Iudic. ob id, quod dici ſolet ,excom-
municatū poſſideri a diabolo,*c. Audi.*
*& c. Omnis.*11.*quaſt.*3. & Gloſ. *in d.*
c.Audi. dicit,quòd diabolus vtitur il-
lo,ſicut mulio iumento. Hinc miror
de ijs,qui contrarium tenent: & præ-
ſertim de illis, qui dixerunt hos excō-
municatos ideo gaudere,quia Præsēs
Priuilegium eſt Locale: quemadmo-
dum voluit Couar. Farin. & alij. Vn-
de ex hoc meritò reijci debēt illorum
opiniones.

Secundò moueor ex eo, quod ſup.
traditum eſt *in Cap.praced. toto*, dum
diximus Hāc Immunitatem quouis
Iure ſubſiſtere,etiam Diuino; Sed a-
4 pud † Deum non eſt diſtinctio perſo-
narum,iuxta illud Apoſt. *ad Rom.*10.
*poſt num.*11. his verbis.

,, *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græ-*
,, *ci: nam idem Dominus omnium,*
,, *diues in omnes, qui inuocant illū.*

Et Gratianus poſt dicta verbā Apo-
ſtoli,*quæ refert in Summa,*29.*quaſ.*2.
ſubdit *in c.*1. ex ſententia Iulij Papæ,
dicens;

,, *Omnibus nobis vnus eſt Pater in*
,, *cælis, & vnuſquiſque diues, &*
,, *pauper: liber, & ſeruus: æquali-*
,, *ter pro ſe, & pro animabus eorum*
,, *rationem reddituri ſunt. Quapro-*
5 ,, *pter omnes,† cuiuſcunque cōditi-*
,, *onis ſint, vnam legem habere, non*
,, *dubitamus, &c.*

Hoc idem habetur in Act. Apoſtol.
10. *cuius verba inf. num.*23. *legi pote-*
runt. Ergo non debent Infideles di-
ſtingui qnoad Hanc Immunitatem a
Chiiſtianis.

Nec agimus hic de Infidelibus,qui
humanum ſanguinem effundere pro-
curant

curant in diſpendiũ Religionis Chriſtianæ, vel alicuius odij cauſa: quia ſicuti nos ipſi Chriſtiani (quod abſit) gaudere non debemus: ita etiam, imo multò magis nec ipſi Infideles: (*pro qua ſententia facit quod dicetur inf. num.* 25. *in fi.*) Sed loquor de alijs criminibus, in quibus cæteri fiunt Immunes: quia debemus his Infidelibus Eccleſiæ Sanctæ Dei clementiam oſtendere: eiſque vitæ Religionis Chriſtianæ exemplum eſſe, vti nos docet Apoſtol. *in illo ad Roman.* 15. *in princ.* dum ait;

» *Vnuſquiſque veſtrum placeat in*
» *bonum, ad ædificationem. Etenim*
» *Chriſtus non ſibi placuit, &c.*

non vt aliqui noſtri temporis, qui ſecluſa humana miſericordia, eos abſq. cauſa, vel ſaltẽ leuiſſima, grauiſſimis onerant contumelijs, & verberibus, porrò nõ ſine graui Dei offenſa: cum & ipſimet Infideles nobis ſimiles sĩt, vt dixi: ſed non ſolet Deus tantum immane facinꝰ impunitũ relinquere. Quare, ô Chriſtiane, dum hoc ſalutari nomine gloriaris, ne tardare velis, Deo gratias agere, quia non propter te, ſed ob ipſiuſmet clementiam tale conſecutus es nomen: cum & inter ipſoſmet Infideles te conſtituere poterat; Vnde dicas cũ Pſalmiſta, *Pſal.* 4. Gratias tibi ago Domine Deus, quia ſignatum eſt ſuper me lumen vultus tui: dediſti lætitiam in corde meo. Itaque fratres tuos Infideles noli deſpicere: cum Deus ab initio (*vt nemo eſt qui ignorat*) duos tantum creauerit homines: maſculum. ſ. & fœminam creauit eos, *Gen.* 2. ex quibus tota gens, & nos Chriſtiani, & ipſi Infideles procreati ſumus. Vnde
6 non ſolum † eos qui ſanguine nobis coniuncti ſunt, aut eandem profitentur fidem diligere debemus, ſicut &
7 nos: ſed † etiam Iudæos, Saracenos, & quoſlibet alios Infideles: quia proximi noſtri ſunt, *cap. Charitas.* 11. 2. *cum ſua Gloſ. in verbo, Particeps. de Pœnit. diſt.* 2. *& alijs iuribus ibi ſubnixis.* Audi quæſo Malachiam idem dicentem *cap.* 2. *num.* 10. hiſce verbis.

» *Nunquid nõ Pater vnus omnium*
» *noſtrum? nunquid non Deus vnus*
» *creauit nos? quare ergo deſpicit v-*
» *nuſquiſque fratrem ſuum, violãs*
» *pactum patrum noſtrorum?*

Cui ſubnectamus illud D. Auguſtini *ſuper Pſal.* 54. *quod legitur in Breuiario Rom. in quinta lectione Feriæ V. Cœnæ Domini.* tenoris ſequentis.

» *Vtinam qui nos modo exercent,*
» *conuertantur, & nobiſcum exer-*
» *ceantur: tamen quandiu ita ſunt,*
» *vt exerceant nos, nõ eos oderimus,*
» *quia in eo, quòd malus eſt quis eo-*
» *rum, vtrum vſque in finem perſe-*
» *ueraturus ſit, ignoramus. & ple-*
» *runq. cum tibi videris odiſſe ini-*
» *micum, fratrem odiſti: & neſcis.*

Quid enim plus altero vnus habet? an putas quin errare poſſis ſicut & quilibet alius Infidelis? imo deteriora † ſunt Fidelium, quàm Infidelium peccata, iuxta illud Lucæ, 11. *num.* 47. *& ſeq.* quod ad hunc propoſitum refert D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 73. *artic.* 10. *in Corp.* his verbis.

» *Seruus ſciens voluntatem domi-*
» *ni ſui, & non faciens, plagis va-*
» *pulabit multis.*

Pro quo faciunt etiam quæ habentur inf. *in* §. *ſeq. in fi.* quibus adde relata per Abb. *in c. Quidam Iudæi. num.* 2. *inf. de Apoſtatis.* Hinc Chriſtiani maiorem ſubire tenerentur pœnã, quàm ipſi Infideles; ſed quia ob hoc Eccleſiæ Refugium pœnas euadunt; ergo
9 & ipſi quoque Infideles: cũ Dei † miſericordia abſque menſura ſit, & tempore, 26. *quæſt.* 6. *cap. Is qui. cap. Multiplex. diſt.* 2. *de Pœnit.* Vnde & Eccleſia Sancta Dei nõ dedignatur eoſdem in ſuam ſuſcipere tutelam, quia

quotidie non ceſſat pro illis orare, licèt priuatim: publicè tamen illud demonſtrat in die Paraſceuen, hoc eſt in die Veneris Sãcta: quod omnibus puto notum eſſe, licèt illud referat Gloſ. *in c. Si enim inquit. in verbo, To-*
10 *tius mundi. de Pœnit. diſt.* 2. Imo † nec ab Eccleſiæ localis ingreſſu penitus repelluntur, vt patet in c. Epiſcopus. *il.* 2. *de Conſecr. diſt.* 1. cuius verba sũt huiuſcemodi.

» *Epiſcopus nullum prohibeat in-*
» *gredi Eccleſiam, & audire ver-*
» *bum Dei, ſiue Gentilem, ſiue Hæ-*
» *reticum, ſiue Iudæum, vſq. ad miſ-*
» *ſam cathecuminorum, &c.*

Idem refert ex eo. tex. D. Thom. *par.* 3. *quæſt.* 83. *art.* 4. *ad* 4. Imo omni tẽpore, prætequàm dum Diuina celebrantur Officia ſemper admittuntur ad Eccleſiæ ingreſſum, *Gloſ. in c. Qui ſtudet. verbo, Dimiſit.* 1. *quæſt.* 1. *in fi. per c. Cum nuper. inf. de Sent. excom. & Butr. in c. Reſponſô. per eundem tex. d. tit. de Sent. excom.* Felin. *in d. cap.* 2. *ſup. de Excep. num.* 3. qui Abbatem in contrarium allegat, cui & ipſe bre-
11 uiter reſpondet. Refert autẽ Decian. † *d. lib. cap.* 26. *num.* 3. *poſt med.* ex Archid. quòd iura tribuentia Hanc Immunitatem non excipiunt perſonas, ſed tantùm crimina, pro quibus aufugiunt: & alibi idem tenere Archid. *vt in c. vlt.* 17. *quæſt.* 4. *& in cap.* 1. *de Homic. in* 6. refert: ex quo patet error Archidiaconi, cum alibi diſtinguat cum illo tex. l. 1. C. eo. vti ſup. *nu.* 1. *in verſ. Et pro hac parte.* traditum eſt, vbi eundem ſibimet contrarium *in d. c. Diffinivit. & in d. cap. Id conſtituimus.* 17. *quæſt.* 4. adduximus. Quare perperam ſecutus eſt eum Decianus, *lo. ſup. cit.* quia ex hoc etiam ſibimet contradicit. Imo non ſolum in his ſibi contrarius videtur, ſed alibi *in d. cap.* 26. *num.* 9. dum de ſeruis tractat, qui ob dominorum ſæuitiam confugiunt ad Eccleſias: quos debere gaudere confirmat: inter quos etiam expreſſis verbis Iudæos connumerat; ſi ergo Iudæi gaudent, multò fortius & alij Infideles gaudere debent: cum omnes, qui contra nos tenent, moueantur per d. tex. l. 1. C. eo. vbi ſolùm de Iudæis agitur: nam de alijs loquitur text. l. Si ſeruus. *C. d. tit.* imo etiam nec d. l. 1. tractat de Iudæis ſeruis, ſicuti voluit Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 34. motus Azonis Sententia *in ſua Summa C. eo.* quòd, credo, nunquã Azon. Somniaſſe, quia *in d. Summa* ſimpliciter tantùm de Iudæis tractat, referens quod dicitur in d. tex. l. 1. vbi nulla fit mentio ſeruorum, ſed potius de liberis tractatur, vti probatur per illa verba, ibi;

» *Nec ante ſuſcipiantur, quàm de-*
» *bita vniuerſa reddiderint, &c.*

Ergo ſi cum alijs contrahunt, liberi omnino eſſe debent: & in his conſiderabit curioſus Lector.

Tertiò (inquam) moueor quadã alia efficaciſſima, ac æquiſſima ratione, qua non eſſe recedendum ab hac affirmatiua, putarem, Concluſione: quia ſi hos Infideles ad mortis ſupplicium condemnemus, vita æterna penitus eos priuamus; vnde pronior eſſem ad hos liberandum, quàm pro quovis crimine condemnãdum: quia forſitan ob vitæ incrementum Chriſtiani fieri poſſent, & vitam conſequi æternam. Hinc in his puniendis, & condemnandis deberet ſe intromittere, & pro eis intercedere Sancta Ma-
12 ter Eccleſia: cum Dei † miſericordia non perditionem, ſed conuerſionem, & ſalutem velit, *Luc.* 9. *nu.* 6. Et hoc idem tradit D. Ioannes Chryſoſt. *in quadam Homilia*, dum quendam defendere volebat, qui ad Eccleſiam cõfugerat, de quo infra dicemus, *in fine huius Libri, vbi eandem Homiliam trademus.* Illud etiam Iuſtinianus inſi-

nuauit

nuauit *in Auth. Vt non luxur. contra naturam. in princ.* Vnde D. Auguſt. *ad Maced. Epiſt.* 52. relatus a Gratiano *in cap. penult.* 23 *q.* 4. ait.

» *Debet homo diligere proximum,*
» *tanquam ſeipſum: vt quem potue-*
» *rit hominem, vel beneficientia cō-*
» *ſolatione, vel informatione doctri-*
» *na, vel diſciplina coercitione ad-*
» *ducat ad colendum Deum.*

13 Vbi Gloſ. dicit, quòd poſſumus † cum pecunia Infideles allicere ad Fidem; & ſub tali condictione poſſumus aliquam ducere in vxorem, vt fiat Chriſtiana.

Quod non eſt veriſimile in Chriſtianis, cum poſſent ſemper ſaluari, etiam ſi per Iudicem ad vltimum ſup-
14 plicium condemnentur: quia non † ſunt eis Eccleſiæ Sacramenta deneganda, vt eſt Sacramentum Pœnitētiæ, & Sacroſanctæ Euchariſtiæ, *Clement. 1. de Pœnit. & remiſ. & ibi Gloſ. verbo, Pœnitentia. Ant. Gomez. Var. reſol. lib. 3. cap. 14. num. 6. & Clar. d. §. fi. quæſt. 99. verſic. Sed quæro.* & ita ſeruatur in hac Vrbe Felici, quia Dānati ad mortem per triduū ante ſupplicium traduntur Cappellano, & quibuſdam confratribus, ſub titulo, deli Bianchi, vt illos ad mortem benè diſponant, *per Prag. huius Regni, tomo 1. tit. 52. Prag. vnica.* quamuis quoad Sacramentum Euchariſtiæ contrariū ſeruetur in quibuſdam regionibus, & malè quidē, vt dicit Ludouicus Carbonius *in ſuo tract. de Praeceptis Eccleſiæ. par. 3. de Praecepto Communionis. cap. 4. verſic. penult.* & Alphonſus de Madrigal. *in quodam tract. de Epiſcopis, Parochis, & alijs. tit. de Parochis. ſub rub. de Parocho adminiſtr. Sacram. prope fi.* quæ conſuetudo olim vigebat in partibus Hiſpaniæ: ſed poſtmodum ſublata eſt motu proprio Pij V. 1569. cui lex regia acceſſit, vt ex Suar. *in 3. part. D. Thom.* refert Andreas Victorellus *in Addit. ad Eman. Sa, in Aphor. Confeſ. verbo Euchariſtia. num. 2. in fi.* Accedat etiam Emanuel Sa *in princ. d. num. 2.* qui, poſſe, dicit, vna hora ante mortem dari etiam nō ieiunis: eſt enim viaticum. *& ibi plura de his habes.* Vnde pietas Sanctæ Matris Eccleſiæ ea eſt, vt neminem ad ſe venientem reijciat, & quoquomodo ad ſe vocare poteſt homines, non ſinit.

15 Quartò adducam † exemplum cuiuſdam viſionis D. Petri Apoſtoli, quæ legitur in actibus Apoſt. *cap. 10. poſt num. 10.* ibi;

» *Cum eſuriret,* hoc eſt, *Diuus Pe-*
» *trus, cecidit ſuper eum mentis ex-*
» *ceſſus; & vidit cœlum apertum,*
» *& deſcendēs vas quoddam, velut*
» *linteum magnum: quatuor initijs*
» *ſubmitti de cœlo in terra; in quo*
» *erāt omnia quadrupedia, & ſer-*
» *pentia terræ, & volatilia cœli. Et*
» *facta eſt vox ad eum; Surge Pe-*
» *tre: occide, & manduca. Ait autē*
» *Petrus: abſit Domine, quia nun-*
» *quam manducaui omne commune*
» *& immundum. Et vox iterum ſe-*
» *cundò ad eum; quod Deus purifi-*
» *cauit, tu commune ne dixeris. Hoc*
» *autem factum eſt per ter. Et ſta-*
» *tim receptum eſt vas in cœlum. Et*
» *dū intra ſe hæſitaret Petrus quid*
» *nam eſſet viſio, quam vidiſſet: ec-*
» *ce viri, qui miſſi erant a Cornelio,*
» *&c.*

Et rurſus.

» *Factum eſt, cū introiſſet Petrus,*
» *obuius venit ei Cornelius: & pro-*
» *cidens ad pedes eius, adorauit eum*
» *Petrus verò eleuauit eum, dicens;*
» *Surge, & ego ipſe homo ſum: Et*
» *loquens cum illo, intrauit, & in-*
» *uenit multos, qui conuenerant: di-*
» *xitq; ad illos; Vos ſcitis quomodo*
» *abominatum ſit viro Iudæo cōiun-*
» *gi, aut accedere ad alienigenam:*
» *ſed*

„ *ſed mihi oſtendit Deus, neminem*
„ *communem, aut immundam dice-*
„ *re hominem. Propter quod ſine du-*
„ *bitatione veni accerſitus.*

Et rurſus poſt pauca.

„ *Aperiens Petrus os ſuum, dixit:*
„ *In veritate comperi, quia non eſt*
„ *perſonarum acceptor Deus: ſed in*
„ *omni gente, qui timet eum, & ope-*
„ *ratur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*

His ergo rationibus patet benignig
nitas Dei, quòd neminem à ſuis be-
26 neficijs excludit. Vnde cum † omnes æquales ſimus quoad Ius Naturale, *l. Quod attinet. ff. de Reg. iur.* quæ maior ratio viget in Chriſtianis quãtum ad Hanc Immunitatem, quę non militet in Infidelibus? puto nullam.

Porrò ea Clari ratio ſupra tradita, quam quidã ſunt ſecuti, vt eſt Farin. & poſt eum Ambroſ. *hic d. cap. 8. num. 8. verſ. Non enim debemus erga Iudæos.* (quam Clari rationem a Farin. traditam, dixit eſſe Azonis *in Summa, eo. tit. noſtro, num. 2.* cum quo & ipſe trãſit: quem, puto, nunquam legiſſe, aut Azonis ſcripta vidiſſe, cum nulla huiuſmodi rei, ex eis, quæ legerim, eiuſdem Azonis ſcriptis, fiat mentio, ſed ſolùm eius, quod ſupra, *in num. 11. in fi. ante verſic. Tertiò, inquam.* dictum eſt) non omnino mihi ſatisfacit; quia nõ facit ad rem noſtram. Si enim hu-
27 iuſmodi Infideles † dicuntur Chriſtiani nominis hoſtes, *vt diximꝰ ex Claro: quod etiam habetur in cap. Gaudemus. §. quia vero. inf. de Diuort.* illud procedit ſolummodo quoad participationem Sacramẽtorum, aliarumve rerum ſpiritualium, & communium inter nos Chriſtianos: quod probatur ex illo Apoſtoli dicto, *2. Corinth. 6.* quod exponens D. Hieronymus, *relatus in cap. Si enim. de Pœnit. diſt. 2.* inquit, non ſolùm pro Infidelibus hoc intelligendum: verùm etiam pro cuiuſvis peccatoris conuerſatione, a qua nobis cauendum eſt. His accedũt ea, quæ tradit Couar. *in cap. Alma mater. par. 1. §. 1. num. 1. verſ. Hinc deducitur.* qui poſt D. Tho. *in Addit. ad*
18 *3. par. quæſt. 23. art. 3.* ait, quòd Lex † Euangelica prohibens communionẽ cum excommonicatis, intelligitur de his, quæ ad Diuina pertinent: quia illa communicatio verè, & propriè Chriſtianorum eſt, quæ ſpiritualia reſpicit: non autem de alijs, quia lege humana prohibẽtur: pro quibus non abs re erit addere ea, quæ tradit Abb. *in c. Quod ſuper. a num. 10. vſque ad vlt. ſup. de Voto, & voti redempt.* & alia plura, quæ poſt eundem Abb. & alios innumeros refert Io. Brunel. *in Repet. cap. 1. inf. de Homic. par. 4. a nu. 10. vſque ad 13. & in num. 28.* Vnde infertur ex his, quòd ſi excommunicati, qui eadem lege humana peioris conditionis reddũtur, prout dictum eſt, gaudent Hac Immunitate, *vt apparet in §. præced. vbi eiuſdem Couar. auctoritas traditur:* quãtò fortius debent Infideles gaudere: cum Hęc Immunitas non ſit de huiuſmodi rebus ſpiritualibus, inter nos Chriſtianos communibus, ſed penitus ad Ius Naturale pertineat? Nec Eccleſiæ ingreſſus formaliter ſpectat tantùm ad ſpiritualia, vt qui eam ingreditur, præcisè habeat orandi intentionem: quia poteſt quis adhuc illam ingredi alia ex cauſa, vt patet in caſu noſtro: quia Delinquentes eam habent intentionem, dum ad eam confugiunt, vt ab eadem liberentur a pœnis corporalibus; Quod omnino ad temporalia pertinet, eſtque Ius peculiariſſimum: eò quod alijs nulla ſit communicatio; vnde ſi alijs communicari poſſet, & ad ſpiritualia pertineret, verum eſſet Clari dictum: neque etiam excommunicatis concederetur; & per conſequens omnia, quæ ſup. *d. §. præced.* diximus, corruerent. Si igitur excommuni-

municatis conceditur, negari non debet Infidelibus: quia quoad hunc Eccleſiæ ingreſſum omnes pariter ambulant. Et hanc eandem rationem (teſte Deo) poſt hæc ſcripta reperi tactam a Syluestro *in d. Summa. eodem loc. cit. a Conar.* qui hæc ait;

,, *Sed ego dico cum prima opinione,*
,, *indiſtinctè, quod gaudet: quia*
,, *gratioſam Conſtitutionem non ex-*
,, *cipientem, eam nos reſtringere nō*
,, *debemus: maximè quia motiuum*
,, *aliorum eſt friuolum: quia Ma-*
,, *lefactores ad Eccleſiam confugi-*
,, *entes iure defendi pro maiori par-*
,, *te confugiunt, timore pœnarum,*
,, *quàm Zelo Fidei vel religionis.*

Ecce igitur quomodo claudicat illa Clari ratio, cum ſit aliena ab hac re: & ſic diuerſo iure cenſeri debet: nam Immunitas Hæc pertinet ad Ius Naturale, vt ſup. *Cap. proximo* latè dictū eſt: non ad communionem ſpiritualium inter nos Chriſtianos: ſed quæ
19 † Iuris ſunt Naturalis in vtroque teſtamēto Deus pręcepiſſe fertur etiam Infidelib⁹ ſubminiſtrari: ergo & Hæc Immunitas; quæ omnia expreſsè mādauit, vt ſtatim inf. videbitur.

Ex teſtamento veteri, *Deutor.* 14. *num.* 21. hæc colligitur ſententia.

,, *Peregrino, qui intra portas tuas*
,, *eſt, da, vt comedat, aut vende ei:*
,, *quia tu Populus ſanctus Dei tui*
,, *es, &c.*

20 Sed Peregrinus † tunc temporis idem erat, qui apud nos eſt Infidelis: quia is Peregrinus vocabatur, qui non erat de populo electo Iſrael, iuxta illud *Exod.* 12. *in fi. ibi.*

,, *Si quis Peregrinorū in veſtram*
,, *voluerit tranſire coloniam, & fa-*
,, *cere Phaſe Domini, circuncidetur*
,, *prius omne maſculinū eius, &c.*

Ergo. Sed quamuis nos Chriſtiani fideles propter Fidem, quam in Dominum Ieſum Chriſtum habemus, dicamur: nihilominus, quemadmodum a nobis, qui baptiſmate non sūt ſignati, differunt: ita etiam Aduenæ, & Peregrini ab ipſomet populo He-
21 bræo differebant: vterque † enim populus, & Chriſtianorum, & Hebræorum fidelis dicitur, ac Dei populus eſt: & ſicuti nos Chriſtiani vitam ſperamus ęternam per Fidem, quam habemus in Ieſum Chriſtum paſſum; ita & gens illa per Fidem ſperabat ſalutem in Chriſtum venturum: nam antiqui Patres ſeruando legalia Sacramenta ferebātur in Chriſtum per Fidem, & dilectionem eandem, qua & nos in ipſum ferimur, *prout dixim⁹ ſup. in initio Cap. præced. num.* 87. *adde etiam D. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 174. *art.* 6.
22 vnde Fides † antiquorum, & modernorum eſt eadem ſpecie, quamvis differat numero in diuerſis, *idem D. Tho.* 1. 2. *quæſt.* 107. *art.* 1. *toto. & in multis alijs locis*; Quare quod de Peregrinis tunc temporis dicebatur, nunc de ipſiſmet Infidelibus dicitur: Quod nota pro his, quæ dicentur inf. *in ſeqq.*
23 Hoc autem quod † dictum eſt de ijs, quæ Naturalis Iuris ſunt, Infidelibus in veteri lege miniſtrari, Deum præcepiſſe: dicitur, & præcipitur adhuc in noua lege, vt oſtenditur per illud Apoſt. *ad Rom.* 12. *in fi. ibi.*

,, *Prouidentes non tantùm coram*
,, *Deo, ſed etiam coram omnibus ho-*
,, *minibus pacem habentes.*

Et rurſus.

,, *Si eſurierit inimicus tuus, ciba il-*
,, *lum: ſi ſitit, potum da illi.*

24 Et Dominus † Ieſus præcipuit etiam inimicos noſtros diligere, vt habetur in Matth. *cap.* 5. *poſt num.* 43. *ibi*;

,, *Benefacite his, qui oderunt vos:*
,, *& orate pro perſequentibus, & ca-*
,, *lumniantibus vos: vt ſitis filij*
,, *Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui*
,, *Solem ſuum oriri facit ſuper bo-*
,, *nos, & malos: & pluit ſuper iu-*
,, *ſtos*

,, *ſtos, & iniuſtos. Si enim diligitis*
,, *eos, qui vos diligunt, quam merce-*
,, *dem habebitis? nonne & publica-*
,, *ni hoc faciunt? & ſi ſalutaueritis*
,, *fratres veſtros tantum, quid am-*
,, *plius facitis? nonne & ethnici hoc*
,, *faciunt? eſtote ergo vos perfecti,*
,, *ſicut & Pater veſter Cæleſtis per-*
,, *fectus eſt.*

Idem annuit Lu. 6.

Quibus inſtructionibus apparet, quòd non ita debemus eſſe acres aduerſus hos Infideles, ſicuti Clarus voluit: Sed quoniam Hoc Priuilegium eſt Locale, omiſſis his ſupradictis, aliiſque infinitis rationibus, quæ tradi poſſent, ab ipſomet Loco argumentari licebit, hoc modo.

Eccleſiæ, ſiue Templa illius populi Hebræi eadem ſunt, quæ apud nos, *per ea, quæ diximus ſup. in Init. Cap. præced. n.* 85. Sed Infideles tūc tēporis fugientes ad Eccleſiam eadem gaudebant Immunitate, qua & ipſimet Fideles, *vt inf. ſtatim videbitur*; Ergo eadem Immunitate gaudere debent Infideles noſtri temporis; imo maiori ratione, cum ſimus in ſtatu gratiæ:

85 Nam quando † Deus Hanc confirmauit Immunitatem in lege Moyſis, neminem excluſit, ſed omnes admiſit. Sed Hoc Priuilegium idem eſt, quod apud Hebræos fuit; ergo omnes admitti debent: Et hoc eſt illud, quod legitur in lib. Nume. *cap. 35. ſub num.* 13. cuius verba ſunt.

,, *De ipſis autem Vrbibus, quæ ad*
,, *Fugitiuorum ſubſidia ſeparātur,*
,, *tres erunt trās Iordanem, & tres*
,, *in terra Chanaam: tā filijs Iſrael,*
,, *quàm Aduenis, & Peregrinis: vt*
,, *confugiant ad eas, &c.*

Et repetitur etiā Ioſue, *d. cap. 20. num.* 9. vbi *ſup. num. 7. & ſeq.* nominatim traduntur Loca, ſeu illæ ſex Vrbes, quæ filijs Iſrael pro Hac Re C ōſtitutæ fuerant, ſicuti dictum eſt *ſupra, in Initio Cap. præced. ſub num. 83. & ſigillatim de eis quoq. tractabitur infra, Cap. Vlt.* §. 2. ex præd. Hierony. Rom. *part. 1. de las Republ. Republ. Hebrea d. cap. 19. ſupra cit.*

Sed Ioſue verba ſuffragari videntur ei, quod ſupradiximus, *poſt nu. 5. in verſic. Nec agimus.* Nam de illis tātum Infidelibus intelligimus, qui nobiſcum morantur: & ſicut cæteri Fideles delictis inuoluuntur; Quod probatur in illis verbis Ioſue, tenoris ſequentis.

,, *Hæ Ciuitates conſtitutæ ſunt cū-*
,, *ctis filijs Iſrael, & Aduenis, qui*
,, *habitabant inter eos: vt fugeret*
,, *ad eas, &c.*

Quare quantum ad id, quod ad Templorum pertinet reuerentiam, & decorem, non videntur Iura noſtra noua a veteribus differri; nam Salomon † poſt Templi ædificationem, in eius dedicatione omnem gentem, cuiuſuis generis fuiſſent, ad id deprecandum, vel orandum admiſit, & neminem excludi voluit: in cuius rei teſtimonium eiuſdem Salomonis verba huc transferre volui, quæ leguntur 3. Reg. *cap. 8. poſt num. 41. cum aliqq. ſeqq.* tenoris ſequentis.

,, *Inſuper & Alienigena, qui non eſt*
,, *de populo tuo Iſrael, cum venerit*
,, *de terra longinqua propter nomen*
,, *tuum (audietur enim nomen tuum*
,, *magnum, & manus tua fortis, &*
,, *brachium tuum extētum vbique)*
,, *cum venerit ergo, & orauerit in*
,, *hoc Loco: tu exaudies in cœlo, in*
,, *firmamento habitaculi tui, & fa-*
,, *cies omnia pro quibus inuocauerit*
,, *te Alienigena: vt diſcant vniuer-*
,, *ſi populi terrarum nomen tuum ti-*
,, *mere, ſicut populus tuus Iſrael: &*
,, *probent, quia nomen tuum inuoca-*
,, *tum eſt ſuper Domum hanc, quam*
,, *ædificaui.*

Idē legitur Paralip. 2. *cap. 6. poſt n.* 32.

Quod

27 Quod † a Sancta Matre Eccleſia ap-
probatum eſt; nam in Solemnitati-
bus dedicationum Eccleſiarum ean-
dem cantat Orationem, dum ait.

» *Quiſquis hoc Templum beneficia*
» *petiturus ingreditur, cũcta ſe im-*
» *petraſſe lætetur.*

Sed quoniam eadem Eccleſia hos
Infideles a Templorum ingreſſu non
arcet, imo expreſſe admittit, *vt ſatis*
diximus: conſequenter ad eam fugi-
entes omnino ſaluari debent, iuxta e-
iuſdemmet ſententiam: quia huiuſ-
modi Infideles nunc Templum in-
grediũtur ad beneficium ſuæ Immu-
nitatis petendum; ergo ſe impetraſſe
lætari velint. Sufficit enim, quod In-
fideles fugientes ad Eccleſiã, credant
ab ea ſaluari poſſe: vnde inuocando
nomen eius ſaluandi omnino ſunt,
iuxta illud Ioelis, *cap. 2. in fine.*

» *Omnis qui inuocauerit nomẽ Do-*
» *mini Saluus erit.*

Quod etiam tradit Apoſt. *ad Rom.*
d. c. 10. poſt illud, quod diximus ſup. in
num. 4. Et iuxta illud Pſalmi, 73. *ſup.*
Cap. II. in princ. verſ. Hinc ergo cum
Papa. ſub num. 78. citati. vbi etiam de
Refugio agitur: & in fine hæc haben-
tur verba.

» *Quoniam in me ſperauit, liberabo*
» *eum; protegam eum, quoniam co-*
» *gnouit nomen meum. Clamauit ad*
» *me, & ego exaudiam eum, &c.*

Hinc ad imitationem illius exempli
28 traditi ab Hoſtienſe, quem infinitus
doctorum numerus ſecutus eſt, *vt*
dicemus inf. Cap. ſeq. §. 10. verſ. Ho-
ſtienſis autem. poſt num. 2. in fi. tran-
ſcribere volui illius mulieris Chana-
nææ exemplum, inſinuatum in ſacris
Euangeliorum libris, *Matth. cap. 15.*
poſt num. 22. & Mar. 7. poſt num. 25.
quæ mulier, ſicut differunt a nobis
Infideles: ita etiam illa differebat a
populo Hebræo: eius igitur hiſtoria
ſic fertur.

» *Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, &*
» *Sidonis. Et ecce mulier Chananæa*
» *a finibus illius egreſſa, clamauit,*
» *dicẽs ei: Miſerere mei Domine fili*
» *Dauid: filia mea male a dæmonio*
» *vexatur. Qui non reſpõdit ei ver-*
» *bũ. Et accedẽtes diſcipuli eius, roga-*
» *bant eũ, dicentes: Dimitte eã: quia*
» *clamat poſt nos. Ipſe autem reſpon-*
» *dens, ait: Non ſum miſſus niſi ad*
» *oues, quæ perierunt domus Iſrael.*
» *At illa venit, & adorauit eum, di-*
» *cens: Domine, adiuua me. Qui*
» *reſpondens, ait: Nõ eſt bonum ſu-*
» *mere panem filiorum, & mittere*
» *canibus. At illa dixit: Etiam Do-*
» *mine: nam & catelli edunt de mi-*
» *cis, quæ cadunt de menſa domino-*
» *rum ſuorum. Tunc reſpondens Ie-*
» *ſus, ait illi: O mulier magna eſt fi-*
» *des tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſa-*
» *nata eſt filia eius ex illa hora.*

Habemus quoque plura exempla
29 diuerſorum Sanctorum, præſertim †
illud D. Barbaræ, relatum ab Alfon-
ſo Villegas *in eiuſdem Barbaræ vita*,
dicente, quod omnes ij, qui quouis
morbo tenebantur, ingrediebanturq.
quoddã balneum, ſigno Crucis a B.
Barbara ſignatum, per deuotam re-
ſpectionem eiuſdem ſanctæ Crucis,
& inuocationem nominis eiuſdem
Virginis, curabantur, quamuis eſſent
Infideles. Quid ergo amplius inſiſti-
mus, cum nõ ſolum verbis, ſed etiam
exemplis probatum ſit, hos Infideles
admittendos eſſe ad huiuſmodi Im-
munitatem? vnde dixit optimè Felin.
30 † *in d. cap. Iudæi. inf. de Iudæis.* quod
Eccleſia ideo concedit hoc Beneficiũ
etiam peſſimis viris, vt cognoſcant
ingratitudinem ſuam: & maxime
quia lex vult, quod ipſæ Synagogæ
Iudæorum permittantur, & non tur-
bentur: ſed hoc, præter alios, quos
allegat, comprobat auctoritate Dom.
Abb. *in d. c. Inter alia.* cuius ſcripta

quo ad hanc rem puto nunquam vidiſſe, aut legiſſe, ſed ab alio illud mendacium ſumpſiſſe, cum Abbas *ibi* expreſſe contrarium dixerit, quem omnes, qui negatiuam partem ſubſtinēt, pro ſe allegant, vti etiam & eundem *ſup. in princ. huius* §. contra nos ipſos allegauimus: ſed quamuis non deficiant opiniones pro vtraque parte, communiorem tamen eſſe hanc affirmatiuam, ait Cæuallos *in ſuo Spec.*
31 *Comm. contra commun. quæſt. 269.* Et † tandem hæc noſtra præualuit coram Cæſarea, Regiaque Maieſtate Caroli V. Imperatoris, qui ad petitionem quorūdam Epiſcoporum in partibus Indiarum Occidētalium pro hac decreuit: Nam poſtquam Hiſpani regnum illud potiti fuere, profanis Idolorum templis deſtructis, nouiſque Sacris Deo Opt. Max. & Sanctis ſuis Ædibus conſtructis, ijdem Indi ſpe Refugij amiſſa, cuius priuilegium antea non ſine maximo rigore inter eoſdem ſeruabatur, & cuſtodiebatur, ne fugientes ad Statuas, vel Idolorum templa caperentur, aut eis aliqua inferretur moleſtia, ad Chriſtianorum Eccleſias ſe conferebant: quod ab Hiſpanis incaute moleſte ferebatur. Vnde coadunati ſimul in vnum omnes illius regionis Epiſcopi petierunt a præd. Cæſarea Maieſtate, vt illi rei conſulere vellet: nam ſicut in toto terrarum Orbe, vbi viget Fides, hoc Priuilegio Chriſtiani vtuntur: ita etiam & Indos Eccleſiæ eorundem Chriſtianorum protegerent. Hæc refert prædictus Fr. Hierony. Rom. *in d. tract. de las Republicas del mundo. par. 3. lib. 1. de las Republicas de las Indias Occidentales. cap. 9. in fi. verſ. Tenian los del Reyno de nueua Eſpaña. fol. 137.*

Nec obſtat quod ſupra in Proœmio, *num.* 2. traditum eſt: quia illud intelligitur, quando in præiudicium huius Immunitatis a temporalibus Principibus aliquid fuerit conſtitutū, vt inde forte colligi poteſt.

Hinc ergo cauendum, ne recedatur ab hac pia Deciſione: quia iuxta relata non eſt tutum ab ea recedere, reiecta quavis alia in contrarium opinione: quia ipſum Dominum Ieſum Chriſtum ſequi debemus, qui dum in ara Crucis pendebat, ſuis Crucifixoribus parcens, pro eis orabat, dicēs.

„ *Pater ignoſce illis.*

Vnde D. Auguſtinus *ſuper Pſalm. 54. longe poſt princ. in expoſit. illius verſic. Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, &c.* ait.

„ *Quod ergo hic ait iniquitatē perfidiam intellige. Videbat ergo Dominus in ciuitate iniquitatem, & contradictionem, & extendebat manus ſuas ad populum non credentem, & contradicentem: & tamen & ipſos expectans, dicebat.*
„ Pater ignoſce illis; quia neſciūt quid faciunt.

Si ergo ipſemet Chriſtus eis pepercit: cur nos eius gratijs eos priuare volumus? poſſemus quidem illud dicere vulgare Diuerbium.

„ *Dominus largus, ſeruus autem auarus.*

De quo melius inf. Cap. VI. §. vlt. circa fi. dicemus. Sed vltra hæc ſupradicta (vt mea fert ſententia) idem pluribus iuribus caueri videtur, *vt colligitur ex c. Nullus Clericorum. & ex d. c. Si quis contumax. d. 17. q. 4.* quæ loquuntur de ſeruis, qui apud Iuriſtas indifferenter ſumuntur, tam ſcilicet pro Fidelibus, quam etiam pro Infidelibus: imò potius pro Infidelibus. Sed quicquid ſit, quia tamen ibi nulla dari videtur diſtinctio, nec nos diſtinguemus, *vt ſup. in Præfatione ad Lectorem traditum eſt.*

S V M M A R I A.

1 *Infideles percutientes vel iniuriam inferentes perſonis Eccleſiaſticis quomodo puniendi?*

Excommunicari an poſſint? num. 2.

3 *Eccleſia non iudicat de ijs, qui foris sũt, quomodo ſumatur?*

ſ. IV.

SVPRA quæſtione proxima viſum eſt de Infidelibus, qui ad huius Immunitatis beneficiũ admitti
1 debent. Quoniam autem accidere ǂ poteſt, quod huiuſmodi Infideles aduerſus Eccleſiaſticas perſonas manus inijciant violentas. ideo in hac præſẽti Quæſtione videndum eſt, quomodo in tali caſu puniri debeãt, alias eorũ condictio videretur melior, quam Chriſtianorũ: quia Chriſtiani, cũ in excõmunicationem incidant, abſolui debent; ad cuius abſolutionẽ impetrandã, aliquam luere tenentur pęnã, *vt ſup. §. 2. diximus, circa fi.* illi vero cũ non poſſint excõmunicari, remanerẽt impuniti.

Itaq. pręſens Quæſtio cum ſit iure deciſa, nõ eget tot diſcuſſionibus; nã Innocentius III. *vt habetur in cap. Poſtulaſti. inf. de Iudæis.* conſultus ſuper quodam Iudęo, qui manus violentas in quendam Clericum iniecerat, his reſpondit verbis.

„ *Si dictus Iudæ⁹ tuæ iuriſdictionis*
„ *exiſtit, ipsũ pœna pecuniaria pu-*
„ *nias, vel alia (ſecundum quod cõ-*
„ *uenit) tẽporali, faciẽs læſo ſatisfa-*
„ *ctionẽ congruã exiberi: alioquin*
„ *eius dominũ moneas, & inducas,*
„ *vt paſſo iniuriã, & Eccleſiæ ab eo*
„ *ſatisfieri faciat cõpetẽter: quod ſi*
„ *dominus eius neglexerit adimple-*
„ *re, tu Chriſtianis omnibus per cẽ-*
„ *ſurã Eccleſiaſticã interdicas, ne*
„ *cũ ipſo Iudæo antequam ſatisfaci-*
„ *at, præſumant cõmercia exercere.*

2 Vnde ex ǂ hoc textu, quãuis Infideles excõmunicari nequeant, colligitur tamen, quod indirectè excõmunicari poſſint: hoc ibidẽ not. Abb. *nu. 4. verſ. Itẽ nota modũ.* vbi ẽt dicit, quod vnus ex effectibus excommunicationis eſt priuatio hominũ: ex quo vere probatur, qđ Chriſtianus excõmunicatus peioris eſt condictionis ipſiſmet Infidelibus, ſicuti ſup. §. *præced.* diximus.

Neq. ex hoc ſequitur, quod ſemper licitũ ſit cũ Infidelibus conuerſare, cibũ ſumere, & alia huiuſmodi facere: quia periculoſũ eſt; ideo a nimia conuerſatione abſtinẽdi ſumus *c. Nullus. & omnibus cc. ſeqq. cũ ſua Glo. 28. q. 1.*

3 Et licet ǂ excõmunicari non poſſint, quia foris ſunt, de quibus non iudicat Eccleſia: nõ tamen impuniti euadẽt; quia illud, FORIS SVNT, intelligitur quoad participationem ſpiritualium; vnde cum non habeant nobiſcum hanc communionem Spiritualium, ea minime priuari poterunt: quia priuatio, *ſecundùm Philoſ.* præſupponit habitum: ergo hos Eccleſia eadem ſpirituali pœna priuare non poteſt, *Gloſ. d. c. Poſtulaſti. & Gloſ. fi. in c. Conſtituit. 17. q. 4. & facit tex. in c. Audiuimus. §. vnde Apoſtolus. cum §. ſeq. 24. q. 1. & vide quæ tradit Io. Brunellus in d. Repet. c. 1. inf. de Homic. d. par. 4. num. 11. præſertim in verſic. Nec obſtant prædictis. vbi reſpondet ſuper quodã ſimili.* Vnde ſi Infidelis fugiat ad Eccleſiam poſtquam manus iniecerit violentas in perſonas Eccleſiaſticas, quamuis ſecurus ſit quoad pęnam a Iudice temporali imponendã: non tamen omnino liber euadet: quia Iudex Eccleſiaſticus modo ſupradicto illum punire poterit.

Puto tamen in hoc Caſu hiuſmodi Infideles non debere ita acriter puniri, ſicut & Chriſtianos: cũ non ſint,

vel militent ſub vexillo Eccleſiæ, argum. iurium, quæ ſubſunt tit. de Re militari. & de Deſertoribus. ff. & C. quibus in locis habetur, quòd milites pro modica re, quæ ad ſuum ſpectat officium: vel pro minima iniuria illata in ſuum Magiſtrum, vel Ducem, arduis pœnis, & aliquando capite, vel vltimo ſupplicio afficiuntur. Vnde niſi eſſent milites, leuiſſime puniendi eſſent: ita à ſimili, quia Chriſtiani milites Chriſti, & Eccleſiæ dicuntur, vnde & hæc Eccleſia militans dicitur, *prout habetur inf. Cap. ſeq. §. 1.* acrius puniri debent, cum aduerſus Magiſtros, & Duces ſuos ſe conuertunt, vt ſunt prędictæ perſonæ Eccleſiaſticæ. *His addi quoq. poſſunt ea, quæ habentur ſup. in §. præced. num. 8.*

DE LOCIS EX QVIBVS PROVENIT PRAESENS IMMVNITAS.

SVMMARIA.

1 *Loca Religioſa, ſeu Eccleſiaſtica, quæ antiquitus Hanc Immunitatem concedebant, quomodo vocabantur?*
Et an eadem ſint, quæ nunc apud nos? num. 2. & 3.
3 *Diaconi cur ſic dicti? & quale antiquitus illorum fuerit officium?*

Cap. IV.

HACTENVS de Perſonis, quæ Huius Immunitatis beneficio perfrui poſſunt. At quoniam Hæc Immunitas prouenit ratione LOCORVM, Deo, & Sanctis ſuis dicatorum, quæ diuerſimode à noſtratibus conſiderata ſunt: ideo in hoc præſenti Capite de iiſdem tractari libuit. Quare in hac materia præmitto primo, quod omnibus notum eſt, præcipuum huiuſce rei fundamẽtum eſſe LOCVM illum, quem vocamus ECCLESIAM, ſicuti Rubrica noſtri præſentis Tractatus clariſſime loquitur, & Conſtitutio noſtra, qua vtimur; vbi non ſolum Eccleſiæ mentio habetur, ſed quorundã aliorum Locorum, more veterum Iurium, quæ de diuerſis tractant Locis, Hanc Immunitatem reis criminũ tribuentibus. Vnde hanc eandẽ Conſtitutionem eiſdem Locis in dd. veteribus Iuribus contentis applicare poterimus, nihilo ex illis penitus deficiente.

Primum ergo, vt res melius pateat, eiuſdem Conſtitutionis verba (quãquam integram eandem ſupra tradidimus) hic iterum referamus, quæ ſunt tenoris ſequentis.

„ *Vel extrahendis Ab ECCLESI-*
„ *IS, MONASTERIIS, SACEL-*
„ *LIS, DOMIBVS REGVLARI-*
„ *BVS, ET SECVLARIBVS,*
„ *LOCISVE SACRIS, AVT*
„ *RELIGIOSIS, aliaſque in caſi-*
„ *bus, &c.*

Et rurſus, poſtquam de Criminibus inibi fit mentio.

„ *Delinquẽtes ad eorum Eccleſias,*
„ *Monaſteria, Domos, & alia Loca*
„ *ſupra-*

„ *ſupradicta Sacra, ſeu Religioſa*
„ *reſpectiue confugientes, & in eis*
„ *ſe recipientes, atque morantes.*

Hæc ſiquidem verba cum eadem demonſtrent Loca, quæ de iure antea fuerant conſtituta: idcirco quantum ad Hanc Rem non eſt aliud noui addendum, ſed illorum dumtaxat, quæ ex veterum Iuriſconſultorum ſcriptis hinc inde vagari videntur, veritatem his noſtris in Scriptis tradere indagabimus.

Ne miretis, ſi prolixior, quam par ſit, forſitan tibi videor: quia ſicco pede deambulare nolui. Nam quæ ad eam Eccleſię partem, quam Localem appellamus, attinet, hic referre deſtinaui, ea ratione: quia cum hic præſẽs Liber baſis ſit, ac fundamẽtum totius noſtri Tractatus Eccleſiæ ſtatũ Concernentis, hoc eſt Secundi, & Tertij ſequentium Librorum, quos (Deo propitio) quam citius poſt hunc Primum Librum edere curabimus, ideo ne Res minuta vtrobique habeatur, plenam, integramvé primo loco referre volui. Scito etiam quòd præſens lectio, quæ deſuper Locis Eccleſiaſticis erit, vel Diuinis, curioſo non diſplicebit lectori: cum ſoleant vaga delectum animo promere. Quoniam igitur hac in noſtra Conſtitutione, & in veteribus Iuribus plura, & diuerſa ſunt Loca cõprehenſa, ad quæ ſi quis criminoſus fugeret, Immunitatem criminum conſequi poterit: & Scribentes ſuper his varie, & confuſe loquuntur; ideo in hoc præſenti Capite paſſim, ſecundum ſubiectam materiam, aliqua cum diſtinctione de his Locis agam. Hoc tamẽ Initio de eiſdem in genere tractabimus, quæque illa ſint, vel quomodo antiquitus vocabãtur: nam apud nos quędã immutata videntur, ſed tamen eadem ſunt, quæ apud veteres fuerunt.

1 Loca † ergo, de quibus agemus, præter Eccleſiam, quæ pluribus vocati poteſt nominibus, *vt ſuo dicemus loco*, alia multa Deo dicata inueniuntur, vt sũt Diaconia, Xenodochium, Monaſterium, Camera, Heremitorium, Clauſtrum, & Cœmiterium, quæ omnia refert idem Fr. Hierony. Rom. *lib. 4. de la Republica Chriſt. c. 2. præter Cœmiterium, de quo late eod. lib. 4. cap. 4.* eſtque alius Locus, qui Atriũ dicitur, *vt in cap. Si quis in Atrio. 17. quæſt. 4.* de quo etiam tractat idem Hierony. *d. par. 1. in Rep. Hebr. lib. 1. c. 7. verſ. Auia otra parte. fol. 14. col. 3.*

2 Porro † hæc ſupradicta Loca eadẽ omnino ſunt, quę confuſim a Doctoribus traduntur: nam Diaconia, & Xenodochium non differunt, quia pro Hoſpitalibus ſumuntur, quamvis in Directorio ciuili *ſub titul. de Sacroſanctis Eccleſſ. & tit. de Epiſcopis, & Clericis. in lib. Codicis Iuſtiniani*, diuerſis nominibus Hoſpitalia nuncupentur, inter quæ & Monaſterium, ſiue marium, ſiue fœminarum cõprehenditur: *pro qua re extat optimus tex. in cap. De Xenodochijs. ſup. de Relig. domibus.* Hoc autem nomen, Diaconia, dictũ eſt a verbo Græco, *διακονία*, ideſt miniſtro: vnde Diaconia dicitur miniſterium, quaſi Domus miniſterij, vbi hoſpitabantur pauperes. Hinc

3 † dicti ſunt Diaconi, qui Altaris miniſterio interſunt, & proximiores Sacerdotibus aſſiſtunt: quia ſucceſſerũt in eorum locum, qui antiquitus Hoſpitalibus miniſtrabant, eleemoſynas erogando pauperibus. De his loquitr̃ Damaſus, & alij, vt traditur in Breuiario Rom. *in Lectione, qua dicitur in die S. Fabiani Papæ, 20. Ianuary.* his verbis.

„ *Fabianus Romanus a Maximo*
„ *vſque ad Decium regens Eccleſiã,*
„ *ſeptem Diaconis regiones diuiſit,*
„ *qui pauperum curam haberẽt. To-*
„ *tidem ſubdiaconos creauit, qui res*
„ *geſtas*

„ *geſtas Martyrum, a ſeptem nota-*
„ *rijs ſcriptas, colligerent*, &c.

Et de his legito d. F. Hieron. Rom. *d. Repub. Chriſt. lib. 3. cap. 9. col. 5. verſ. La orden del Diacono. fol. 199.* Camera idem eſt, quod Sacriſtia, quã Gregorius in noſtra Conſtit. Sacellum appellat. Heremitorium ſe habebat inſtar Domorum monachorum, vel aliorum religioſorum noſtri temporis; vnde & Clauſtra orta ſunt: ſed poſtquam religioſi inſimul infra hæc Clauſtra viuere cœperunt, receſſerũt ab aula huiuſmodi Heremitoria. Cœmiteria vero locum obtinẽt poſt Eccleſiam: quia eodem modo, quo & Eccleſiæ, ita & Cœmiteria interdicto ſupponuntur, ac polluuntur, *vt ſuo loco melius apparebit*, & ideo in hac Cõſtitutione, *cuius verba de ſumpta vidẽtur ex c. fin. inf. eod.* idem diſponitur de eis, qui deliquerint in Eccleſijs, ſicuti de illis, qui in Cœmiterijs delinquunt.

Sub his prædictis nominibus Locorum reliqua omnia comprehendũtur, de quibus Iura & Doctores tractant, vt ſunt Oratoria, ſeu Cappellæ: Illi quadraginta, vel triginta Paſſus circumcirca ipſas Eccleſias: Palatia Epiſcoporum, cœteraque Loca Religioſa; nam Eccleſia non hoc ſolo nomine cõtenta eſt, ſed & ſub Oratorij, pluribuſue alijs nominibus comprehenditur, *de quibus in Quæſtione, ſeu §. ſeq. & etiam infra, §. VI. plenè tractabitur.* Illi autẽ prædicti Paſſus ſub nomine Clauſtri, & Domorum religioſorum continentur: inter quæ etiã Epiſcoporum Palatia numerabis, *ratione inf. dicenda cum de eiſdem Epiſcoporum Palatijs agemus.* Addunt inſuper Doctores, citra hæc, alium Locum, quando aliquis aufugerit ad Sacerdotem Sacroſanctam Euchariſtiam geſtantem: *de quo dicetur infra §. penult.* De His ergo Locis hoc præſenti Capite tractare deſtinauimus.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia duplex.*
Simpliciter prolata pro qua intelligitur, num. 2.
Militans quot modis ſumitur, num. 3.
Et quot nominibus vocetur, num. 4.
5 *Miniſteriorum diſtributio in Eccleſia.*

§. I.

PRÆCIPVVM Locum eſſe diximus, ex quo prouenit Præſens Immunitas,
1 Eccleſiam, † quæ duplex eſt: Altera triumphans: Altera vero militans, *Gloſ. in c. Quodcunque. verbo, Facit. 34. quæſt. 1. & D. Thom. 3. par. quæſt. 68. art. 9.* de illa hic non eſt agendum: de iſta vero ſic. Cum igitur
2 profertur Eccleſia † ſimpliciter, pro militanti ſumitur, quæ vnica eſt, *c. 1. §. vna vero. & c. 2. ſup. de Sum. Trin. & fide Cathol. cum alijs ſimilibus.*
3 Hæc † autem Eccleſia diuerſimode ſumi poteſt; primo enim large: ſecundo ſtricte: tertio autem ſtrictiſſime. Large ſumitur pro cœtu Chriſtianorum, qui alias dicitur Fidelium collectio, *c. Eccleſia. de Conſecr. diſt. 1. D. Thom. d. par. 3. quæſt. 8. art. 4.*

Secũdo dicitur regularium, vel ſecularium Clericorum collectio ad ſeruiẽdum Deo. Tertio denique ſignificat Locum illum, in quo Diuina celebrantur. *Hæc ex Roſſ. refert Addit. ad Specul. hoc eod. tit. noſtro: & vide Bald. & Salic. in l. 1. C. de Sacroſſ. Eccleſ. quos in eadem l. 1. refert Iaſ. in. num. 1.* Sed quamuis ſecundum Simancam *in tract. Cathol. Inſtitt. tit. 24. num. 2.* alijs ſignificationibus circumſcribatur Eccleſia, de illis parum curamus: quia omnia ad has tres prædictas

dictas reducuntur; ſicuti etiam non curamus de illis alijs expoſitionibus, quas refert Nebriſ. *in Lexic. Iuris. verbo, Eccleſia.*

Sed quia illæ duæ priores Eccleſiæ ſignificationes non omnino pertinẽt ad hunc locũ (licet ſupra, *Cap. præced. §. I.* aliquid de eis dictum ſit: & infra *hoc eo. Cap. §. V. & VI.* dicem⁹) idcirco omittendum duxi: nam illas ſuis reſeruo locis, in ſeqq. Libb. Itaque hoc in loco perſcrutabimur tãtum de Eccleſia ſtrictiſſime ſumpta, quæ (vt dictum eſt) pro illo ſumitur Loco parietibus circumſcripto. Dum ergo his Scriptis dicimus Immunitatem Eccleſiaſticam, pro Locali, vt ſupra diximus, intelligendum eſt.

4 Solet † hic Locus parietibus cinctus, qui Eccleſia dicitur, plurib⁹, diuerſiſque nominibus vocari; quandoque enim vocatur Domus orationis, cum enim ſecundum Euangelicam veritatem Eccleſia domus eſſe debeat orationis, *c. Cum Eccleſia. inf. eo. c. Et hoc diximus. 16. q. 7. & ĩ Auth. Quib. mo. nat. effic. ſui. §. Quoniam autem.* merito igitur a profanis vſibus conuenit eſſe alienã: & ideo ex hoc dici ſolet Oratorium, *c. Later. de 16. q. 5.* & Præpoſ. *ĩ c. In oratorio. nu. 2. Diſt. 42.* ſimpliciter tenet, quod Oratorium ſumatur pro Eccleſia: quod non ſine aliqua controuerſia tranſire poteſt. Nam ſi verum eſt, quod omnis Eccleſia dici poſſit Oratorium, non tamen e conuerſo: quia Eccleſiæ ab Oratorijs in aliquo differũt; ideo infra diuiſim de ijſdem Oratorijs tractari oportuit. Quandoque dicitur Domus Domini, *vt ĩ Pſal. 92. 3. Reg. 1. & alibi per totam ſacram Scripturam. c. Decet. eo. tit. noſtra, in 6. & c. Non ſolum. 1. q. 3.* Quandoque etiam dicitur Altare, *Glo. 1. ĩ c. Altare. d. q. 3. ſed melius facere videtur tex. ĩ alio c. præced. incip. Quæſitum. ead. quæſt. 3. ĩ ſi. & ibi Gloſ. cum alia Gloſ. primo loco poſita.* Et licet Archid. in c. Si quis in atrio. 17. q. 4. in verbo, Altario. idem dicat: vbi prædictum verbũ pro Eccleſia ſumit (nam Altare, & Altarium eandem habẽt ſignificationem, prout optime tradit Guarinus Veron. *ĩ quodam ſuo Vocabul. quod inſcribitur Vocabul. Breuiloq. ĩ verbo, eo.*) nihilominus alienũ illud eſt a dicto text. cum verba adaptari nequeãt. Nam ibi dicitur, quod Altario Eccleſiæ debet ſolui quod emendandum eſt pro Immunitate, ſeu Emunitate violata: ergo non poteſt ſolui Eccleſiæ Eccleſiæ. quod per temet ipſe poteris videre: ſufficit tamen nobis; quod ipſe nobiſcum tranſeat. Dicitur etiã Parochia, vel Parœchia, a præbendo dicta: deriuatur enim a verbo Græco, παρέχω, id eſt præbeo: ſed licet d. Fr. Hierony. Rom. *eod. lib. 4. de la Republ. Chriſt. cap. 2. col. 2. verſic. Llaman tambien. cuius rei meminiſſemus inf. §. III.* dicat, quod idem eſt quaſi Locus Sanctus, vel Domus Sacra: non tamen diſſentit a ſupradicta interpretatione. Sed de hoc melius *inf. ĩ d. §. III. poſt num. 3.* dicetur. Et tandem aliquoties Baſilica nuncupari ſolet, *de quo quidẽ nomine plene dicemus inf. Cap. ſeq. §. 3. verſic. Quoniam ſupra, &c. poſt num.* Et de his, & ſimilibus nominibus tractant Iura, cum de Eccleſijs loquuntur. Quare, præter Oratorium, omnia ſimul prædicta nomina quæſtione vnica comprehenduntur: quia de his inter Doctores nulla videtur eſſe cõtrouerſia, nã quod de vno dicitur, de alio quoque intelligitur. ideo & nos etiã nihil aliud addemus: ſed tantum hiſce ſcriptis, quæ de Eccleſijs tractabunt, idẽ de alijs prædictis nominibus intelligemus, ſicuti de ipſiſmet Eccleſijs.

Loca, inquam, quæ vocamus Eccleſias, antiquitus Naues appellari ſolebãt: quod traxit originem ab Apoſtolis,

ſtolis, ad ſimilitudinem illius nauis, quam Dominus Ieſus ingreſſus eſt: vbi,poſtquam Petrũ piſcari iuſsit,dixit: Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. *Matth.* 4. *num.* 18. *& 19. Mar.*1.*num.*16.*& 17.Luc.* 5.*in princ.* Hinc Sanctiſſimi Apoſtoli Templa, & Eccleſias typicæ naui, in qua Chriſtus Dominus ſtetit,adæquarunt: hoc probatur ex eo, quod legitur in Traditt.Apoſtt.*lib.*2.*cap.*6. *prout refert d. Fr. Hierony. infra proxime citandus.* vbi Apoſtoli † diſponunt
5 circa miniſterium Eccleſiæ, & inſtar nauis quodlibet officium diſtribuũt: Nam Epiſcopum Nauarcum vocãt, qui alias dominus, ſeu nauis præfectus dicitur: Sacerdotes vero Nauitas: Diaconos autem Proretas: quorum trium nominum meminit Paulus Iuriſconſ. *relatus in l. Cotem.*§.*dominus nauis.ff. de Publicanis,& vectigalibus.* Et Sanctus Clemẽs, *Epiſt.*1. *ad D.Iacobum,vt habetur To.*1.*concill. fol.* 139. idem dicit: quia Fidelium congregationem in mari depingit; & cuique ſuum diſtribuit officium,ſicuti inter eos, qui nauigãt officia diſtribuuntur. Eiuſdem quoque ſimilitudinis Eccleſiam depingunt illi præſbiteri,& Diaconi in quadam epiſtola ad D. Cyprianum, *d.tom.*1.*Conc.fol.* 218. Et denique Cyrillus *ſuper Eſa. cap.* 24. clariſſime oſtendit Eccleſias ſicut naues eſſe debere, & vſque ad ſuam ætatem Eccleſias Naues vocatas fuiſſe. Hinc hodie eſt, quod illa Eccleſiæ pars, quæ in medio eſt eiuſdem Eccleſiæ, nauis appellatur: & in quibuſdam Eccleſijs plures huiuſmodi naues eſſe ſolent; eſtque propriè nauis ille locus, qui diuidit vtrũque Eccleſiæ latus,cuius poſtremæ partes Alæ vulgo dicuntur. Alij autem hanc Eccleſiæ partem Gremium vocant; vt eſt illud Bibliothecarij, Gremium Eccleſiæ, quod refert d. Fr. Hierony. Rom. *in d. lib.* 4. *de la Republ. Chriſt. Cap.* 2. *fol.* 215. *verſic. Ay hecha memoria.* Nimirum igitur ſi Eccleſiam huius mundi, Militãtem appellamus: cum omnis nauis, fluctuante mari, militare videatur: quod D. Ambroſius,*lib.*4. *in Luca d. cap.*5.*prope fi.* §. *Veſper incubuit. verſic. Et ideo.* deſcribere videtur,dum ait:

„ *Et ideo aſcendit in Petri Nauim.*
„ *Hæc eſt illa Nauis, quæ ſecundum*
„ *Matthæum adhuc fluctuat, &c.*

Sed de his ſimilibus Eccleſiæ ſignificationibus videri poteſt d. Fr. Hierony. Rom. *d. lib.*4. *cap.*1. *cum aliqq. ſeqq. fol.*212.

Hæc dicta ſint quoad Eccleſiam in genere ſumptam: vnde ſequeretur dicendum quædam ſpecialia earundem Eccleſiarum, quãdo delinquentes, & criminum rei ſecuri eſſe poſſint, ſi ad eas confugerent; & quæ ſint huiuſmodi Eccleſiæ. Sed quoniam a noſtratibus quædam alia traditur quæſtiõ, quæ eſt ſuper illis prædictis 40. vel 30. Paſſib9 circumcirca ipſaſmet Eccleſias: ideo antequam de ipſis ſpecialibus Eccleſiæ Locis agamus, prius quædam referre volui de ijſdem Paſſibus: nam clara res eſt quod nemo ad Eccleſiam fugere poterit, niſi prius ad prædictos Paſſus accedat: vnde videndum eſt, num intelligãtur omnino pro quibuſvis paſſibus circum ipſaſmet Eccleſias?

SVMMARIVM.

1 *Iulij Clari opinio ſuper illis quadraginta,vel triginta Paſſibus a ſacris Canonibus conceſſis Huic Immunitati refellitur, vnà cum alijs relatis a Farinatio, & ſequacibus.*

S. II.

§. II.

INTELLIGENTIA præſentis Quæſtionis pendet ab illis, quæ dicentur infra §.VI. quia ibi ſuus eſt præcipuus locus. At quoniam Doctores aliter ſentire videntur de illis Paſſibus circumcirca Eccleſias, quam a ſacris Canonibus definitum eſt, præponendo ipſoſmet Paſſus iiſdem Eccleſijs: ideo antequam de Eccleſijs plene tractemus, hanc eandem Quæſtionem tangere oportuit. Quare ſciendum eſt, quod illud † Iulij Clari *d. quaſt. 30. verſic. Scias autem. cum verſ. ſeq. Hinc eſt*, qui ſequitur Igneum, Remigium, & alios, non ita ſimpliciter intelligendum eſt, vt ſ. Delinquentes capi non poſſint intra quoſlibet quadraginta, vel triginta Paſſus ab Eccleſijs, ſicuti quædam Iura diſponunt, de quibus nos infra, d. §. VI: dicemus: quod Clarus dixit conſuetudine his noſtris temporibus coarctatum ob ingentem numerum Eccleſiarum, & frequentiam Delinquentium: alias quilibet de facili euaderet manus ſatellitum, cum nulla fere ſit via, in qua non reperiatur vna, vel plures Eccleſiæ, ita vt priuſquam caperentur, facile poſſent in aliquam eatum ſe recipere; quod tamen eſſet præter mentem eorum, qui prædictam Immunitatem conceſſerunt. Vnde apparet, quod ipſe intellexerit pro prædictis Paſſibus, etiam quamlibet viam publicam, vt ſcilicet dum Criminoſi fugerent, de iure capi non poſſint intra illos Paſſus: quod melius oſtendit Farin. *d. quaſt.* 28. *num.* 32. eandem ſecutus Clari, aliorumue opinionem. Hoc ſane ſi verum eſſet, nulla ratio ſuadet, vt Eccleſia maior habere debeat quadraginta Paſſus, aliæ vero Eccleſiæ minores triginta: quia quantum ad hoc omnes Eccleſiæ æquales eſſe deberent. Ideo non eſt ita intelligendum, vt circumcirca quaſlibet Eccleſias, intra dictos Paſſus Criminoſi capi nequeant; ſed illi Paſſus ſumuntur pro Ambitu, ſiue Clauſtro ipſiuſmet Eccleſiæ: & quoniam maior Eccleſia maiorem Ambitum deberet habere; minorem vero aliæ Eccleſiæ, *rationibus infra dicendis, d.* §. *VI.* Ideo amplius priuilegium habent maiores Eccleſiæ, quam aliæ.

3

Illud autem, quod dixit Clarus, & alij ante, ſiue poſt eum, hoc eſt, quod ob ingentem numerum Eccleſiarum ſint huiuſmodi Paſſus conſuetudine ſublati, ſi de iure ita ſimpliciter, vt ipſe ſentire videtur, procederet, non poſſet vlla conſuetudo contrarium diſponere: quia eſſet contra illud, quod conſtituit Deus, dum dixit Moyſi.

„ *Tres ciuitates ſeparabis tibi in*
„ *medio terra, VT HABEAT E*
„ *VICINO QVI PROPTER*
„ *HOMICIDIVM PROFVGVS*
„ *EST, QVO POSSIT EVA-*
„ *DERE, ne forſitan proximus*
„ *eius, cuius effuſus eſt ſanguis,*
„ *dolore ſtimulatus, perſequatur,*
„ *& apprehendat eum, SI LON-*
„ *GIOR VIA FVERIT.*

Deutor. d. cap. 19. *a num.* 2. *vſque ad num.* 7. Vnde corruerent ea omnia, quæ diximus ſup. *Cap. III.* Imo propter hoc Clarus increpandus eſſet, cum ſummæ religioſitatis ſit, plures ædificare Eccleſias, vt optime dixit D. Hieronymus Roman. *in ſua Republ. Chriſt. lib.* 4. *cap.* 1. *longe poſt princ. in verſic. En Roma. circa fin.* Hinc conſuetudo hæc ædificandi Eccleſias potius eſt laudanda, dummodo eo conſtruantur modo, vt dicetur inf. *hoc Cap. d.* §. *VI.* Sed vellem ſcitari ad his, qui huiuſmodi ſubſtinent

K opinio-

opinionem: quatiam mouentur ratione, quod propter Eccleſiarum numerum ſit coarctata hęc Immunitas, & quoad hos Paſſus ſublata, ſi ſic ſimpliciter, prout ſentire videntur, huiuſmodi Quæſtio ſe haberet? Nonne eadem militaret ratio in eo, qui delinqueret prope vnam Eccleſiarum, quæ hanc tribuit, ſecũdum illos, Immunitatem, quam in eo, qui longe, & poſtea ad eandem ſe reciperet? Quapropter quemadmodum is, qui modo prædicto, hoc eſt prope vnam illarum delinquerit, & poſtea intra illos triginta Paſſus ſe conferret, gaudere deberet, ſi res ita ſe haberet: eadem ratione, quis non conſideret, admittendum quoque ad hanc Immunitatem, ſi prope alias Eccleſias, quas auctas dicũr, aliquis delinqueret? Nam nedum Clarus hanc prædictam ſubſtinet opinionem, id eſt, quoad illos Paſſus, verum etiam quoad quaſdam Eccleſias, vt in ſeq. §. idebitur. Vnde aut hæc Immunitas iure conſtituta reperitur, aut in rerum natura eſſe deſijt: ſi adhuc extat, quod nemo negabit, nulla ratione ſubſtineri poſſet Clari, & ſequacium opinio.

Hinc puto male iudicatum fuiſſe Papiæ, dum reſitutus fuit quidam Pitius imputatus de vxoricidio (de quo tractat Clar. *in d. verſic. Hinc eſt*) qui captus fuerat in cubiculo cuiuſdam domus, ſitæ intra ſexdecim paſſus ab Eccleſia maiori, quamuis illa domus fuerit eiuſdem Eccleſiæ: nam intentio Legis noſtræ ea eſt, vt Delinquentes capi nequeant in domibus ipſius Eccleſiæ intra Clauſtrum eiuſdem Eccleſiæ cõſtructis, non autem intra illos Paſſus: quia licet aliquæ domus ſitæ, ſeu conſtructæ ſint prope, vel ſecus ipſas Eccleſias, ita vt ijſdem cohæreant, quodque ſint ipſarummet Eccleſiarum, non tamen differunt ab alijs domibus profanis, quę non fuerit earundem Eccleſiarum, nec ab ipſis diſtantes: cum ſæpe ſæpius prope, vel ſecus ipſas Eccleſias meretrices, aliæue perſonæ viles, & infames commorari ſoleant, licet prædictæ domus ſint, vt dictum eſt, earundem Eccleſiarum. Quare ceſſat illa ratio, qua Delinquentes hoc Priuilegio gaudere debent: eo quod ille Locus non poteſt dici Religioſus, nec vlla debetur illi reuerentia, iuxta illud;

„ *Domum tuam Domine decet San-*
„ *ctitudo.*

Vnde ceſſare debet priuilegium, *vt*
patet ex eis, quæ dicemus inf. §. IX. & 1
d. §. VI. & ſic non bene dicit Mantic.
in conſil. 60. num. 14. quem Gigas *in*
Tract. crim. Læſæ Maieſt. lib. 1. queſt.
10. in fin. refutat, & primam opinionem veriorem eſſe ait: quia hoc Priuilegium datum eſt domibus duntaxat Clericorum, & aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum: de quibus melius, fuſiuſq. ſuo loco, *hoc eſt d. §. VI.* tractabimus.

Quoniam vero huiuſmodi Ambitus, ſeu Clauſtrum debet eſſe alicuius Eccleſiæ: ideo prius videndum eſt de ipſa Eccleſia. Hæc autem, quæ ſupradicta ſunt, non abs re hoc in loco tradere volui: quia ſi illud Clari, & aliorum verum eſſet, neceſſe foret, quod antequam Reus caperetur, intra illos Paſſus ſe reciperet: quare, cum hi prędicti Paſſus Eccleſias præcedant, (vt diximus) præcedere oportuit illorum Quæſtionem, quæ breuiter ſuum inuenit finem. Deueniamus ergo ad Eccleſiam.

SVMMARIA.

1 *Couarruuiæ, & Clari, ac etiam aliorum opinio confutatur, dum voluerunt, quod fugientes ad Eccleſias, in quibus continuo non ſeruatur Sacroſan-*

Cta

cta Euchariſtia, ſecuritatem minime conſequi poſſent; & aliqq. numm. ſeqq.

2 *Parochiales Eccleſiæ de iure quid habere debeant, & conſeruare?*

Et quare huiuſmodi Eccleſiæ ita nuncupentur? num. 5.

3 *Parochia vnde dicitur: Item, & Parochi.*

4 *Parochi olim qui fuerunt?*

6 *Eccleſiæ Localis deſcriptio.*

7 *Eccleſia interdicta, ſeu polluta num Delinquentes tueatur? & nu. ſeq. verſ. Quibus addo.*

Quare reconciliatur? num. 9.

Reconciliatione quando egeat? num. 10.

Num dicatur noua cõſecratio huiuſmodi reconciliatio? num. 11.

Si non fuerit conſecrata quomodo reconcilianda? num. 12.

An deſtructa Reos defendat? num. 13.

Et quid ſi non dum fuerint in ea diuina officia celebrata? num. 14.

Quomodo conſtruenda? numer. 18. & num. 20.

8 *Clericus interdictus, depoſitus, vel ſuſpenſus cuius fori ſit: & an ſua retineat priuilegia?*

15 *Locus deſtinatus ad ædificationem Eccleſiæ quando Delinquentes defendat? & in numm. ſeqq.*

16 *Ædificare qui cœpit, conſummare tenetur infra tempus a iure terminatum; & num. vlt. Item,*

Quid agendum antequam ædificare inceperit? d. nu. vlt.

17 *Hoſpitalia publica cuius auctoritate, conſtrui debent?*

19 *Lapis primarius in fundatione ſacrorũ Locorum per quem poni debet?*

20 *Fundari quomodo debeant Eccleſiæ: & quomodo Gentilium fundabantur? num. 23.*

21 *Epiſcopus in fundatione Eccleſiæ, & in ordinatione Clericorũ ad quid teneatur? & num. ſeq.*

22 *Ordinatio ſecularium Clericorum ad ſacros ordines de eis fieri debet, qui habeant vnde viuât, alias Epiſcopus, eiuſque ſucceſſor eis prouidebit.*

§. III.

SECVNDVM Couarr. *d. cap. vlt. num. 4. libr. 2. Var. Reſolut.* quem ſecutus eſt Clarus *d. quæſt. 30. verſic. Huiuſmodi autem.* ECCLESIA ea eſſe debet, in qua ſeruatur continuo Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vt poſſint Delinquentes, ſi ad eam fugerint, hac Immunitate gaudere: Sed hæc opinio ſi vera eſſet, porro ſibimet ipſi contrarij viderentur, ob id, quod ijdem *prædictis in locis* tradunt: nempe quod fugientes ad Eccleſiam deſtructam Immunes fiant, *vt inferius dicetur:* Sed in huiuſmodi Eccleſia Euchariſtia ſeruari nequit. ergo ſecundum eoſdem fugiens ad aliquam Eccleſiarum, in qua continuo non ſeruatur Euchariſtia, Immunis erit.

Præterea, ſi verum eſſet, quod præſens Immunitas ob ingentem Eccleſiarum numerum coarctata eſſet quo ad illos quadraginta vel triginta paſſus; ergo nihil refert, an in Eccleſijs, de quibus eſt ſermo, continuo ſeruetur Sacroſancta Euchariſtia, necne: cum experientia rerum omnium magiſtra nos doceat, non in omnibus Eccleſijs, ſed in minima illarum parte prędictam Euchariſtiam continuo
1 ſeruari? vt ſunt Eccleſiæ † Parochiales, & aliæ ſimiles, in quibus, iure cauetur, quod nõ ſolum illud, ſed etiam oleum Sanctum Chriſmatis ſeruandum eſt, & infirmorum, *vt in Rub. & Nigro, ſup. de Cuſtodia Euchariſtiæ.* & ratio eſt, vt poſſint a plebanis populo ſibi commiſſo diſpenſari: nam illud in nomine demonſtrant: cum ideo
2 † Parochiæ dicantur a verbo Græ-

co, κηρύκα, ideſt, præbco: vnde paro-
4 rochus a piæbendo dicitur. Erant † e-
nim olim Parochi, qui legatis publi-
ce Romam miſſis, ſalem, & ligna præ-
bebant, vt annotauit Acron. *in illud
Horatij, ex lib. 1. Ser. Sat. 5.* Hi latine
dicuntur Copiarij; *teſte Prophirione*,
quod omnium rerum neceſſariarum
copiā regum, populorumque legatis
ſuppeditabant: nam licet Horat. *lo.
cit.* ſalis tantum, & lignorum memi-
nerit: tamen, *vt ibidem annotauit He-
ron.* ſub illarum ſpecierum appella-
tione omnia hoſpitibus neceſſaria in-
telligi voluit: in hac ſignificatione,
hoc nomine vſus eſt Cic. *lib. 13. Epiſt.
ad Att.*

„ *Ariarathem Sextius noſter paro-*
„ *chis publicis occupauit.*

*De his etiam tractat, Alciat. lib. 1. Prę-
termiſſorum. longe poſt med. verſic. Pa-
rochos penſionarium, & cet.*
Vnde apud nos Siculos eſt quoddam
ſimile Adagium: quia quādo aliquis
alij neceſſaria miniſtrat, dicere ſole-
mus:

„ *Ci detti dall'acqua ſin a lo ſale.*

5 Et quoniam † nullus melior cibus,
niſi cibus animæ: hinc factum eſt,
quod Eccleſiæ, in quibus Sacramen-
ta tractantur, Parochiales appellen-
tur; Parochi vero eorumdem Sacra-
mentorum diſtributores, ſeu admini-
ſtratores. Nam ſicuti Parochi illi di-
cebantur, qui corpori neceſſaria ſup-
peditabant; ita etiam apud nos Pa-
rochi dicuntur, qui animæ neceſſaria
præparant: *de his plura refert d. Fr.
Hieronym. in d. Republ. Christ. eod. lib.
4. cap. 2. col. 2. verſic. Llaman tambien.
vbi qui literas ſcit hiſpanas, legere po-
teſt.*

Quare ex his concludendum eſt,
quod aut fugientes ad Eccleſias, in
quibus Euchariſtia non ſeruatur, ſe-
curi eſſe non debent, & ſic illa conſu-
etudo, de qua Clarus, & alij loquun-
tur non poterit huic Immunitati de-
rogare, cum prædictæ Eccleſiæ habe-
rentur tanquam non eſſent: vel ſi pre-
dicta conſuetudo vera eſſet, *vt melius
dicetur*, non eſt neceſſe, vt Eccleſia,
concedens hanc Immunitatem Cri-
minoſis, eſſe debeat de illis, in quibus
Sacroſancta Euchariſtia cōtinuo ſer-
uetur: quia, *vt dixi*, non in omnibus
Eccleſijs illa continuo ſeruatur. Vn-
de concluditur, quod ſiue in ea Sa-
croſancta fuerit Euchariſtia, ſiue nō,
huic Immunitati nullum præiudiciū
infertur: & hanc opinionem com-
munem eſſe dicit Bonacoſſa *in ſuis
Commun. opinn. crim. part. 1, ſub verſ.
Eccleſia habet Immunitatem. fol. 56.
col. 2.* quem refert, & ſequitur Farin.
d. quaſt. 28. num. 34. dicens ab hac
opinione non eſſe recedendum.

Ad cognoſcendum autem huiuſ-
modi Eccleſias, ſciendum eſt, quod
6. Eccleſia † hoc in loco ſic definitur. ſ.
quod ſit locus deputatus, vel conſti-
tutus ad celebrandum, & orandum:
& conſtituitur illi dos pro miniſtris
& cultu Diuino, & etiam cōſecratur,
Abb. in cap. fin. num. 3. ſup. de Cenſibus.
ſed hæc conſecratio non eſt omnino
neceſſaria, *vt in cap. Eccleſia. inf. eod.*
Rebus igitur ſic ſtantibus.

7. Amplia † primo ad Eccleſiam in-
terdictam, quia ſi ad eam Delinquen-
tes ſe receperint, bene tuti erunt, licet
Decretalis *in d. cap. Eccleſia. inf. eod.*
repugnare forſitan videatur, dum
dicit: In qua Diuina officia celebran-
tur: Sed in Eccleſia interdicta non
poſſunt officia celebrari: ergo, &c.
Reſpon. tamen cum Goffredo *in Sū-
ma, hoc eod. tit. num. 17.* & Abb. ex eo.
Goffr. & alijs infra dicendis, quod ni-
hil obſtāt prædicta Decretalis verba,
8. hac ratione: quia ſicut Clericus † in-
terdictus, ſuſpenſus, vel verbaliter de-
poſitus retinet priuilegium ſuæ Im-
munitatis, ita etiam Eccleſia inter-
dicta:

dicta: quam opinionem omnes ſecuti ſunt: *nam poſt Abb. in d. cap. Eccleſiæ.num.8. ſunt ibi optime Additiones: & Clarus communem hanc eandem ait, d. quæſt. 30. verſic. Idem etiam dicendum. Decianus d. lib.6. cap. 24. num. 26. Farin. d. quæſt.28. num. 34. & vbique omnes alij, ſicut dictum eſt.*

Quare text. prædictæ Decretalis, *Eccleſiæ*, ita interpretatur, vt ſ. in Eccleſia Diuina celebrentur officia, non actu, prout verba ſonant, ſed ſufficit eſſe locum ad illud deſtinatum, ita vt non poſſit ad vſus humanos conuerti: ita ex Hoſt. Abb. Felin. & alij cõcludit Gabr. Rom. *Comm. concl. lib.1. de Præſumpt. Concluſ.12. num.17.* Sed melius de hac re dicemus inſ. *Ampl. vlt.* Et dixit Clarus, quod honos, qui debetur Eccleſijs, ob Dei reuerẽtiam præſtatur, ideo propter hominum culpam ceſſare non debet. Vnde licet in Eccleſia quantuncumque grauia crimina perpetrẽtur, nõ tñ poteſt pol-
9 lui: ſed ſi † reconciliatur, illa reconciliatio fit ad terrorem populi, vt homines videant, quod ex facto atroci ſancta quaſi polluantur, *Abb. in cap. Propoſuiſti, num. 5. ſupr. de Conſecr.*
10 *Eccleſ.* Quapropter ſi † crimen in ea commiſſum fuerit occultum, non eſt opus, nec fieri debet prædicta reconciliatio, *idem Abb. loc. cit. & poſt eum alij.* Et ſic patet, quod quamuis Eccleſia fuerit interdicta, illud euenit non ex ſui culpa, ſed ob hominum peccata: vnde iura ſua illibata ſemper retinet, *idem Abb. in cap. fin. num. 5. d. tit. de Conſecr. Eccleſ. ſed ante eum dixit Gloſ. multum notabilis in c. vnico d. tit. in 6. & plene Turrecrem. & alij in c. Eccleſijs. de Conſecr. diſt.1.*

Sed de hoc non eſt dubitandum:
11 quia prædicta † reconciliatio non eſt noua conſecratio, *d. cap. Propoſuiſti. iuncta ibi Gloſ. fin. ibiq. etiam Abb. nu. 5.* quia Eccleſia ſemel conſecrata non debet iterum conſecrari, *vt patet in omnibus iuribus ſubnixis d. tit. de Conſecr. Eccleſiæ.* Et ita intelligitur text. in cap. Eccleſijs. de Conſecrat. *d. diſt.1.* & alij text. in cap. Eccleſijs Diſt.68. cuius verba eadem ſunt: vbi dicitur:

„ *Eccleſiis ſemel conſecratis Deo,*
„ *non iterum debet conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſta aut*
„ *ſanguinis effuſione, aut cuiuſcunque ſemine fuerint pollutæ.*

Quod intellige pro ſemine, vel ſanguine humano, *Gloſ. in verbo. Sanguinis, d. cap. vnico. in 6.* Vnde in his duobus caſibus illa conſecratio ſumitur pro reconciliatione; vide tamen pro hoc Nauarr. *in d. Manu. cap. 27. num. 256. & 258.* & Graff. *Deciſſ. aurr. caſſ. conſcien. 4. pars.1. lib.2. cap. 47. num.7. vſque in fin.*

Hoc autem videtur procedere in Eccleſijs conſecratis duntaxat: ſed ſi Eccleſia non fuerit conſecrata (quia adhuc Immunitatem Delinquentibus tribuet, ſi ad eam fugerint, ſicut
12 dictum eſt) ſi polluatur, ſimplex † Sacerdos abſque aliqua ſolemnitate, aqua tantum exorcizata, ſeu benedicta illam rebenedicere poteſt, *cap. vlt. d. tit. de Conſecr.* Hanc Eccleſiam non conſecratam quidam vocant Baſilicam, quod tamen negamus: ſed de hoc tractabimus inf. *Cap. ſeq. §. III.* Vnde concludamus, quod ſiue fuerit interdicta, ſiue polluta, vel non conſecrata, ſemper criminum Rei ad illam fugientes Immunitatem conſequentur.

13 Amplia † ſecundo prædictam concluſionem ad Eccleſiam deſtructam: Nam ſi quis ad eam fugerit, ſecurus erit, hac tamen cum diſtinctione, quã refert Clar. *d. quæſt.30. verſic. Maius eſt dubium.* qui voluit, quod ſi Eccleſia fuerit cum auctoritate Epiſcopi deſtructa, vel abſuerit ſpes reædificatio-

ficationis,hoc Priuilegium ceſſat: ſin autem cum auctoritate Epiſcopi, vel ſubeſt ſpes reædificandi, vtique Delinquentes in ea ſe recipientes præſenti Priuilegio gaudebunt: & hanc opinionem communem eſſe affirmat ex Remig. *in tract. hoc eod. tit. Ampl.* 20. quos,& alios eandem tenentes ſecutus eſt Farinac. *dict. queſt.* 28. *num.* 70.

14 Amplia Tertio,etiam † ſi in Eccleſia,recens conſtructa,nō dum fuerint Diuina officia celebrata, vt voluit Clar. *dict. quæſt.* 30. *verſic. Quæro ſi conſtructa.* & Couarr. *d. cap. vlt. num.* 4. *in princ.* qui plures pro hac opinione refert, licet aliter ipſe ſentire videatur.

Quod tamen procedit, quando cum auctoritate Epiſcopi fuerit conſtructa, vt ait Clar. *d. verſic. ſup. cit.* quod a frequentiori interpetrum conſenſu, & conſuetudine receptum affirmat; a qua opinione non eſt recedēdum. Sed de hoc dicetur melius in ſequenti Ampliatione.

15 Amplia quarto denique,etiam ſi Eccleſia † non dum fuerit perfecte conſtructa: quia ſufficit quod ſit locus deſtinatus ad ædificationem alicuius Eccleſiæ,& ibi fuerit primarius lapis per Epiſcopum impoſitus, vti voluiſſe Hoſtien. Io. Andr. Anchar. Card. Abb. Henric. Boic. & Felin. refert Gabr. Rom. *d. concluſ.* 52. *de Præſumpp. nu.* 17. & ratio huius deciſionis videri poteſt apud dominum Abb. *in dict. cap. Eccleſiæ. num.* 5. vbi melius,quam alibi declaratur.

Sed hoc non ita ſimpliciter intelligerem: nam ob euitandas controuerſias ita diſtinguerem, quod ſi Eccleſia continuo conſtruatur, recte poterit ad eam fugiens Immunitatem conſequi: Si vero conſtrui deſinat,ſecus erit, vt hic Panormi quidam extat ſimilis locus ſecus Maiorem Eccleſiam,in Conttata,quæ dicitur, de lo Piperito: vbi primarius lapis per Reuerendiſſim. Archiepiſcopum fuit impoſitus, & nihilominus pluſquam decem annos conſtrui cœpit, necdum pauimentum erectum videtur: qui locus potius deſertus, quam Domus orationis videtur.

Dicamus ergo cum Goffredo *in Summa, ſup. de Conſecr. Eccleſ. num.* 5. *&* 21. *& ſup. tit. proximo, etiam in Summa de Ædif. Eccleſ. num.* 6. quod
16 ſi quis † cœperit Eccleſiam ædificare, conſummare tenetur, & perficere: quam opinionem ſecutus eſt Hoſtienſis *in Summa, ſupr. dict. titul. prox.* §. *Cuius auctoritate num.* 3. *circa fin.* qui ambo mouentur ex Authent. de Eccleſſ. titt. §. *ſi quis autem voluerit. &* §. *Si quis ædificationem.* vbi dicitur, quod ex quo quis cœpit ædificare, tenetur cōſummare intra quinquennium, ſi ſit Oratorium: ſin autem fuerit Hoſpitaledochium, vel Xenodochium,intra annum compelli debet; quod etiam vna cum reliquis infra dicendis tangit Gloſ. *in cap. Nemo. il* 1. *de Conſecr. diſtinct.* 1. Hoc autem, quod dicitur in dd. iuribus de Oratorio,intelligo procul dubio pro Eccleſia, in qua publice ad orandum admittitur: vel pro Oratorio publico, *vt loquitur textus in cap. De locorum. in fin. & text. in cap. Certum eſt. in princ. de Conſecr. diſt.* 1. *comprobat etiam textus in l. Pateant. in princ. C. hoc tit. cuius verba ponuntur inf.* §. *VI. ſub verſic. Hinc laudanda. in fin. poſt num.* 16. ſed de his Oratorijs agemus inf. §. *ſeq.* Ideo Hoſt. *loc. ſup. cit.* di-
17 cit, quod nec Hoſpitale † erigi poterit ſine auctoritate Epiſcopi, quantum ad hoc,vt Eccleſiaſtica gaudeat Libertate,& Iuris ſit Eccleſiaſtici: de quo etiam dicetur plenius infra, §. VIII. Vnde multum diligenter ad-
18 uertendum † eſt in fundatione huiuſmodi

modi Eccleſiarũ, Oratoriorum, Hoſpitalium, & cuiuſuis alterius Loci Religioſi, vel Eccleſiaſtici: quia debet interuenire auctoritas Epiſcopi, qui
19 primarium † lapidem imponat, vt tradit Hoſt. *loco cit. poſt d. cap. Nemo. de Conſecr. diſt. 1. & inf. de Priuilegijs. cap. Cum olim. il 2. §. iudices autem. circa fin.* dicens, quod primo debet Epiſcopus per orationem locum Deo conſecrare, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum (dicimus autem adorandam, & honorandam vere crucem) ſicque in choetur ædificium: *ex Authen. de Monachis. §. Illud igitur. coll. 1.* Et licet honeſtum ſit, ſi Epiſcopus in propria perſona hoc faciat, non tamen eſt neceſſarium: imo etiam per alium Sacerdotem de eius licentia fieri poteſt.

Sed antequam ad hæc particula-
20 ria deueniatur, debet † a fundatore dos aſſignari, quæ tanta debet eſſe, vt ſufficere queat ad luminaria, & adminiſtrorum vitam. Si autem Epi-
21 ſcopus † hoc omiſit quando impoſuit primum lapidem, tempore conſecrationis reſtauretur: quia ad hoc tenetur fabricarius, eiuſue hæres: quod ſi vtroque tempore omiſſum fuerit, tenebitur Epiſcopus de proprio eam dotare, ad ſimilitudinem
22 eius, † qui ordinatur abſque titulo: *Hæc, & alia refert Hoſtien. loc. ſup. cit. quem ſequitur Abb. in cap. Cum ſicut. num. 3. & ſeqq. ſup. de Conſecr. Eccleſ. vbi fuſius: ſed ante eos idem dixit Goffred. in Summ. dict. tit. num. 4.* & pro hoc, quod diximus de Clerico ordinato abſque titulo, *quia prædictis locis iura non traduntur*, extant plura iura, *vt eſt text. in cap. Non licet. cap. Epiſcopus. cap. Cum ſecundum. verſic. vos tamen benignius, &c. Dilectus.* ſup. de Præbendis. quod etiam locum habet, ſi Epiſcopus, qui clericum ordinauerit, fuerit mortuus: nam ſucceſſor eius ad idem tenetur, donec ei præbenda conferatur, *d. verſic. Nos tamen. cum ſua Gloſ.* quod amplia etiam ad eos, de quibus inf. §. *V. num. vlt.*

Hoc autem deberet maximo cum rigore ſeruari, cum etiam apud Gentiles in ſuorum templorum ædificatione huiuſmodi ſolemnitas celebrata fuerit, prout dict. Fr. Hieronym. Roman. *in dict. tractat. de Las Repp. part. 2. de la Repub. Gent. lib. 3. cap. 1. col. 4. in fin. verſic. Hallamos que los lugares, &c. fol. mihi 63.* his verbis refert.

23 » *No † era permitido hazer nadie*
» *Templo, ſi primero no lo dotaua, y*
» *enriquecia, de manera que pudieſ-*
» *ſe conſeruarſe el edificio, y vuieſſe*
» *con que ſuſtentar algunos mini-*
» *ſtros, que lo ſiruieſſen, y por eſſo*
» *aquellos que eran edificados a*
» *coſta comun, y por voto del pueblo,*
» *y republica, eran proueydos del fi-*
» *ſco de la republica: porque deſta*
» *manera viendo como eran trata-*
» *dos los Templos con mucho cuyda-*
» *do y diligencia, fueſſen eſtimados,*
» *y reuerenciados.*

Quædam etiam his per ſimilia legi poterunt infra, §. *VI. ſub num. 5.*

Ne ergo eueniant hæc calamitates, debent Epiſcopi animaduertere in huiuſmodi Eccleſiarum fundatione, ne quis ædificare incipiat, & poſtea conſummare non valeat, iuxta illud Lucæ, 14. *nu. 28. & ſeqq.*

24 » *Quis ex † vobis volens turrim æ-*
» *dificare, non prius ſedens compu-*
» *tat ſumptus, qui neceſſarij ſunt,*
» *ſi habeat ad perficiendum, ne po-*
» *ſtea quam poſuerit fundamen-*
» *tum, & non potuerit perficere,*
» *omnes qui vident, incipiant illu-*
» *dere ei, dicentes: quia hic homo*
» *cœpit ædificare, & non potuit con-*
» *ſummare?*

Vnde

Vnde dicendum eſt, quod ſi Eccleſia cœperit ædificari, & dum perficitur ædificium, adhuc iam non exiſtente perfecto, dummodo auctoritate Epiſcopi (ſicut dictum eſt) cœptum fuerit; in hoc caſu debet procedere ampliatio noſtra: ſin autem cœptum fuerit ædificium, & poſtea derelictum; tunc Delinquentes ad illud ſe recipientes ſecuri eſſe non debent. Quod autem dictum eſt de perfectione ipſius ædificij, vtrum adhuc actu perficiatur, nec ne (quod fortaſſis accidere poteſt ob aliquod impedimentum, vt per aliquos dies ceſſetur ab eius conſtructione) relinquendum duxi arbitrio Epiſcopi, qui iudicare poterit, an illud impedimentum ſit temporale, vel perpetuum: quia ſi perpetuum non eſt dubitandum, quod pars negatiua procedere debet, *iuxta ea, quæ diximus ſup. Ampliat.* 2. Sin autem per aliquod tempus; ſecus dicendum erit, dummodo non retardetur, vt quaſi ſpes nulla ſubeſſet amplius ædificandi, & perficiendi: vel per prædictum tempus quinquennij.

Ex quibus omnibus colligitur, quod relata per Clarum, & Couar. non bene ſe habeant, eo quod voluerunt, vt in Eccleſijs ad quas Delinquentes confugiunt, vt ſecuri eſſe poſſint, debeat continuo ſeruari Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum: nam ex ſupradictis ſatis liquet, quam ſit alienum hoc a iure noſtro, qua propter merito illorum; ac quorumuis ſimilis opinio non eſt amplectenda.

Sed quia præter Eccleſiam, quædam alia ſunt Loca, in quibus quamuis Diuina non celebrentur officia, quia tamen Deo ſunt dicata, ad quæ ſi Delinquentes fugerint, hanc Immunitatem conſequi poſſunt: ideo in ſequentibus Quæſtionibus, ſeu §§. de his dicendum eſt Locis. Sed quia quædam alia adhuc ſupereſſe videtur Quæſtio, ad hanc eandem Eccleſiarum materiam pertinens, quæ ſuper Oratorijs, vt dixi, extat: ita vt aliquando vnum pro altero ſumatur; cui quoque non abſimilis eſt illa quæſtio quæ de Hoſpitalibus traditur: ideo, vt ſpopondimus, primum in ſeq. proximo §. de ipſis Oratorijs, poſtea vero in alijs ſubſeqq. de reliquis agemus Locis. ſed de Hoſpitalibus in §. VIII. dicetur.

SVMMARIA.

1 *Oratoria regulariter non liberant Criminoſos.*

Diſtingue, num. 2.

Publica, & priuata differunt, & quomodo cognoſcuntur, num. 3.

§. IV.

SECVNDVM ſubiectam materiam ſciri oportet, regulariter appellatione Eccleſiarum non comprehendi Oratoria: & ideo diuerſum
1 ius in his ſtatui debet. Quare † in præſenti Quæſtione, ſecundum communem doctrinam, dicemus, quod ad Oratoria fugientes Immunitatem conſequi non poterunt, vt poſt Abb. & Remig. refert. Clar. *d. quæſt.* 30. *verſic. Sed quid dicendum.* Et ratio eſt, quia ad libitum domini quandocunque poſſunt ad vſus humanos conuerti. Sed aduerte, quod non ita ſimpliciter tranſibit hæc res, niſi aliqua diſtinctione pateſiat: qua propter ita diſtinguendum duxi.

Aut Oratorium † eſt publicum, aut priuatum: quoad priuatum procedet opinio negatiua, quæ communis eſt, & de iure procedit, *Farinat. d. quæſt.* 28. *limit.* 8. *num.* 79. Si vero publicum

fuerit,

fuerit, dicas cum Abb. *in cap. fin. num. 4. ſup. de Cenſibus.* qui vult; quod ſi huiuſmodi Oratoria fuerint auctoritate Epiſcopi conſtructa, vt amplius ad vſus profanos deputari nequeant, tunc vtique idem dicendum eſt, quod de ipſiſmet Eccleſijs, quod probari videtur ex illis verbis Gelaſij Papæ, *relatis in cap. Certũ eſt. de Conſecrat. diſt. 1.* tenoris ſequentis.

„ *Certum eſt quidem, & noſtris*
„ *præceptionibus conſtitutum, ne*
„ *quis in Eccleſia, aut in O R A-*
„ *T O R I O, quod Sedis noſtræ non*
„ *legitimè permiſſione dedicatum,*
„ *proceſſionem publicam putaret im-*
„ *pendi.*

Et probatur etiam in cap. Eccleſiæ. 16. quæſt. 1. ibi:

„ *Ita vt nouis Oratorijs tribuantur.*

3 Ad cognoſcendum † igitur huiuſmodi Oratoria, ſint ne publica, an priuata, vide Abba. *in d. cap. fin. num. 3.* qui hanc tradit differentiam inter Eccleſiam, & Oratoriũ (dico Eccleſiam, quia Oratoria publica vicem gerunt Eccleſiæ.) Eccleſia, inquam, eſt, de qua ſupra, locuti ſumus *in §. præceden.* Oratorium vero non conſecratur, nec dotatur, nec principaliter fit ad celebrandum, ſed vt ibi oretur, *per text. in cap. Vnicuique. cum cap. ſeq. d. diſtinct. 1. de Conſecr.* Nec licet eis habere campanas publicas, *cap. Patentibus. ſup. de Priuil.* Ideo Oratoria debent diuerſo iure cenſeri ab Eccleſia: ſed hæc procedunt, vt dictum eſt, in Oratorijs priuatis, quia illa proprie Oratoria dicũtur: publica vero quandoque Eccleſiæ, quandoque Oratoria vocantur, *prout diximus ſupra in præcedentibus Quæſtionibus.* Solent etiam quandoque huiuſmodi Oratoria Capellæ appellari, prout ex infra dicendis *in princ.* §. *IX.* videbitur. Sed vt plurimum pro ipſiſmet Eccleſijs Capellæ ſumuntur; vt probare videtur Titulus ille generalis ſup. de Capellis Monachorum, &c. & inf. in VI. eodem tit. Vide etiam Abbatem *in ſuo Repertorio generali*; Fel. & alios, *verbo, Capella.*

Hæc autem, quæ de Oratorijs publicis diximus; non debent intelligi de eis, quæ fuerint poſita in Locis Religioſis: quia etiam ſi ab ijſdem Locis huiuſmodi Oratoria abeſſent, ad ea fugientes Immunitatem conſequerentur. Sed quoniam Loca Religioſa pluribus poſſunt fieri modis: ideo de eiſdem in ſequenti Quæſtione dicemus.

S V M M A R I A.

1 *Religioſa loca quæ ſint?*
2 *Religioſi quotupliciter ſumuntur?*
3 *Milites S. Io. Hieroſolymitani an ſint vere Religioſi, ita vt ſicut cæteri Religioſi cum Monialibus alloqui prohibeantur.*
4 *Pœna aliquando extendenda.*
5 *Conuentus nouos à Religioſis approbatæ Religionis an vbilibet conſtrui liceat?*
6 *Religionem, aut Congregationem nouam num quilibet erigere poſſit?*
7 *Domus Clericorum ſecularium an Reis Immunitatem præſtent?*
8 *Ordinari ad ſacros Ordines Clerici ſeculares inſtar Regularium in communi degentes abſque eo, quod habeãt vnde viuant, an poſſint?*

§. V.

1 LOCA Religioſa † duobus fieri poſſunt modis: vno modo ſecundum ius Canonicum: altero vero ſecundum ius ciuile. Locus Religioſus ſecundum Canones fieri debet cum auctoritate Epiſcopi, & ad publicum

vſum deputari, *Archid. in d. cap. Nemo. de Conſecr. d. diſt. in. 1. cap. Ad hæc. ſup. de Religioſis domibus, & plene not. Felin. in cap. Quarta. num. 4. ſup. de Iud.* Item Loca religioſa dicuntur etiam Domus Religioſorum.

At Secundum ius Ciuile Locus Religioſus fit per mortui illationem, quod quiſque facere poſſet, *Inſtit. de Rerum diuiſ. §. Religioſum.* Sed hoc à ſacris Canonibus improbatur: quia prædictus locus vendi, & pignorari poteſt, *Felin. d. num. 4.* Et res Sacræ, ſeu religioſæ non ſunt ad profanos vſus redigendæ, *vulgatis iuribus in c. Semel. de Reg. iur. in 6. cap. Eccleſiæ. & cap. Quod ſemel. 19. quaſt. 2. item cap. Comperimus. 14. quaſt. 6. & cap. Inter quatuor. ſupra, de Religioſis domibus.*

Quod dixi de Domibus Religioſorum non ita ſimpliciter intelligen-
2 dum eſt: quia Religioſi † multifariam dici poſſunt. Nam aliquando verbum hoc RELIGIO largiſſime ſumitur: quandoque large: quandoque ſtricte: & tandem ſtrictiſſime.

Largiſſime Religioſorum appellatione quilibet Chriſtianus continetur, *vt in cap. Gaudemus, ſup. de Diuor. & Abb. in Rub. ſup. de Regul. & tranſeunt. ad relig. num. 3. in princ.*

Secundo large Religioſi dicuntur omnes perſonæ deuotæ, *cap. fin. ſup. de Rebus Eccleſ. aliē. & ibi DD. Item Goff. in ſumma ſup. de Regul. nu. 2.* Exemplum habetur ſup. *Cap. praeced. §. 3. nu. 15.* de Cornelio. Item & legum Doctores, *vt in princ. Proœm. Inſt.*

Tertio, quando ſumitur ſtricte, cōpetit ſolum Clericis ſecularibus, *Abb. in d. cap. fin. de Rebus Eccle. copioſe Felin. in cap. Tua nos. num. 1. verſ. in contrarium, ſup. de Iureiurando.*

Quarto denique proprie & ſtrictiſſime appellatione Religioſorum, illi duntaxat veniunt, qui clauſtro clauduntur, vt Monachi, Moniales, & aliæ ſimiles perſonæ quæ illa tria vota ſubſtantialia regulæ promittunt, *Abb. in cap. Non magnopere, num. 2. ſup. Ne Clerici, vel Monachi. & Additiones ad eundem, idem Abb. in cap. Dilecta. num. 4. ſup. de Maior. & obed. & plene per alteram Addit. ad Abb. in Rub. de Regular. d. num. 3. Felin. in cap. Eccleſia ſancta Maria. col. 1. ſup. de Conſtit. late etiam in cap. Licet. ſup. de Offic. ordin. quibus locis pleniſſime examinatur hac materies noſtra.* Inter hos Religioſos ſtrictiſſime ſumptos connume-
3 rantur etiam Milites † S. Io. Hieroſolymitani, *Abb. in cap. Quamuis ſup. de Decimis. num. 3. late Villagut in ſuis Conſultationibus decisiuis, 34. tota.* & expreſſe cauetur in hac noſtra Conſtitutione, circa fin. Et in tantum hoc verum eſt, quod etiam prohibentur ad monalium Moniaſteria accedere, ſicut & ipſimet Religioſi, qui illa tria ſubſtantialia promiſerunt, vt tradit Genuenſis *in Praxi Archiepiſcop. Cap. 32. num. 3.* & ita Sacram Congregationem cenſuiſſe, refere præd. Steph. Quaranta *in dicta Summa Bullarij, tit. Monaſteria monialium, &c. ſub. Rubr. Decretum, quo Religioſi ad monialium Monaſteria, &c. in verſic. Decretum hoc. fol. mihi 349.* Vnde ſuper hoc valde debent aduertere Eccleſiarum Prælati, ne contra fiat. Sed quamuis prædicti Milites habeant ex priuilegio Pontificio, quod in odioſis non comprehendantur ſub iure aliquo Religioſorum, *ex Petro. de Aragon. 2. 2. quaſt. 88. art. 11. ad vlt.* tamen quo ad hoc *ex dicta Congre.* ſunt comprehenſi, cum ſit potius fauorabile,
4 quam odioſum: nam quando † agitur de vitando animarum periculo, etiam in odioſis fit extenſio; *ita concludit præd. de Quaranta lo. cit. poſt Abb. Grauet. & Rot. Roman.* Et de his Locis ſimilium Religioſorum ſtrictiſſi-

ctiſſime ſumptorum loquuntur regulariter iura noſtra.

Hæc autem Loca Religioſa fiunt, vel fieri debent cum auctoritate Epiſcopi, ad hoc, vt dici poſſint vere, & proprie Religioſa, aut in principio ipſius ædificij, aut ex poſtfacto, pro qua re videndus eſt Hoſtien. *in Summa, ſup. de Religioſis domibus.* §. *Quis dicatur. a num.* 1. *vſque ad* §. *Cui ſubeſt. num.* 5. Quod confirmatum adhuc nouiter exſtat expreſſe in quadam Extrauag. Conſtit. Opt. recor. Clementis VIII. *edita die* 23. *Iulij.* 1603. *incip. Quoniam ad inſtantiam.* quam refert ad verbum Quaranta *in dicto tract. Summa Bull. tit. Monaſteria, & Conuentus. rub. Reuocatio Indultorum. verſic. Sequitur eiuſdem S. D. N. Clementis PP. VIII. fol.* 331. tenoris ſequentis.

,, *Quoniam ad inſtitutam Regula-*
,, *rium locorum, & perſonarum re-*
,, *formationem promouendam; &*
,, *conſeruandam maxime pertinet,*
,, *vt in quibuſque domibus, & Mo-*
,, *naſterijs is tantus numerus Re-*
,, *ligioſorum, qui commode ibidem*
,, *ali poſſit, contineatur; ac eo pari-*
,, *ter ſpectat, vt in quibuſque ciui-*
,, *tatibus, & locis nouæ domus, &*
,, *Monaſteria, præſertim Mendican-*
,, *tium, non erigantur, niſi in eiſdem*
,, *ciuitatibus, & locis, aliorum do-*
,, *morum, & Monaſteriorum in eis*
,, *exiſtentium, habita ratione, com-*
,, *mode ſubſtentari poſſe, dignoſca-*
,, *tur. Hac igitur nos conſideratio-*
,, *ne ducti, & in præmiſſis pro no-*
,, *ſtro Paſtorali munere opportune*
,, *prouidere volentes, Motu proprio,*
,, *& ex certa noſtra ſcientia, ac ma-*
,, *tura deliberatione, deque Apoſto-*
,, *licæ poteſtatis plenitudine; ex vo-*
,, *to etiam Venerabilium Fratrum*
,, *noſtrorum S. Rom. Eccleſ. Cardi-*
,, *nalium ſuper cõſultationibus, ne-*
,, *gocijs Epiſcoporum, & Regulariũ*
,, *Præpoſitorum, harum ſerie decla-*
5 ,, *ramus, locorum † Ordinarios non*
,, *poſſe licentiam ad nouos Conuen-*
,, *tus cuiuſque, etiam Mendicãtium*
,, *Ordinis, in ciuitatibus & locis eo-*
,, *rum Ordinariæ Iuriſdictioni ſub-*
,, *iectis, erigendos impertiri; ni-*
,, *ſi vocatis, & auditis aliorum in*
,, *eiſdem ciuitatibus, & locis exi-*
,, *ſtentium Conuentuum Prioribus,*
,, *ſeu Procuratoribus, & alijs inte-*
,, *reſſe habentibus, & cauſa ſerua-*
,, *tis ſeruandis cognita conſtiterit*
,, *in eiſdem ciuitatibus, & locis no-*
,, *uos huiuſmodi erigendos Conuen-*
,, *tus ſine aliorum detrimento com-*
,, *mode ſubſtentari poſſe: Si vero*
,, *ab eorum in huiuſmodi cauſis, &*
,, *ſententijs ad nos, & Apoſtolicam*
,, *Sedem prouocari, & appellari con-*
,, *tigerit, ipſos Ordinarios tãdiu ere-*
,, *ctionem nouorum Conuentuum ſu-*
,, *ſpendere debere, quouſque a præ-*
,, *dicta Sede Apoſtolica in eadẽ cau-*
,, *ſa pronunciatum exſtiterit, irri-*
,, *tum nihilominus, & inane; ſi ſe-*
,, *cus, &c.*

Sed hoc, quod dictum eſt de non ædificandis nouis Eccleſijs, ſeu Monaſterijs in aliorum præiudicium, non videtur eſſe nouum: eo quod idem probare videntur iura vetera, *vt eſt text. in c. Eccleſia. & in c. Quicunque. ſeq. 16. quæſt. 1. quos pro eodem refert Abb. in c. Cum contingat. num. 8. circa med. ſup. de Decimis.*

Vnde ſi quis Religioſorum prædictorum cuiuſuis Religionis, vel Militiæ extra Clauſtra domum habuerit, ad eam fugiens, ſecurus eſſe non debet: & ratio eſt in promptu: quia prædicta domus non eſt auctoritate Epiſcopi conſtructa, & approbata, ſicuti aliæ domus Religioſorum in communi viuentium.

Solet etiam dubitari, vtrum appel-

latione huiuſmodi Religioſorum
contineantur illi, qui nouam aliquam
Religionem, vel Congregationem
erexerint? Et reſolutiue Reſpondetur
6 quod non: quia nemo † inconſulto
Romano Pontifice Monaſterium, ſeu
nouam Religionem erigere poteſt,
vel Congregationem, *cap. fin. ſupra*
dicto titulo de Relig. dom. Imo huiuſ-
modi Religioſi, ſi ita dici debent, eſ-
ſent puniendi; *text. in Extrauagan.*
Ioan. 22. eodem titulo de Religioſis dom.
incip. Sancta Romana, atque vniuerſa-
lis Eccleſia. Et quamuis *per ſupradi-*
cta iura ſimilia fieri prohibeantur ſub
excommunicationis pœna, ipſo fa-
cto incurrenda, & alijs pœnis arduis:
hodie tamen non ceſſant gentes ab
his abſtinere, nihil faciendo illas pœ-
nas. Hi ſunt illi Hipocritæ, qui exter-
minant facies ſuas, vt pareant homi-
nibus ieiunantes, de quibus loquitur
Dominus Ieſus *in Matt. cap. 6. nu. 16.*
dicens:

„ *Amen dico vobis, quia receperunt*
„ *mercedem ſuam.*

De his quoque multum queritur
Farin. *d. lib. 1. Pract. Quæſt. crimin.*
queſt. 10. num. 72. in antiquis. Vnde
fugientes ad huiuſmodi loca, nullam
Immunitatem conſequi debent: de
pœna huius excommunicationis tra-
ctat Nauar. *d. Manuali, cap. 27. num.*
127. tradens aliquas limitationes.

7 Hinc † rurſus dubitari ſolet de Lo-
cis, ſeu Cellulis, Domibus, aut Clau-
ſtris Clericorum ſecularium inſtar
Religioſorum in communi viuen-
tium, vt ſunt Patres Congregationis
Oratorij B. Philippi Nerei, & alij Si-
miles: cui dubitationi quantum ad
hanc Immunitatem affirmatiue re-
ſponderem, ea ratione: quia quodam
modo dici poſſunt vere Religioſi: &
ob illorum obſeruantiam cõtrarium
affirmare non auderem, eo quod pu-
blica auctoritate huiuſmodi Congre-
gatio confirmata eſt, & a tot ſummis
Pontificibus ampliſſimis priuilegijs
illuſtrata. Sed hæc quæſtio vltra ea,
quæ habentur inf. §. *ſeq.* videtur mi-
hi deciſa in hac noſtra Conſtit. ex il-
lis verbis, quæ retulimus ſupra, *hoc eſt,*
Cap. in Initio, ibi:

„ *Domibus Regularibus, & Secula-*
„ *ribus, &c.*

Quæ verba idem importare viden-
tur, quaſi dicerent, Domibus Regu-
larium, & Secularium Clericorum in
vnum viuentium instar Religioſo-
rum, vel Regularium: & horum Cle-
ricorum mentio habetur in quadam
Extrauag. Pij V. *edita Romæ, Idibus*
Octob. 1568. quæ incip. Cum non deceat
diuino myſterio. vbi agitur de Clericis
8 † ſecularibus, qui ad ſacros ordines
promoueri volunt, vt non admittan-
tur ſine titulo beneficij, penſionis, aut
patrimonij, iuxta Decretum Concil.
Trid. *Seſſ. 21. de Reform. cap. 2.* quod
Decretũ extenditur per d. Extrauag.
etiam ad hos Clericos inſtar Regula-
rium in communi viuentes, non pro-
feſſos. Ex quo colligitur, quod non
prohibentur Clerici Congregatio-
nem erigere: ſed quod dictum eſt *per*
Extrauag. Io. 22. intelligitur de per-
ſonis laicalis conditionis. *Hanc Ex-*
trauag. Pij V. refert ad verbum d. Pe-
trus Matthæi in d. ſuo tract. 7. Decretal.
lib. 1. tit. 5. Rub. de Ætate, & qualit.
ordin. c. vnico.

Quapropter ex his relatis apparet,
quod non ſolum prædictæ Domus
Religioſorum hanc Immunitatem
concedant: ſed ipſamet Clauſtra Ec-
cleſiæ: & hoc eſt illud, quod dicitur
in d. cap. Sicut antiquitus. 17. *queſt.*
4. vbi habetur, quod Eccleſia Maior
habet quadraginta Paſſus: & aliæ Ec-
cleſiæ minores triginta, ſicuti dixi-
mus *ſup. Cap. 11.* & ita voluit Abb.
in cap. Cum pro cauſa. num. 4. inf. de
Sent. excommun. Ideo in hac ſequenti
Quæ-

Quæſtione vna ſimul & ſemel de ipſis Clauſtris, & de prædictis Paſſibus agemus.

S V M M A R I A.

1 *Intellectus ad Cap. Sicut antiquitus. 17. quæſt. 4. ſuper illis quadraginta, vel triginta Paſſibus, de quibus valde controuerſum eſt inter Doctores.*

2 *Eccleſia conſtructa intra muros Caſtellorum non habet ambitum, ſeu circuitum: & ratio qua?*

3 *Archidiaconi opinio in cap. Quiſquis. 17. quæſt. 4. dum tractat de Eccleſijs conſtructis intra muros Caſtellorum, refellitur.*

4 *Domus Clericorum, aliorumue Religioſorum vbi deberent eſſe conſtructæ.*

5 *Gentilium Templa quomodo, & quibus in locis erant conſtructa?*

6 *Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat priuilegium.*

Decianus in ſuis Tract. lib. 6. cap. 25. num. 16. confutatur.

8 *Panormitanæ Archiepiſcopus D. Cæſar Marullus laudatur ob ordinationes ſuas factas in quadam Synodo Diœceſana, vbi de Eccleſiarum ſitu multum diligenter tractat.*

9 *Dormitorium Religioſorum, aliorumq. Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ſi fuerit, vel exceſſerit illos quadraginta, vel triginta Paſſus, de quibus agitur in Cap. Sicut antiquitur. 17. quæſt. 4. an liberet Delinquentes? & num. 16. & 17. de quibus autem Clericis intelligatur, vide in num. 11.*

10 *Clauſtra Eccleſiarum ſi excedant quadraginta, vel triginta Paſſus ab ipſiſmet Eccleſijs, an liberent Reos a pœnis?*

11 *Clerici in primitiuâ Eccleſia quomodo viuebant?*

Sub certo numero conſtituti; ſecus autem his temporibus: & num. 14. 15. & 16.

12 *Eccleſiæ maiori cur quadraginta Paſſus; alijs verò Eccleſijs minoribus triginta a ſacris Canonibus concedantur?*

13 *Nauarri opinio in Manuali, cap. 25. nu. 18. refellitur, dum voluit, quod fugientes ad Domos Eccleſiarum, quæ pro habitatione Clericorum fuerint conſtructæ vltra quadraginta Paſſus, non poſſint hanc Immunitatem conſequi: & num. ſeq.*

15 *Ordines ſacros ſuſcipere non poteſt Clericus, niſi habeat vnde viuat.*

16 *Epiſcopus an poſſit Clericis iterum vitam communem indicere, prout olim fuerat a Canonibus ſtatutum?*

17 *Canonicorum Domus an liberent Reos? Et quo loci debeant eſſe conſtructæ?*

18 *Legum diſpoſitione ceſſante, ceſſant omnia, quæ ſequuntur ex eis.*

19 *Porticus Eccleſiæ an præſtet Reis hanc Immunitatem?*

Extende, vt inf. num. 21. & 22.

20 *Sacellum an Delinquentes tueatur?*

21 *Limina prima ſcalarum Eccleſiæ, vel eius Portici Reis Immunitatem tribuit.*

Amplia etiamſi manu tangantur Loca, ex quibus hæc Immunitas prouenit, num. 22.

23 *Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte totius.*

24 *Paſſus, de quibus tractant Iura noſtra, quomodo capiebantur?*

§. VI.

CONTROVERSIAS illorum quadraginta, vel triginta Paſſuum, quorum mentionem fecimus *ſup.* §. *II.* diſſoluere aggrediar: nam illud
1 clarum eſt, quod † dicitur in d. c. Sicut antiquitus. 17. *quæſt.* 4. quod Delinquentes fugientes, & reſidentes intra

intra illos Paſſus longe ab ipſiſmet Eccleſijs capi nequeant, alias capientes, aut capi mandantes teneantur pœna violationis Immunitatis Eccleſiæ. Sed cum a Doctoribus res hęc, non ſecundum iuris deciſionem, ſed prout ſibi melius placuerit, intellecta ſit; quia vt colligitur ex his, quos legere potui, capiunt hos prædictos Paſſus pro quibuſuis diſtantibus per circuitum Eccleſiarum, etiam ſi fuerint viæ publicæ, *vt diximus ſup. hoc Cap. d. §. 11.* Ideo nos melius dicamus, quod ſumuntur pro Clauſtris, & Domibus Clericorum, & Monachorum, aliarumue Eccleſiaſticarum perſonarum, ſecus ipſas Eccleſias viuentium: quæ loca niſi fuerint huiuſcemodi, nullam Delinquẽtibus Immunitatem præſtabunt: & per conſequens omnium opiniones, quæ longe fuerint ab his, quæ infra dicentur, corruent, vt ſunt relatorum a Farin. *d. quæſt. 28. nu. 12.* & aliorum, de quibus plenius in ſequentibus dicemus.

Sed primum antequam de iure agamus, quædam alia adminicula tradam, quibus, etiamſi lex clare non loqueretur, veritas indagari poſſet. Incipiam ergo a cap. Quiſquis inuentus *d. 17. quæſt. 4.* vbi conſtitutum eſt, quod Eccleſia † conſtructa intra
2 muros Caſtellorum non habeat hanc prerogatiuam, vt. ſ. ſi Criminoſi fugiant ad aliquam domorum conſtitutarum intra eius triginta Paſſus, capi, vel extrahi ab illa non poſſint, quamuis ſita eſſet, vel cohæreret ipſimet Eccleſiæ: Dico, quod ratio huiuſmodi differentiæ eſt, quia Eccleſia intra muros Caſtellorum non habet ambitum, ſeu Clauſtrum: quia ſi illud haberet, ſequela eſſet, quod totum Caſtellum ad id eſſet deputatum, cum vt plurimum ambitus illorum excedere non ſoleat prædictos triginta Paſſus: & hoc modo militũ domus, & aliorum in eiſdẽ Caſtellis habitantium eſſent refugium Delinquentium: Sed quoniam prædictæ domus non poſſunt dici Religioſæ, *vt ſupra §. præced. dictum eſt,* Ideo ad illas fugientes, vel morantes ſecuri eſſe non debent. Hinc reijcienda ſunt relata a Farin. *d. quæſt. 28. nu. 12.* qui circuitum Eccleſiarum in locis communibus degentium, cum hoc circuitu Caſtellorum faſcinauit: atque etiã
3 reijci † debet opinio Archid. *in d. cap. Quiſquis.* qui ſomniaſſe viſus eſt, dũ dixit, quod Eccleſiæ conſtructæ intra muros ciuitatis non habent horum Paſſuum circuitum, ſed extra muros: quod Couar. *d. cap. vlt. nu. 5. in princ.* ad conſuetudinem accedere dixit, quamuis ipſe teneat hunc præd. Canonẽ, Quiſquis, intelligi debere, prout & nos ſupradiximus: quod ibi abſque difficultate patet. Vnde Io. Igneus, *in l. 1. in princ. nu. 58. ff. Ad Syllan.* inter has controuerſias, *relatus a Couar. lo. cit.* neſcit quid dicat, dum refert, quod hoc ſpatium moribus non ſit receptum: nec Couar. *d. loco* aliquid reſoluit, quod iure ſiſtere valeat, quamquam hæc Quæſtio parui eſt momẽti: quapropter, licet plures ſint opiniones, vnica tamen deciſione præſens negocium finietur.

Concludamus igitur, quod prædicti Paſſus ſumuntur pro Clauſtro ip-
4 ſiuſmet Eccleſiæ, & Domibus † Clericorum, ſeu aliorum Religioſorum, quæ deberent eſſe ſitæ, & poſitæ intra eoſdem Paſſus, *prout iam diximus,* in quibus aliæ domus eſſe non debent: quod clare probatur in d. Cap. Quiſquis, iuncta Gloſ. *in verbo Domos.* Vnde miror de Archid. qui *alibi, in d. cap. Si quis contumax. d. Cauſa 17. & quæſt.* 4. dixit, hos Paſſus ſumi pro Cœmiterio Eccleſiæ: Sed melius dixit Alberic. *proxime citandus in verſic. ſequenti ante verſic.*

Vnde

Vnde ſi in dd. Paſsibus, quem refert Menoch. *lib. 6. Præſump. 72. nu. 20. in fin.* Et nihilominus ex ſupra relatis ſibi ipſi contrarius videtur, quare retineas hanc Concluſionem, quia nunquam errare poteris.

Quod ſane ipſa naturalis ratio ſuadet, vt non ſolum apud nos Chriſti-
5 anos, verum etiam apud † Gentiles ſcriptum adinuenies, vt refert idem Fr. Hieronym. Rom. *lib. 3. de la Republ. Gentil. c. 3. col. penult.* cuius verba ſunt hæc:

» *En lo que toca al aſſiento, y poſtura de los Templos, los antiguos lo traçaron, principalmente el Philoſopho Ariſtoteles da mui buenas reglas en las Politicas, adonde deſpues de auer proporcionado las Ciudades, y dicho cada coſa adonde ha de eſtar, dize que los Templos adonde ſe han de recebir los Oraculos, y ſe exercita el culto de los dioſes, deuen ſer edificados en lugar decente, y mas honrado, que eſten lexos de todas las coſas profanas, y de negocios; de manera que por la diſpoſition del ſitio ſe conozca que aquel lugar es el mas preheminente por eſtar alli dios. Deuen aſſi meſmo eſtar las Moradas de los Miniſtros junto, y todos los lugares que ſon neceſſarios para los ſacrificios, y para las comidas Sacras han de eſtar mas arrimadas al Templo; de manera que todo aquello que es neceſſario ala Religion ha de eſtar en el mejor lugar de la ciudad; y todo junto: porque aſſi ſea mas eſtimado, y no aya falta en nada.*

cætera verba, quæ ſequuntur, vide inf. §. *ſeq. ſub verſic. Hoc etiam apud Gentiles. num. 9.* locus autem citatus ex Philoſ. eſt in lib. 7. cap. 10. Polit.

Hinc iure patet, quod hi Paſſus ſunt Domus, & Clauſtra prædictarum Eccleſiaſticarum perſonarum: & ſi talia non fuerint, Delinquentes in varium ſe defendent: quia quantuncunquæ vicinæ fuerint extraneorum domus ipſis Eccleſijs, nullam Immunitatem concedere valent: & hoc eſt illud quod dicitur in c. Diffiniuit. *d. q. 4.* cuius verba ſunt;

» *Diffiniuit Sanctum Concilium, vt nullus audeat Confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcunq. nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in Loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui Eccleſias petunt per omnia licitum in Triginta Paſſus ab Eccleſia ianuis progredi, in quibus Triginta Paſſibus uniuſcuiuſque Eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur; ſic tamen, vt hi qui ad eam confugiunt, IN EXTRANEIS, vel LONGE SEPARATIS AB ECCLESIAE DOMIBVS NVLLO MODO ABSCEDANT; ſed in hoc Triginta PASSVVM numero ABSQVE DOMORVM EXTRANEARVM RECEPTACVLO PROGREDIENDI ADITVM OBTINEBVNT, qualiter ad requiſitæ naturæ vſum debitis exeant Locis, & nullo teneantur euentu neceſſitudinis quæ Dominicis ſe defendendo commiſerint CLAVSTRIS.*

Hinc non poſſum non mirari de Oldrado, qui *in quodam ſuo Conſilio* 55. tenet, quod intra prædictos Paſſus in circuitu Eccleſiæ nulla domus eſſe debeat, etiam ipſiuſmet Eccleſiæ, allegat pro hoc ca. In illa. 12. quæſt. 1. quod puto corruptum; quia in toto volumine Decretorum non legitur ſimilis textus, qui habeat illud initium: Vnde puto voluiſſe allegare text. in cap. Nulla ædificia. d. Cauſa,

&

& quæſt. vbi contrarium probatur; cuius verba ſunt hæc;

,, *Nulla ædificia in Atrio Eccleſiæ*
,, *ponantur, niſi tantum Clerico-*
,, *rum.*

Quod omnino intelligitur pro illis paſſibus circumcirca ipſammet Eccleſiam, per illud verbum, In Atrio, *vt in ſeq. §. plenius videbitur*. ſed dum Oldrad. ibidem de prædictis Paſſibus tractat, allegat tex. in d. cap. Diffiniuit. atque etiam tex. in cap. Quiſquis. *d. 17. quæſt. 4.*. vbi expreſsius noſtra firmatur ſententia, *in illis verbis in princ. d. c.* dum dicitur:

,, *Sacrilegium committitur, ſi quis*
,, *infregerit Eccleſiam, vel Trigin-*
,, *ta Paſſus Eccleſiaſticos, qui in cir*
,, *cuitu Eccleſia ſunt: vel DOMOS,*
,, *QVAE INTRA PRAEDI-*
,, *CTOS PASSVS FVERINT.*

Quod etiam Albericus *in l. Fideli. nu. 2.* per eoſdem textus tenet, dicens, intra prædictos Paſſus eſſe non debere, niſi Domus Clericorum.

Vnde ſi in dd. Paſſibus non fuerint prædictæ Domus, vel Clauſtra, nullo modo Delinquẽtes gaudere poterũt. Et de hoc nemo vnquam dubitare debet, quod ſatis ſit rationabile, & Religioni conueniens, vt in locis quantuncunque vicinis eiſdem Eccleſijs, licet domus fuerint ipſarum Eccleſiarum, Delinquentes non valeant ſe tueri, cum illa loca dici non poſſint Domus Sanctitudinis, vel Religioſa: verum erunt Religioſa quoad alienationem, non autem quoad habitationem, vt hic requiritur: quia ſequeretur, quod quælibet domus, aut fundus ab Eccleſia poſſeſſus, quamuis longiſſime diſtaret ab ea, hanc Immunitatem præſtare Reis deberet; quod tamen nemo affirmabit. ergo idem dicendum eſt de alijs locis intra illos Paſſus: quia licet ab ipſis Eccleſijs poſſideantur, & non fuerint ad vſum Religioſorum deputata, ſed penitus ad extraneorum. i. Laicorum commodum deſtinata, ceſſabit quælibet aliorum ratio, & procedet illa diſpoſitio præd. cap. Diffiniuit: nam poſtquam hæ domus erunt conducticiæ, non poterunt amplius dici Religioſæ eodem modo, qui requiritur, in prædictu tex. cum ſæpe ſæpius in ijs locis gentes malæ vitæ, & infames, *vt ſup. in §. 11. diximus*, commorari ſoleant; & ſic reuerentia ipſis debita ceſſat, vnde ceſſabit & eius præeminentia.

6 Quia ceſſante † cauſa priuilegij, ceſſat ipſummet priuilegium, *l. Generaliter. la 2. C. de Epiſ. & Cler. l. Ne quidam. C. de Teſtam. milit. & l. Titia. §. vſuras. ff. de Leg. 2. His accedunt ea, quæ tradit Rebuff. d. Gloſ. 1. num. 7. & 8. in 2. tom. ſuper Conſtit. hoc tit. noſtro.*

Quare puto male iudicatum fuiſſe Papiæ tempore Clari, de eo, qui vxorem occiderat, *ſicuti diximus ſup. d. §. 11. in fin.* Nam is vxoricida quamuis captus fuerat in quadam domo, ſita intra ſexdecim paſſus ab Eccleſia maiori; quia tamen illa domus erat huiuſmodi, hoc eſt, ad profanum vſum deſtinata (licet ab eadem Eccleſia poſſeſſa) male relaxatus fuit, & reſtitutus.

Hinc † etiam reijcitur opinio Deciani, *d. lib. 6. cap. 25. nu. 16.* cum omnibus ab eo allegatis, qui dixit, quod fugientes ad domos Laicorum, morantium intra illos Paſſus tuti eſſe poſſint; ſed hoc forte poſſet habere locum in Domibus Laicorum, qui Eccleſiæ inſeruiunt, vti quoque ipſemet refert *in verſic. Quæ etiam comages. d. num. 16.* Vnde melius dixit Angelus de Clauas *in Summa ſua, verbo, Immunitas. §. 21.* quem ipſe Decian. *ho. cit. in princ.* allegat: hic (inquam) Angelus voluit non eſſe tutos, qui ad Laicorum domus confugiunt intra illoſmet Paſſus conſtitutas. Sed Decianus

cianus *in cap. ſeq. 26. nu. 11. vbi quoſdam allegat*, tenuit quod diſpoſitio d. cap. Diffiniuit, loquatur de alijs domibus extra illos Paſſus ædificatis, in quo deceptus clare videtur, cum verba illius textus, quæ ſupra retulimus, pateant, *præſertim in verſic. Sed in hoc Triginta Paſſuum.* Vnde omnes Eccleſiarum Pręlati ſuper hoc magnam deberent adhibere diligentiam, ne in locis profanis Eccleſiæ conſtruantur, & ſecus loca, quæ putamus ſtabula, & ſterquilinia, ipſæ permaneant.

8 Quapropter † non modica dignus eſſe debet laudatione felicis record. D. Cæſar Marullus, vere ſanctæ Dei Eccleſiæ zelator, qui omnia ad cultum Diuinum pertinentia ita bene diſpoſuit, vt nullo vnquam tempore tota hæc Diœceſis eum valeat obliuiſci: ſed præſertim de hac re tractans in ſuis Synodalibus Conſtitt. *par. 3. cap.* 10. (quæ fuerunt recognitæ, correctæ, & confirmatæ a S. D. N. Sixti V. vt in earundem calce legitur) Decreuit, inquam, vt nouæ Eccleſiæ inconſulto Archiepiſcopo, & ab eodem ſine ſcriptis licentia impetrata, minime conſtruantur, aut ædificentur: in quarum ædificatione ſitus honeſtus, ac decens, populi capax, ab ædibus diſiunctus diligenter attendatur: inſuper nulla in Eccleſia feneſtra permittatur, e qua quis foris ſtans Miſſam ſpectare poſſit: & domus Eccleſiæ coniunctæ, quæ ſordido vſui inſeruiunt, ſiue Laicorum, ſiue Clericorum, omnino in honeſtiorem vſum conuertantur: & reliqua, quæ ibi videri, & legi poterunt.

Rebus ergo ſic ſe habentibus, il-
9 li † quoque, qui ad Dormitorium earundem Eccleſiaſticarum perſonarum fugerint, vel permanſerint, hanc Immunitatem conſequentur: quia illud etiam venit appellatione Clauſtri, *Decian. Conſil. 80. num. 38. vol. 3. quod refert Baiard. in Clar. d. q. 30. nu. 1. in fin. & alij, quos etiam allegat Rebuff. d. Gloſ. 1. num. 9.* licet inter ſupradicta de Domibus Eccleſiaſticarum perſonarum contineatur etiam Dormitorium, cum hoc ſine domibus eſſe non debeat.

10 Extende † etiam ſi prædicta Eccleſiæ Clauſtra illos Paſſus exceſſerint, ſicuti hodie videmus: quia in his Paſſibus illud ſpatium amplius non ſeruatur, rationibus ſubſequentibus: Et hoc eſt illud, quod tradit Gloſ. *in verbo, Vel domo. in cap. Id conſtituimus. d. quæſt.* 4. quod etiam poſt Alexan. *in Conſil.* 184. *num.* 11. *verſic. Circa ſecundum dubium. cum num. ſeq. lib.* 7. tenet Illuſtriſſ. Tuſcus *in ſuis Practt. Concll. lit. E. concl. 9. num. 3. & duobus ſequentibus.*

Nec mireris ſi ſupra *in princ. huius Quæſt.* mentionem fecerim de Clericorum Domibus, quas inter alia Loca Religioſa connumeraui: quia il-
11 lorum Domus in primitiua † Eccleſia inſtar noſtri temporis Religioſorum profeſſorum Clauſtris circundabantur: ac ſimul habitabant, & viuebant: ideo prædicta Glo. *in d. c. Quiſquis. verbo, Vel domos.* intelligit pro Domibus Clericorum, dicens, quod ibi aliorum domus eſſe non debent: quod probatur in cap. Præter hoc. §. *præcipientes etiam. Diſt. 32.* cuius verba ſunt hæc.

» *Præcipientes etiam ſtatuimus, vt*
» *hi prædictorum ordinum, qui eiſ-*
» *dem Prædeceſſoribus noſtris obe-*
» *dientes caſtitatem ſeruauerint,*
» *iuxta Eccleſias, quibus ordinati*
» *ſunt (ſicut oportet Religioſos Cle-*
» *ricos) ſimul manducent, & dor-*
» *miant: & quicquid eis ab Eccle-*
» *ſiis competit, communiter habeãt.*
» *Et rogantes monemus, vt ad Apo-*
» *ſtolicam, cõmunem. ſ. vitã ſummo-*
» *pere peruenire ſtudeant; &c.*

M *Facit*

Facit etiam text. in cap. 1. cum alijs ſeqq. 12. quæſt. 1. & de Conſecr. diſt. 5. cap. In omnibus. text. in cap. Præsbiter. Diſt. 82. & ea ſimul adde, quæ dicentur inf. in ſequentibus numeris.

12 Hinc eſt, quod Maior † Eccleſia quadraginta Paſſus habet, vel potius habebat, iuxta præcitata, & aliæ Minores Eccleſiæ triginta: nam intra illud ſpatium non ſolum Domus Clericorum eſſe debebant, verum & Epiſcoporum: quia Epiſcopus in qualibet Diœceſi ſecus ipſaſmet Maiores Eccleſias vna cum aliorum Clericorum domibus habitationem habebat, quæ abeſſe ab Eccleſia Maiori extra illos quadraginta Paſſus non poterat, *Gloſ. in cap. Epiſcopus. de Conſecr. diſt. 5.* eſtque Textus expreſſus in d. cap. In omnibus, cuius verba non abs re hic referre volui, quæ ſunt tenoris ſequentis.

„ *In omnibus igitur (quantum hu-*
„ *mana permittit fragilitas) decre-*
„ *uimus, vt Canonici, Clerici cano-*
„ *nice viuant, obſeruantes Diuinæ*
„ *Scripturæ doctrinam, & documen*
„ *ta ſanctorum Patrum: & nihil*
„ *ſine licentia Epiſcopi ſui, vel ma-*
„ *giſtri eorum incompoſite agere præ*
„ *ſumant, IN VNOQVOQVE*
„ *EPISCOPATV VT SIMVL*
„ *MANDVCENT, ET DOR-*
„ *MIANT, vbi his facultas id*
„ *faciendi ſuppetit: vel qui de re-*
„ *bus Eccleſiaſticis ſtipendia acci-*
„ *piunt, in ſuo CLAVSTRO ma-*
„ *neant: & ſingulis diebus mane*
„ *primo ad lectionem veniant, &*
„ *audiant, quid eis imperetur. Ad*
„ *menſam vero ſimiliter lectionem*
„ *audiant, & obedientiam ſecun-*
„ *dum Canones ſuis miniſtris exhi-*
„ *beant.*

13 Itaque † ad nihilum reducitur opinio Nauarri *in præd. cap. 25. Manual. ſub num. 18.* qui voluit, quod fugientes ad Domus Eccleſiæ ad habitationem Clericorum, intra illos Paſſus conſtructas duntaxat, ſecuri eſſe poſſunt: alias nõ, niſi alicui Capellæ ſint annexæ: quæ opinio hiſce temporibus nullo modo procedere poteſt; quia ſi huiuſmodi Domus non adhærerent Eccleſiæ modo prædicto, quãuis fuerint quantuncunque vicinæ ipſiſmet Eccleſijs, non præſtabunt hanc Immunitatem Delinquẽtibus, niſi pateat earum aditus ad ipſas Eccleſias, ita vt quaſi Clauſtro includi videantur: & hoc procedere poteſt etiam ſi fuerint conſtructæ citra prædictos Paſſus; vel quod nulli Capellæ fuerint annexæ, prout hac Conſtitutione diſpoſitum eſt, & tenet etiam Archid. *in d. cap. Diffinimit. 17. quæſt. 4. poſt num. 1.* & probabimus etiam infra, *Cap. ſeq. §. VIII. ex quadam Epiſtola bonæ memor. Clementis VIII.* Cuius quidem rei ratio ſatis efficax eſt: quia Canones, decernentes hos Paſſus circum ipſas Eccleſias, moti ſunt ex eo, quod habetur in alijs iuri-
14 bus, quibus ſancitum † fuit, Ne Clerici vltra certum numerum ordinari, vel fieri poſſent: in quo vtraq. Iura, & Canonica, & Ciuilia conueniunt, *Et primum pro hac re allego Textus Ciuiles, vt patet in Rubr. Auth. Vt determinatus ſit numerus Clericorum, & e. vbi totus ille Textus ſub d. Rub. de hoc tractat. Eſtque alius Titulus generalis in d. Auth. tit. De Menſura ordinandorum Clericorum. Item in §. Sed neque effuſas. Auth. Quomodo oporteat Epiſcopos. & in §. In omnibus. tit. de Sanctiſsimis Epiſcopis. Sed ante Iuſtinianum illud idem conſtitutum inuenitur per Honorium, & Theodoſium, vt legitur in l. Non plures. C. de Sacroſanctis Eccleſijs. Hoc idem a Sacris Canonibus ſancitum fuit, quemadmodum colligi poteſt ex iuribus ſupra proxime relatis: ſed expreſſe, poſt hæc omnia iura, illud demon-*

demõſtrant, tex. in c. 1. ſup. de Inſtit. & text. in cap. Auctoritate d. tit. tex. in c. Quoniam: ſup. de Vita, & honeſt. Cler. Sed quidem hac idem diſponunt, quod antiqui Canones decreuere, cui nolo plurimum inſiſtere: qui autem hoc melius ſcire cupit, legat Sacros Canones. Cum itaque Clerici ſub certo numero conſtituti fuiſſent, conditi fuerunt prædicti Canones, diſponentes ſuper illis Paſſibus: quod hodie temporibus noſtris minime procedere poſſet, quamuis Clerici, ſicut tunc, nunc in communi viuerent: quia nunc receſſit ab aula diſpoſitio ſupradictorũ iurium, ſtatuentium illum Clericorum nu-
25 merum; cum nemo ‡ fieri Clericus prohibeatur, & ad Sacros Ordines promoueri, dummodo habeat vnde ſe alere poſſit, vt ſtatutum eſt a Sacroſancto Concil. Trid. *Seſſ. 21. cap. 2. de Reformat.* Et adeo auctus eſt cœtus Clericorum, vt vix in qualibet mundi parte numerari poſſit, præſertim in hac Felici Vrbe Panormi. Quare ſi ſimul habitarent, vtique nec ſufficerent (vt ita dicam) mille paſſus: Vnde Nauarri opinio non poſſet habere locum. quapropter cum ita ſe habeat communis obſeruantia, *vt ſupra diximus ex Illuſtriſſ. Tuſco,* temerarium eſſet ab hac diſcedere ſententia; Imo ex ipſamet noſtra Conſtitutione colligitur, dum nullam adhibet diſtinctionem, ſed ſimpliciter de Domibus Regularium tractat, *vt patet in illis verbis, relatis ſupra in Initio præſentis Capitis.*

His ergo traditis, ad nihilum reducuntur relata per Villagut *in tract. de Extenſ. Legum. ſub tit. de Extenſ. Immun. Eccleſ. nu. 32.* qui poſt quamplures affirmat huiuſmodi Paſſus nõ eſſe cõceſſos Eccleſijs cõſtructis intra mœnia Ciuitatum, ſed eis, quæ fuerint extra inædificatæ: Nam iſthæc opinio potius fabuloſa, ſeu ridiculoſa videtur, quam aliqua colorata ratione ſubſtinenda (& idem dicimus de Archid. cuius ſupra mentionẽ fecimus, quẽ & ipſe quoque pro hac prædicta ſua ſententia allegat) cum nullibi legatur, Matrices Eccleſias extra mœnia eo tempore conſtructas fuiſſe, quo fuit conditus ille Canon prædictus, Sicut antiquitus, vbi, diximus, de huiuſmodi Paſſibus tractari: in quo adhibetur illa diſtinctio inter Eccleſias Maiores, & Minores, hoc eſt, quod illæ quadraginta, aliæ vero Minores triginta Paſſus per circuitum habeãt. Quapropter ſi dictus Textus loquitur de Eccleſijs Maioribus ædificatis intra mœnia Vrbium: eodem modo debet intelligi pro alijs Minoribus; imo omnes Eccleſiæ, non ſolum Maiores, ſeu Matrices, ſed etiam Minores ſemper intra Vrbium continentia fuerunt inædificatæ, vt apparet ex eis, quæ Habentur apud Hieronym. Rom. *in d. Repub. Chriſt. lib. 4. cap. 1.* Non tamen negare auſus fuerim, quod quædam Eccleſiæ extra muros etiam fuerint conſtructæ, licet d. Rom. nihil de hoc. Stante igitur illibata noſtra ſupradicta Sententia, cum eodem Villagut, & alijs reijciendus eſt Ambroſinus *hic, cap. 10. nu. 4.* qui allegat, vltra alios, Ancharanum in d. cap. Quiſquis. quem puto eſſe corruptum: & potius voluiſſe allegare Archid. *loco a Nobis citato.*

36 Sed quid dicendũ, ſi omnes † Clerici, prout tunc, nunc in communi viuerent, an illorum Domus hos Delinquentes protegerent? & abſque controuerſia reſpõdendum eſt, quod ſic; Imo huiuſmodi conſuetudo maxime laudanda eſſet, iuxta illud *Pſalmi, 132.*

„ *Ecce quam bonum, & quam iocun*
„ *dum, habitare fratres in vnum.*

Et hoc Epiſcopus facere poſſe videtur, ſi vellet, ſecundum Abb. *in d. cap.*

Quoniam. num. 2. *& 6. ſupra de Vita, & honeſt. Cler.* Sed ſecundum Gloſſas *ibidem, in verbo, In una domo. & alia ſeq.* aliter apparet, quarum lectio non mihi diſplicet, eaſque per te ipſum legito: quia non eſt locus noſter hic plene de hoc agere; Abb. tamen *in d. num. 6.* dictis Gloſſis reſpondet diſtinguendo, quem videas.

Vnde fugientes ad Domus Clericorum Congregationis B. Philippi Nerei, de qua ſupra *in §. præced. num.* 5. mentionem fecimus, omnino, ac neceſſitate iuris liberi euadent: illud etiam affirmarem de alijs Eccleſijs Collegiatis, in quibus earum Miniſtri habitare ſolent, quemadmodum in quibuſdam extat hic Panormi. Vnde optime dixit Barbat. *Conſil.* 33. *vol.* 4. quem refert Rebuff. *d. Gloſ.* 1.
17 *num.* 9. dum hoc extendit † etiam ad Dormitorium Canonicorum, ſi intra Ambitum, vel Clauſtrum exiſtat Eccleſiæ, quamuis vltra hos Paſſus extendatur, per text. in l. Præſenti. *C. eo. tit. noſtro.* ibi;

„ *Ex ipſis ergo Locis, eorumque Fi-*
„ *nibus.*

Sed melius ſuffragari videtur Textus in l. Pateant. *in princ. C. eod.* cuius verba *non fruſtra inde abſtraximus, quæ* ſunt tenoris ſequentis.

„ *Pateant Summi Dei Templa ti-*
„ *mentibus; nec ſola Altaria, & O-*
„ *ratorium Templi circumiectũ, qui*
„ *Eccleſias quadripartito parietum*
„ *ſeptu concludit, ad tuitionem fu-*
„ *gientium ſancimus eſſe propoſita:*
„ *ſed vſque Ad EXTREMAS*
„ *FORES ECCLESIAE, quas*
„ *oratum geſtiens populus primas*
„ *ingreditur, confugientibus Aram*
„ *ſalutis eſſe præcipimus: vt inter*
„ *Templum, quod parietum deſcri-*
„ *pſimus cinctum, & poſt Loca Pu-*
„ *blica, & Ianuas Primas Eccleſiæ,*
„ *quicquid fuerit interiacens, Siue*
„ *In CELLVLIS, Siue In DO-*
„ *MIBVS, HORTVLIS, BAL-*
„ *NEIS, atque PORTICIBVS,*
„ *Confugas interioris Templi vice*
„ *tueatur. Nec in extrahendos eos*
„ *conetur quiſquam ſacrilegas ma-*
„ *nus immittere, ne qui hoc auſus*
„ *ſit, cum diſcrimen ſuum videat,*
„ *ad expetendam opem ipſi quoque*
„ *confugiant.*

reliqua verba huius Textus, quæ poſt hæc ſequuntur, legi poſſunt infra, §. ſequen. *in Verſic. Quare ſi quis. ſub num.* 12.

Hinc ergo procedit illa Conſuetudo, qua præſens Immunitas dicitur fuiſſe coarctata, vt non extendatur amplius ad hos prædictos Paſſus: nõ autem vt dixit Clarus, ob ingentem Eccleſiarum numerum: quia cum omnes Clerici diſperſim habitent; & quilibet per ſe viuat: ac etiam omnes Eccleſiæ ſecus profanas conſtructæ
18 ſint domus: ideo ceſſarunt † illa iura; & per conſequens omnia, quæ ex illis ſequuntur: *pro quo faciunt tradita per Iaſo. in l. Plerique. num.* 8. *& 11. ff. de In ius voc. vbi in num. 16. de hac eadem re loquitur; Sed vide inf. §. IX. nu.* 2. *& 3.*

Sed licet hodie ſublata ſit, vt ita dicam, hæc Immunitas per illos Paſ-
19 ſus, non tamen † erit ſublata quoad Porticum ipſiuſmet Eccleſiæ, *cap. Si quis contumax. d. 17. quæſt. 4. Abb. in cap. Eccleſiæ. num.* 10. *circa med. inf.*
20 *eo. & d. l. Pateant.* Idem † dicendum de Sacellis earumdem Eccleſiarum, *vt ſup. in Conſtitutione noſtra patet.*

21 Amplio † quoque ad prima ſcalarum limina ipſius Eccleſiæ, vel eius Portici, ſi ea fuerint: quia illa dicuntur Eccleſiæ partes, *tex. in d. l. Pateãt.* ibi;

„ *Sed vſque ad extremas fores Ec-*
„ *cleſiæ.*

Pro quo faciunt iura in l. Continen-

tes,

tes.§.1. in l. 2. in princ. in l. Alphenus. in l. Ædificia. in l. Qui in cōtinētibus. & in l. Mille paſſus. ff. de Verbor. ſignif. Et in ſpecie tenet *Angel. de Maleſic. verbo, Quod fama publica. num. 59. quod incip. Quarto quæro an vbilibet liceat. Accedant ea, quæ tradit Couarr. d. cap. 20. num. 18. in princ. & Nauar. d. cap. 25. eod. num. 18. circa med. ibi; (Graduum) Quamplures alios, citra hos, refert Farin. d. quæſt. 28. nu.* 14. Et Decianus *d. lib. 6. cap. 25. nu.*
22 17. plus dicit, quod ſi quis † manu tangat locum, ex quo prouenit hæc Immunitas, licet totum corpus ſit extra illum locum, attamē tutus erit,
23 dans rationem: quia anima † eſt tota in toto, & tota in qualibet parte totius: *Io. Ign. in princ. l. 1. d. num. 58. ff. Ad Syllan.* Et ita ſeruatum fuit tēpore eiuſdem Deciani; Imo & ipſe dum erat Aſſeſſor idem obſeruauit. Quicquid autem dixerit Farinat. *ſup. num. 12.* non facit ad rem noſtram: quia, ſecundum hæc ſupra relata, omnino ceſſat. Alia Ampliatio habetur infra, *d. §. IX. num. penult. & vlt.* Sed aliqua ſuper his videri poſſunt apud Decian. *d. lib. 6. cap. 28.*

24 Quomodo † autem huiuſmodi Paſſus capiantur, quiue ſint, refert Couarr. *d. cap. vlt. num. 5.* ex Alciat. *in lib. de Quinque pedum præſcriptione. & in d. l. Mille paſſus. ff. de Verb. ſign.* Sed quia his temporibus amplius nō ſunt in vſu, rationibus ſupra relatis; ideo dicere omittam: Si vis autem illos ſcire, conſule Alciatum *lo. cit.* Et hæc ſufficiant quod ad hos Paſſus. At quoniam euenire ſolet aliquando, quod intra hoſmet Paſſus, ſeu melius intra ſupradicta loca Cœmiteria reperiantur, quæ vicem Eccleſiæ gerūt; Ideo de illis in ſequenti Quæſtione dicendum eſt.

SVMMARIA.

1 *Textus in c. Si quis in Atrio. 17. quæſt. 4. declaratur.*
2 *Atrium quid ſignificet in iure noſtro?*
3 *Cœmiterium quid eſt:*
Et vnde dicitur? num. 4. & 8.
Cur fuerint introducta Cœmiteria? num. 9.
Apud Gentiles an fuerint? num. 10.
Pariter ambulant cum Eccleſijs, nu. 15.
Loco Eccleſiarum priſcis tēporibus conſtituta, num. 16.
Extra populorum habitationem cōſtructa, num. 18.
Perpetrās crimina in eis Sacrilegus eſt, num. 26.
Delinquentes ad ea fugiendo an ſint ſecuri, ſi abfuerint, vel ſeparata ſint ab Eccleſijs? num. 28.
Si fuerint Eccleſijs connexa interdicto ſupponuntur, vel polluuntur ſi Eccleſiæ fuerint interdictæ, vel pollutæ, num. 29.
Locus, ſeu fundus prope Eccleſiam quando Cœmiterium præſumatur? num. 30.
In dubio non præſumitur, num. 31.
Stabitur tamen coniecturis, vt in num. 32.
Quomodo conſtrui, conſeruarique debent ſecundum Conſtitutiones Synodales Domini Cæſaris Marulli, olim Archiepiſcopi Panormitæ? num. 33.
5 *Fideles cum moriuntur, ſalui indicantur.*
Sancti vocati, num. 7.
6 *Salui dormire dicuntur.*
9 *Sepeliri priſcis temporibus in Eccleſijs an omnes poterant?*
11 *Delicta committens in alijs Religioſis Locis, præter Eccleſiam, vel Cœmiterium, an ad hanc Immunitatem admittatur?*
Modera prout infra, num. 12. in fi. & num. 14.
Quid ſi in Oſtio eorundem deliquerit? num.

num.20.

12 *Loca præter Eccleſias, vel Cœmiteria in quandam conſequentiam reos Delinquentes liberant.*

13 *Moniales clauſuram exeuntes quam incurrant pœnam? & ibi limita.*

14 *Delinquentes regulariter vbi puniendi?*

17 *Conſtantino Magno Imperium regente multæ ſunt Eccleſiæ conſtructæ.*

19 *Odia reſtringenda.*

20 *Dictio, ſeu melius præpoſitio, IN, iuncta cum ablatiuo caſu quomodo capiatur?*

Et quid importet? num.22.

Iuncta cum accuſatiuo caſu pro, Vſque, ſumitur, num.23.

24 *Textus in cap. Præcipiendum. §. Prohibendum eſt. 13. quæſt. 2. in verbo, Exhedris, declaratur, vna cum Gloſ. ibi poſita.*

25 *Clauſtra Monachorum violans quando ſacrilegium committat, & Immunitate priuetur?*

26 *Sacrilegium committit, qui in Cœmiterijs deliquerit.*

27 *Graffij lapſus in prima parte Deciſſ. aur. caſſ. conſc. lib.2. cap.47. nu.7. in fi.*

29 *Interdicta Eccleſia, ſeu polluta, eius quoque Cœmiterium contiguum erit interdictum, ac pollutum.*

§. VII.

1 TEXTVS † in Capitulo Si quis in Atrio. 17. quæſt. 4. in hac præſenti Quæſtione perpendendus eſt, cuius deciſio pertinebit ad ea, quæ infra *Cap. ſeq. §. III.* dicenda ſunt: Vnde cognitis his, quę hic dicentur, facilius cognoſcentur ea, quæ ibi traduntur. Sciendum itaque in primis eſt, quod
2 Atrium † hoc in loco idem ſignificat, quod Cœmiterium, ita exponit Glo. in cap. Nullam. 12. quæſt. 1. & facit optimus textus in c. Præcipiendum. §. prohibendum eſt, 13. quæſt. 2. ibi;

» *Vt in Eccleſia nullatenus ſepeliantur, ſed in Atrio, aut in Porticu: &c.*

3 Sed Cœmiterium † eſt locus vbi cadauera Fidelium conduntur; ergo Atrium, & Cœmiterium idem ſunt. Dixi, Fidelium, quia niſi fideles eo loci ſepeliantur, non poterit Cœmi-
4 terium vocari: eo quod hoc † nomen, Cœmiterium, deſumptum eſt a verbo Græco, κοιμῶ, id eſt, Sopio, vel melius a verbo, κοιμάομαι, hoc eſt, Dormio: vnde, κοιμητήριον, Dormitorium ſignificat:
5 Fideles † enim cum moriuntur, ſalui iudicantur, alias non poſſent in locis ſacris ſepeliri: vnde ſi ſunt ſalui, dormire dicuntur, iuxta verbum Domini Ieſu Chriſti, qui dum de Lazaro cum Apoſtolis ſanctis ſuis loqueretur, dixit:

» *Lazarus amicus noſter Dormit,*
» *ſed vado, vt a ſomno excitem eum.*
» *Dixerunt ergo diſcipuli eius: Do-*
» *mine ſi dormit, ſaluus erit. Dixe-*
» *rat autem Ieſus de morte eius: illi*
» *autem putauerunt, quia de dormi-*
» *tione ſomni diceret. Tunc ergo Ie-*
» *ſus dixit eis manifeſte: Lazarus*
» *mortuus eſt.*

Ioan. cap. 11. poſt num. 11. Idem annuit Matth. cap. 27. num. 52. Sed Fideles † ſancti vocantur ab Apoſtolo, *ad Roma. cap. 16. num. 15. in fin. Item ad Epheſ. 1. in princ. & ad Philipp. cap. 4. in fi. Item in Act. Apoſt. cap. 9. num. 13. in fi.* Vnde idem Apoſt. Scribens ad Theſſalonicenſes, *vt legitur in Epiſt. 1. cap. 4. num. 13.* ait:

» *Nolumus vos ignorare, fratres, de*
» *Dormientibus, vt non contriſtemini,*
» *ſicut & cæteri, qui ſpem*
» *non habẽt; ſi enim credimus quod*
» *Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit:*
» *ita & Deus eos, qui dormierunt*
» *per Ieſum, adducet cum eo: &c.*

Hinc ergo rectiſſime factum eſt, vt, vbi Fideles ſepeliuntur, Cœmiterium appel-

appelletur, quaſi Dormitorium. Sed
8 Gloſſa † *in cap. Sacris in verbo, In Cœmiterio. ſup. de Sepulturis*. Cœmiterium dici vult a Cemen, Græce, quod eſt aurum, & Teron, quod eſt, Terra; Inde Cœmiterium, quaſi aurea terra: quia eſt cæteris prætioſior.

9 Fuerunt † autem introducta huiuſmodi Cęmiteria, quia priſcis temporibus extra Eccleſiā homines ſepeliebantur, *d. §. Prohibendum eſt.* nam in Eccleſijs niſi eſſent Epiſcopi, Abbates, ſiue alij digni præsbiteri, vel perſonæ in aliqua dignitate conſtitutæ, veluti Reges, Imperatores, & alij ſimiles non poterant ſepeliri: *ita Hoſt. in ſua Sūma, hoc tit. noſtro. §. In quantum. ſub num. 6.* quod hodie ſeruari videmus in aliquibus partibus, præſertim in Cathedralibus, vbi iſtius modi perſonæ tantum exceptæ ſepeliuntur: vt magnificentiſſime in hac Panormitana extant plura cadauera Imperatorum, Imperatricum, & Regum, iacentia in quibuſdam opulentiſſimis porphyreticis tumulis, dignis quidem viſu; pręter Cardinalium, Archiepiſcoporum, aliorumue dignorum Prælatorum, & præsbiterorum.

10 Hoc † etiam apud Gentiles factitatum legitur, prout refert d. Fr. Hieronym. Rom. *d. Repub. Gentil. lib. 3. cap. 3. poſt illa verba, quæ ſup. §. præced. retulimus, ſub verſic. Quod ſane. num. 5.* cuius quoque capitis verba hic referre volui, quæ ſunt tenoris ſequentis.

» *Dize mas el Philoſopho que es bien*
» *que delante del Templo aya plaça,*
» *que nos otros llamamos Ciminte-*
» *rio, adonde ſe acojan los que huye-*
» *ren alos Templos, porque aſſi lo*
» *entiende Sancto Thomas: y que en*
» *el no aya coſas de vender, ni de*
» *trato, mas que eſte muy limpio,*
» *porque aſſi no aya ruydo en el lu-*
» *gar dedicado a Dios.*

11 Quare ſi quis † extra hæc Loca, Eccleſiam.ſ.& Cœmiterium, aliquid perpetrauerit, non erit inde inuitus extrahendus: quod intellige cum eo moderamine, de quo ſtatim inferius dicemus: & ratio huiuſmodi eſt in
12 promptu: Quia illa Loca † Religioſa, prout ſunt Cellę, ſiue Domus Monachorum, Clauſtra, & alia ſimilia, quorum meminimus in hoc Capite, non ſunt principaliter Deo dicata, ſed in quandam conſequentiam pro habitatione illarum perſonarum, quę Diuino cultui inſeruire debent: vnde ſi non eſſet Eccleſia, cui inſeruiunt, nō daretur eis illa prærogatiua; quod colligitur ex ſupradictis *in §. præced.* Cœmiterium autem ſine Eccleſia eſſe poteſt, vt infra dicetur, & ſic perſemetipſum Reis indulget. Ratio autē cur hęc Immunitas in alijs locis, citra Eccleſiam, & Cœmiteria, ſuffragetur Delinquentibus, eſt, vt reuerentia debita eidem Eccleſiæ præſtetur, ne.ſ.in ea cubare, vel pernoctare liceat, aliaſque res neceſſarias peragere, cum in Domo Dei non deceat, niſi ſanctitudo, *vt habitum eſt ſup. in Initio præſ. Cap.* Hoc probatur in vtroque Iure, tum Pontificio, tum etiam Cæſareo: in iure Pontificio patent verba text. d. cap. Diffiniuit. *cuius verba. ſup. d. §. præced. ſub verſic. Hinc iure patet, num. 5. retulimus*; In iure Cæſareo habemus textum in d. l. Pateant. *in princ. C. eo. poſt illa verba, quæ itidem in d. §. præced. circa fi. ſub verſic. Sed quid dicendum. num. 16. tradita ſunt; vbi ſequitur textus* his verbis.

» *Hanc autem ſpatij latitudinem*
» *ideo indulgemus, ne in ipſo Dei*
» *Templo, & ſacroſanctis Altaribus*
» *confugientium quemquam mane,*
» *vel veſpere cubare, vel pernoctare*
» *liceat: ipſis hoc Clericis Religio-*
» *ſis cauſa vetantibus: ipſos qui con-*
fugi-

„ *fugiunt, pietatis ratione ſeruan-* „ *tibus; &c.*

Quod autem diximus de illis, qui in dictis Locis deliquerint, nō ita ſimpliciter intelligendum eſt, ſed cum aliquo moderamine, ne forte contrafiat diſpoſitioni d.cap. fi. *inf. eod.* vbi dicitur, quod in eo, in quo delinquit, quis puniri debeat. Hinc diceremus, quod ad hoc, vt quis poſſit hac Immunitate gaudere, debet, antequam capiatur, ad Eccleſiam, ſeu Cœmiterium cōfugere: & ex hoc facto eorum Immunitatem conſequi poterit, quāuis poſtea ad eadem Loca, vbi delictum fuit commiſſum, ſe contulerit: quia poſt ſuſceptam Immunitatem illorum Locorum, .ſ. Eccleſiæ, vel Cœmiterij (ne teneatur aliquo neceſſitudinis euētu, & debita iiſdem Locis reuerentia præſtetur) horum ſupradictorum iurium neceſſitate non poterit priuari illorum acceſſu; & hoc videtur voluiſſe Abb. *in præcit. c. Inter alia. num. 9. in princ.* Et Silueſter *in ſua Summa. verbo, Immunitas. quaſtione, ſeu.* §. 4. Item Io. de Viſch. *in tract. de Immun. Eccleſ. num.* 54. quem refert Decianus, *lib. 6. cap. 26. nu.* 11. de quo melius dicemus inf. *Cap. VI.* §. 2 *li.* & quomodo debet intelligi hoc Abbatis dictum, vel aliorum. Quod facit pro perſonis Religioſorum, &

13 præſertim Sanctimonialium, † quæ, præter aliquos caſus, veluti ex cauſa magni incēdij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, clauſuram egredi non poſſunt, ſub excommunicationis pœna, a qua, præter quam a Rom. Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolui nequeunt, *Nauar. in Manu. cap.* 27. *num.* 150. *verſ. Sexageſimaquinta.* ex Conſtit. Pij. V. quam refert ad verbum præd. de Quaranta. *ſub tit. Monaſteria Monialium. verſic. Pius Epiſcopus, &c. incip. Decori, & honeſtati. fol. mihi.* 346. Et d. de Matthæi *in lib.* 7. *Decret. lib.* 3. *tit.* 18. *de Monialibus. cap.* 3. Hæ, inquam, perſonæ cum non poſſint hac Immunitate priuari, *vt ſup. Cap. proximo.* §. *I. diximus.* Si delinquerēt intra illa Loca, & confugerent ad Eccleſias, vel Cœmiteria, hanc eandem, ſicut & reliqui, conſequentur Immunitatem; & pro huiuſce rei corroboratione adduco dictū Deciani *in d. lib. 6. cap. 26. num. 13. in fi.* cuius mentionem faciemus infra *Cap. ſeq.* §. *VI. verſic. Decima ſexta præſumptio. num.* 120. ſed in hoc caſu licet Rei capti, ſi ad dicta Loca non aufugerint, puniri debeant: non tamen poterit Iudex laicus ſe interponere; duplici ratione: Primo, quia ratione delicti Delinquens ſortitur forum Eccleſiaſticum, *vt diximus ſup. d. Cap. præced.* §. *II. num.* 2. & fa-

14 cit illud, quod Reus † regulariter ibi eſt accuſandus, & puniendus, vbi crimen commiſſum eſt, *text. in cap.* 1. *inf. de Raptoribus. & text. in cap. Paulum.* §. *re vera.* 2. *quaſt.* 3. *Itē,* 3. *quaſt.* 6. *in princ. cum cap. ſeq. vbi optima Gloſ. & in cap. vlt. & quaſt. 9. cap. Nec extra. text. in cap. Placuit. & in cap. vlt. 6. quaſt.* 3. *Item eſt text. in l. Solent. ff. de Cuſtodia, & exhib. reo. l. Deſertorem, in princ. ff. de Re milit. l.* 1. *C. vbi de crimin. agi oporteat. l. Si cui.* §. *idem Imper.* §. *fi. ff. de Accuſat. l. Si dum in tuo. C. Ad l. Iul. de adult. & l. Capitaliū.* §. *Famoſos. ff. de Pænis.* Secūdo quia ſi Reus exire noluerit a dictis Locis, nō poterit capi, aut carceri mancipari a Iudice temporali: quia in his Locis nullam partem habet, ſed ad ſolos Epiſcopos extractio, & captura pertinet, *vt habetur in hac Conſtit.* quare niſi fuerit crimen, quo debet Reus Curiæ tradi ſeculari, vt ſunt ea, quæ a nobis infra ſunt excepta, Epiſcopus nullo modo Reum poterit ab Eccleſiaſtica Tutela expellere, vt capiatur ab eadē Curia temporali

porali. Vndedum dicit noſtrá Conſtitutio, quod Qui in ipſis Eccleſijs, earumue Cœmiterijs,&c. intelligitur pro punitione, quæ pertinet ad ſecularem Curiam: quia tūc omnino tradendi ſunt ſimiles. Delinquentes d. Curiæ, vt debita pœna iuxta legitimas ſanctiones impoſita puniantur. ſecus autem in alijs caſibus: quia non ſequitur, quod ſi non traduntur ſeculari Curiæ, ergo omnino non debent puniri: Nam citra ſanguinis pœnam, puto (vt melius in ſequentibus Quæſtionibus, ſeu caſibus per totum Lib. apparebit) puniri poterunt,& debent; vide tamen ſpecifice infra d. Cap. ſeq. §. *III.* vbi pleniorem materiam habebis ſuper hac re. Sed in his me ſaniori iudicio remitto.

Dixi quod fugiens ad Cœmiterium
15 ſecurus erit: quia huiuſmodi † Cœmiteria pari paſſu ambulant,& eiuſdem iuris ſunt, cuius ipſemet Eccleſiæ; qđ patet ex eo, quod dicitur in ſacris Canonibus, tam antiquis, quam nouis: Nam ſi quis intra huiuſmodi Cœmiteria deliquerit, ita priuandus eſt Immunitate, quemadmodum ſi deliquiſſet in Eccleſia *per text. in cap. ſi. inf. eo. & habetur inf. Cap. ſeq.* §. 3. Cœmiteria enim benedicuntur,& perpetuo Deo conſecrantur, ac in eis, tanquam in Eccleſijs, celebratur.

16 Imo etiam priſcis † temporibus ipſamet Cœmiteria loco Eccleſiarum erant conſtituta: Nam Romæ loca, in quibus Papa,& alij Sacerdotes cõgregabantur vna cum populo, erant Cœmiteria, vbi martyrum cadauera quieſcebant: ibi celebrabant: ibi prædicabant: ibique concilia, congregationes, ordinationes,& alia huiuſmodi, in Eccleſijs fieri ſolita noſtris temporibus, faciebant: quod vſque ad Conſtantinum Magnum perdurauit:
17 nam regente † Imperium Conſtantino, per vniuerſum terrarum orbem plurimæ Eccleſiæ fuerunt inædificatæ, prout refert Fr. Hieronym. Rom. *d. par. 1. de las Republicas. lib. 4. cap. 1. de la Repub. Chriſt. ſub verſic. En Roma. &c. fol.* 213. Sed de his Cœmiterijs alibi diffuſe tractat *in d. lib. 4. Cap. 4. ſeq.* vbi quorundam illuſtrium mentionem facit, quæ ibi legi poterunt: Sed inter alia, quæ refert,
18 ait, quod huiuſmodi Cœmiteria † erant conſtructa extra populi habitationem: Eccleſiæ vero in locis inhabitatis; poſtmodum introductum fuit, vt ipſis Eccleſijs Cœmiteria coniungerentur. *Hæc habentur in verſic. Algunos han dicho. fol.* 219. *col.* 3. *in princ.* De his,& alijs ſimilibus legito eundem Fr. Hieronym. *lo. cit.* quia ſatis videntur hæc in loco iſto. Nec dicendum eſt, quod Conſtit. noſtra non loquatur de huiuſmodi Cœmiterijs (vti Ambroſinus *ſuper eadem, cap. 10. num. 5.* ſenſiſſe videtur, dum inquit: quod non ſolum Eccleſia,& Loca ſacra in Bulla expreſſa habent hanc præeminētiam, ne confugiens, &c. Sed & Cœmiterium,&c.) Quia, vltra prædicta, de eo, qui deliquerit in Eccleſijs, earumue Cœmiterijs,&c. vbi expreſſe de eis fit mentio: idem colligitur ex alijs verbis eiuſdem Cõſtitutionis, quorum ſup. in Initio præſentis Cap. meminimus, dum tractat de Locis ſacris, aut Religioſis: Nam inter illa ſatis videntur comprehenſa ipſamet Cœmiteria, cum ex prædictis pateat, ipſa quoq. inter ſacra Loca annumerari.

Hinc ergo male ſenſerunt illi, qui voluerunt, quod Delinquentes prope Eccleſiam, etiam ſi poſtea ad eandem confugiant, non debeant eius Immunitate gaudere: quia ſi quis citra Caſus ſupradictos, quoquomodo deliquerit, non eſt hac Immunitate priuandus. Nec facit ad rem illa ratio, quam tradunt, dicentes: quod

huiuſmodi Delinquentes videntur
deliquiſſe ſub ſpe Immunitatis, quia
19 verba † legis ſunt odioſa, ideo reſtri-
genda, *c. Odia. de Reg. iur. in 6. & l.*
Interpretatione. ff. de Pœn. cum ſimili-
bus. Et de hoc melius dicemus infra;
Cap. ſeq. d. §. III. in princ. Vnde cum
per ſacros Canones ij tantum ſint ex-
cepti, qui in Eccleſijs, vel in Cœmi-
terijs deliquerint; ergo reliqui, præ- 21
ter alios caſus exceptos, debent ad-
20 mitti. Nam dictio, † ſeu melius illa
præpoſitio præd. IN, iuncta cum ab-
latiuo caſu eandem vim habet, quã,
Intra; quare non ſufficit, quod in O-
ſtio Eccleſiæ, vel Cœmiterij quis de-
linquat; quia ſicut Eccleſia non pol-
luitur *Graff. d. par. 1. Deciſſ. aur. lib.*
2. cap. 47. num. 9. poſt Nauar. in Ma-
nu. cap. 27. num. 251. alias num. 256.
Ita quoque nec priuari debet hac Im-
munitate; ſed iuris neceſſitate intra
Eccleſiam, vel Cœmiteria crimen
perpetrandum eſt; & in his terminis
fuit quondam deciſum in hoc regno,
vt refert Dominus de Maſtril. *in ſuis*
Deciſ. 22. Nam neq. in † iſto caſu re-
conciliada erit Eccleſia, quia crimen
non poteſt dici commiſſum intra
eam, ſi in ei⁹ Oſtio fuit perpetratum;
per ea, quæ tradit Gloſ. in cap. vnico. de
Conſecr. Eccleſiæ. lib. 6. & latius poſt
eandem Gloſ. Nauar. in d. Manu. Cap.
22 *27. d. num. 256.* & de hac † dictione,
IN, late tractat Tiraq. *de Retrac. lib.*
1. §. 1. Glo. 11. nu. 74. cum aliqq. ſeqq.
& videri quoque poteſt Menoch. *de*
Arbitr. Iud. Caſu 495. toto. Aliter di-
23 cerem, ſi prædicta præpoſitio, † IN,
cum accuſatiuo caſu iungeretur, quia
forte poſſet habere locum, quod tra-
dunt doctores de eo, qui prope Ec-
cleſiam deliquerit, vt ſunt relati per
Menoch. *lib. 5. Præſump. 10.* & alios,
de quibus inf. *Cap. ſeq. d. §. III.* Nã
tunc idem ſignificat quod, Vſque,
idem Tiraq. d. num. 74. in fi. Quapro-
pter aduertant Delinquentes, ſi quan-
do eis ſimile contigerit, ne velint inde
exire: ſed ſi in Oſtio Eccleſiæ, vel Cœ-
miterij occiderint, vel vulnerauerint
vſque ad ſanguinis effuſionem, *vt d.*
§. III. plene dicemus, ſtatim intra
Eccleſiam, ſeu Cœmiterium ſe reci-
piant, & ſic illorum Immunitatem
conſequentur. Sin autem ſtatim in
loco patrati criminis, hoc eſt, in Oſtio
capiantur, quod puto nunquam acci-
dere poſſe, cum Delinquentes capi
nequeant ſine expreſſa licentia Epi-
ſcopi, & cum interuentu perſonæ Ec-
cleſiaſticæ, ab eo auctoritatem haben-
tis, *vt inf. Cap. VI. plenius, fuſiuſque*
dicemus. ab eodem Epiſcopo punien-
tur, ſicuti diximus ſupra de eis, qui in
alijs Locis deliquerint Religioſis; ſed
hoc accidere poteſt, vt, antequam ad
Eccleſiam, vel Cœmiterium fugiant,
non poſſent Delinquentes ingredi,
puta ſi illorum Oſtia eſſent clauſa.
Vnde iuxta Epiſcopi arbitrium, ſe-
cundum criminis qualitatem, pœna
metienda erit: quæ omnia abſque eo,
quod diximus ex Deciano, proban-
tur in d. c. Quiſquis. & in aliqq. iu-
ribus præcedentibus, & ſeqq. poſt d.
c. Quiſquis. 17. quæſt. 4.

Concludendum igitur, quod ij
tãtum ſunt hac Immunitate priuan-
di, Curiæue ſeculari tradendi, qui in-
tra Eccleſias, vel Cœmiteria crimina
perpetrauerint. Nec obſtabit illa de-
ciſio, de quâ loquitur Farin. *d. quæſt.*
28. in nouis impreſſis, num. 56. quia
debet intelligi iuxta eiuſdem caſus
contingentiam, & criminis qualita-
tem. vt ſuo loco, *in d. §. III. Cap.*
ſeq. melius videbitur.

Non obſtat d. c. Præcipiendum.
24 † §. *prohibendum eſt. 13. quæſt. 2. in*
verbo, Exhedris. vbi Gloſ. dicit quod
Exhedræ dicuntur quædam voltæ,
quæ exterius adhærẽt parietibus Ec-
cleſiæ; quas Exhedras Apoſtilla ad
ean-

eandem Gloſ. ex Budæo *in Annott. prioribus ad l. Si vero. ff. de Iis, qui deiecer.* dicit, hodie eſſe Loca, quæ in periſtyllis Canonicorum, aut Monachorum ſunt. i. Clauſtris, quæ vulgo Capitula dicuntur: in quo textu præcipitur, corpora prædictis in locis humari debere; ergo ſequeretur dicendum, quod vicem † Cœmiteriorum
25 obtinent Monachorum Clauſtra, ſeu Capitula ſupradicta: vnde Delinquẽs in dictis locis non deberet hac Immunitate gaudere; Sed huic quæſtioni, quæ parui eſt momenti, reſponderem cum eodem textu: quia ſi in huiuſmodi locis mortui ſepeliri ſolent, vt extat hic Panormi in quibuſdam Monaſterijs virorum, ſeu Conuentibus, vt in illo S. Dominici. S. Mariæ de Monte Carmelo: S. Franciſci, & alijs, vbi non ſolum Cadauera collocantur, verum, & Diuina celebrantur; tunc, & eo caſu Delinquentes priuãdi ſunt huiuſmodi Priuilegio: quia dd. loca polluuntur, ſicut & ipſamet Cœmiteria, & Delin-
26 quentes † ibi Sacrilegium committunt contra eundem locum: alias ſecus erit: Et ita ſe habent relata per Nauar. *d. Manua. cap. 16. num. 3. verſ. Interrogatus autem.* qui tractans de diuerſis ſacrilegij ſpeciebus, dicit, in materia ſacrilegij commiſſi reſpectu loci, quod peccatum carnis commiſſum in Monaſterio, ſeu Dormitorio Riligioſorum nõ dicitur ſacrilegium, ſicuti quando in Eccleſia, vel Cœmi-
27 terio perpetratum eſſet: quamuis † & male quoad Cœmiterium ſibi parum cõſtans dixerit Graff. *d. par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſ. lib. 2. cap. 47. num. 7. in fi.* licet ſtatim poſtea *nu. 17. d. cap. in fi.* aliter ſenſerit, & allegat Nauar. *d. Manu. cap. 17. num. 91. in fin.* quem in præſenti caſu haud legiſſe puto, ſed aliunde illud ſumpſiſſe; cum Nauar. eo loci, vbi ab eo citatur, nullam faciat huiuſmodi ſacrilegiorum mentionem; *Vnde potius dicerem, quod voluerit allegare Nauar. in eodem loco à nobis ſup. cit.* De his Exhedris loquitur d. Fr. Hierony. Rom. *par. 1. de las Republ. in Rep. Hebr. lib. 1. cap. 7. ſub verſic. Quanto alo primero. circa med. fol. 13. col. 4.* Ac etiam *in ſeq. verſ.* de Atrijs tractat.

Quapropter quoad Sacrilegiorum ſpeciem diſtinguendum eſt cum Azor, *par. 1. Inſtit. mor. lib. 9. cap. 27. longe poſt princ. in verſic. Quinto quæritur.* qui ait:

„ *Monaſterium, in quo habitant Regulares: aut communem locum, in quo ſomnum capiũt, quod Dormitorium appellant; agros item, prædia, & domos, quas poſſidere, & locare ad habitandum Eccleſiæ ſolent, non haberi Loca ſacra in omnibus, quoniam ſi in huiuſmodi locis ſemen humanum ex propoſito emittat quis, aut cum fœmina rem habeat, non committit Sacrilegium, quo Locus ſacer pollutus, & violatus reputetur: indicantur tamen Loca ſacra, quatenus in alijs multis Immunitate, & Libertate Eccleſiaſtica gaudent, &c.*

Huc ſpectant quæ habetur inf. *d. Cap. ſeq.* §. *III.*

28 Redeo ergo ad Cœmiteria, † & firme concludo, quod fugiẽs ad ea, quæ parietibus circundantur, penitus, ac omni dubitatione remota ſecurus erit, ſiue illa diſtent ab Eccleſijs, ſiue non: quod patet in Rubrica huius tituli, quæ inſcribitur (vti diximus) De IMMVNITATE Eccleſiarum, Cœmiterij, &c. Et probatur in ſequentibus: nam nulla iuris neceſſitas arctat, vt huiuſmodi Cœmiteria debeant Eccleſijs coniungi, ſed poterunt eſſe diſcontinua, vel ſeiuncta, *c. Si ciuitas. in fi. de Sent. excom. lib. 6. Item, c. vnico. de Conſecr. Eccleſ. ſ. d. lib.*

lib.6. Vnde ſi alibi forte ſcriptum ad-
29 inuenies, quod interdicta † Eccleſia, ſit, vel cenſeatur interdictum eius Cœmiterium; illud quidem intelligitur pro Cœmiterio annexo, ſiue contiguo eidem Eccleſiæ, *d. cap. Si ciuitas.* quod intellige etiam quando fuerit polluta ſanguinis, vel ſeminis effuſione. *d. c. Vnico de Conſecr. Eccleſ. in 6.* Secus autem ſi fuerit ſeiunctum ab Eccleſia, quod poteſt eſſe, *d. c. vnico. & ibi optime Gloſ. & alijs iuribus ſup. allegatis.* Et ita intelligi debet quod tradit Menoch. i ſuo tract. de Arbitr. Iud. *quæſt. 95. num. 4. & num. 10. ſeq.* Quando vero Eccleſiæ erit contiguũ, vel coniunctum, eo interdicto, non erit interdicta Eccleſia, *vt patet in iuribus præallegatis, & tradit Gloſ. in cap. Si ciui. verbo, Cœmiterium de Sent. excomm. d. l. 6. & Abb. in c. Cum Eccleſia ſutrina verſic. Ad quod etiam. inf. eo. & vndique alij.*

Hæc ſint dicta pro Cœmiterijs parietibus cincta: Sed quid dicendum de illis quæ fuerint nuda, & dubitatur de locis, ſeu fundis, an fuerint Cœmiteria, nec ne? Et in hoc caſu reſpondetur cum Menoch. *lib. 6. Præſumpt. 72. nu. 15. cum ſeqq. vſq. in fi.* qui aliquos caſus recenſet diſtinguendo, quos hic breuiter referam.

30 Primus † Caſus eſt, quando clare conſtat locum, fundumue illum fuiſſe pro Cœmiterio ſolemniter benedictum ab Epiſcopo: in hoc caſu nulla eſt dubitatio, quod illuc aufugiens ſecurus eſſe debet, cum reuera pro Cœmiterio habeatur, *cap. Nemo. de Conſecrat. diſt. 1.* & alijs per Menoch. ibi allegatis, quorum auctoritas parũm ſit a nobis, cum procul dubio ita ſit de iure.

Secundus Caſus eſt, quando conſtat, illum locum non fuiſſe pro Cœmiterio benedictum: & tunc ſecus erit dicendum.

31 Tertius † eſt Caſus, quando ſumus in dubio, an locus ille fuerit pro Cœmiterio benedictus, vel ne: & tunc, quia benedictio eſt quid facti, nõ præſumitur, niſi probetur.

Diſtinguit tamen in præſenti caſu tribus coniecturis, quæ diſtinctio non parum mihi ſatisfacit, & ideo ab eius dictis non auderem recedere.

32 Prima eſt † Coniectura, quando locus ille, ſeu fundus eſt circumcirca ipſammet Eccleſiam, & in Maiori Eccleſia non excedit quadraginta paſſus, in Minori vero triginta: in hoc ſane caſu locum illum præſumi, ait, Cœmiterium Eccleſiæ: *allegat ibi infinitum Doctorum numerum.* Tu autem diſtingue hanc Cõiecturam cum præcedentibus, quæ dicta ſunt de his quadraginta, vel triginta Paſſibus.

Secunda Coniectura eſt, quando Eccleſia eſt antiqua, & locus apud ipſam Eccleſiam habitus, & reputatus eſt pro Eccleſiæ Cœmiterio: *hoc dicit in num. 21. vbi allegat Zabarel. in Clem. 1. de Sepult. ſequitur poſtea num. ſeq. 22.*

Tertia Coniectura eſt, quando in loco, ſeu fundo circum ipſam Eccleſiam reperta eſt ingens quantitas Cadauerum: ex hoc. n. præſumitur, quod is locus ſit Eccleſiæ Cœmiterium: & rationem eſſe, ait: quia ſicut prohibitum eſt recondi cadauera fidelium in loco profano, ita etiam in loco ſacro, vt in Eccleſia, vel Cœmiterio, vbi nõ poſſunt Iudæi, vel alij infideles ſepeliri: Vnde dicit, quod quoties in aliquo loco ante Eccleſiam reperiuntur plura cadauera fidelium, prædictus locus præſumendus eſt Cœmiterium: ſin autem vnum, aut duo corpora reperiuntur, Coniectura non procedit: quia poſſet dici fortuito caſu eo loci ſepulta fuiſſe. Concludit tandem ex Maſcardo *de Probat. concluſ. 289. nu. 4.* quod Cœmiterium non præſumitur

tur ex eo, quod aliquæ oſſa, vel cadauera alibi reporta ſunt.

Ego tamen ad euitandas controuerſias ſuper dictis locis: (quia difficile erit omnia hæc probari, eò quod oporteret vbique locorum prope, vel ante ipſas Eccleſias illam loci, ſeu fundi partem effodi) hoc trado conſi-
33 lium: Vt velint † omnes Eccleſiarum Prælati huiuſmodi loca pro Cœmiterijs deputata reuerenter fieri custodiri, & ibi ſignum aliquod indubitatum ponere, ad differentiã cæterorum profanorum locorum: ſicuti Recolendæ memoriæ præd. D. Cæſar Marullus, euigilantiſſimus in rebus ſuæ Eccleſiæ, in ſuis Synodalibus Conſtitutionibus decreuit, *quarum meminimus ſup. §. præced. num. 7.* Qui in 3. *par. cap. 12. rub. de Sepulturis, & Cœmiterijs cuſtodiendis*, plura diſertiſſimè ſuper his conſtituit, quæ ſi quis cuſtodiret, nõ modica dignus eſſet laudatione: pro cuius rei maiori dilucidatione eiuſdem *capitis* verba huc transferre volui, quorum tenor huiuſmodi eſt.

,, *Honorificè condi, tumularique Fi-*
,, *delium corpora, & ſepulchris, iiſq;*
,, *magnificès operiri, Chriſtianæ Re-*
,, *ligionis, & pietatis eſt: ſed abſq;*
,, *Archiepiſcopi auctoritate, ſcripto*
,, *comprobata, in Templo locari, con-*
,, *ſtruive ne ferant, nec conſtruen-*
,, *dis, ac locandis loci poteſtas in Ec-*
,, *cleſia vllo modo fiat.*
,, *In Chorum, vel Cappellam maio-*
,, *rem, nec in alios Eccleſiæ locos al-*
,, *taribus propius admouenda; in*
,, *Eccleſia iam extructa a parietibus*
,, *prominentia marmorea, aut ænea*
,, *ſint: Conſtitutione Pij V. Pontif.*
,, *Eccleſiarum præfectis iubemus, vt*
,, *quæ hactenus ſublata non ſunt,*
,, *intra trium menſium ſpatium ab*
,, *hac Synodo promulgata inde om-*
,, *nino auferantur, nec alia in futu-*
,, *rum erigi, nec ſigna bellica in vlla*
,, *Eccleſiæ parte collocari, permit-*
,, *tant.*
,, *Quæ humi poſita ſunt, cum Eccle-*
,, *ſiarum pauimentis æquentur; at-*
,, *que opere fornicato, aut aliter, ita*
,, *aptentur, vt nullum fœtorẽ emitte-*
,, *re poſſint. Occiſorum corpora in ſe-*
,, *pulchris, vel Cœmiterijs condita à*
,, *criminalium iudiciorum miniſtris*
,, *nulla omnino de cauſa, vel in Lo-*
,, *cis ſacris inſpici permittant, ſed*
,, *ex illis alio inſpicienda transfe-*
,, *rantur.*
,, *Cœmiteria muro, vel aliàs tutè*
,, *vndique ſepiantur, ne beſtijs in-*
,, *greſſus pateat: in eorum medio*
,, *Crux ſit erecta firmiſſimè. Et*
,, *cum in eis ex antiquo Eccleſiæ ri-*
,, *tu cadauera ſepelienda ſint, mun-*
,, *da, & à quibuſuis impedimentis*
,, *vacua ſeruantur. Ex his vites, ar-*
,, *bores frugiferæ, & aliæ etiam in-*
,, *frugiferæ cuiuſuis generis; aut*
,, *arbuſta ſtirpeſue omnino conuel-*
,, *lantur, atque excidantur. Neue in*
,, *poſterum in his ſacris Locis quic-*
,, *quam cõſeratur, nec vero ſeratur.*
,, *Stabula item armentorum, & cu-*
,, *iuſuis generis animalium inde*
,, *procul ſint. In iiſdem ne ligna con-*
,, *gerantur; cæmentorum, lapidum-*
,, *ve aceruus, nec denique quicquam*
,, *loci illius decori, ac Religioni, San-*
,, *ctitatiue repugnans.*

Hactenus verba prædictæ Synodi, quibus in hac præſenti quæſtione cõcludere volui, quia quantum ad Cœmiteria pertinet ſatis, ſuperque mihi dictum videtur. Conſtitutionis autem Pij V. ſuperius allegatæ per d. Synodum, mentionem facit, eamque ad verbum refert Stephanus Quarãta *in d. Summa Bullarij, tit. Reuerentia Diuinorum.* Deueniamus ergo ad alia Loca Religioſa, vt ſunt Hoſpitalia, Epiſcoporũ Domus, & ſimilia.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Hoſpitalia num Delinquentes tueātur? Item.*

2 *Num quilibet erigere poſſit Hoſpitale?*

§. VIII.

VLTRA ea, quæ ſupradicta ſunt, quædam alia adhuc ſuperſunt Loca, ad quæ Delinquentes confugiendo ſecuri poſſunt eſſe, vt ſunt Hoſpitalia, Epiſcoporum, Cardinaliumue Domus, ſiue, vt aiunt, Palatia, & ſimilia. Quare in præſenti Quæſtione agēdum eſt de ipſis Hoſpitalibus: in ſequentibus vero de alijs Locis.

1 Quantum ad † Hoſpitalia ſpectat, communis affirmatiue regula traditur, quod ad illa fugientes, Immunes erunt: Hoc abſque controuerſia ab omnibus approbatur: videri tamen poteſt Feli. *in cap. De quarta. num.* 3. *ſup. de Reſcrip.* & Farin. *d. quæſt.* 28. *num.* 36. qui plures referunt doctores: & rationem affert Farin. quia omnia priuilegia Eccleſijs conceſſa, Hoſpitalibus competunt, & tranſlata ſunt, *per text. in l. Omnia. C. de Sacroſanc. Eccleſ.*

Sed licet regula ſit affirmatiua, videlicet, quod ad ea fugientes ſecuri erunt; quia tamen aliquando dubitari poſſet, de quibus Hoſpitalibus ſentiendum ſit, ob ſubſequētes rationes: Ideo in præſenti Quæſtione diſtinguendum duxi eodem modo, quo dixi de Oratorijs *ſup.* §. *IIII.* Nam ſi Hoſpitalia erunt ad vſum publicum deſtinata, vtique ad ea fugientes ſecuri eſſe debent: ſecus autem erit ſi fuerint priuata.

Publica vero Hoſpitalia ſunt ea, in quibus auctoritate Epiſcopi fuerit ædificatum altare ad celebrandum: bique ſit rector perpetuus, cui dos aſ- ſqua conſtituta ſit; is.n. Locus cum ſit Religioſus, conſequens eſt; vt eiuſdem ſit iuris, cuius ſunt cætera Religioſa Loca, *ita Fel. in d. cap. De quarta. num.* 11. *in fi. pro quo allego text. in cap. Ad hæc ſup. de Religioſis Domibus.*

Hoſpitalia autem priuata quia hodie poſſunt eſſe, ctas vero non: ſed ad libitum, & voluntatem dominorum, vt diximus de Oratorijs, poſſunt fieri cameræ, vel domus profanæ; ideo ad ea fugientes non debent hanc Immunitatem conſequi, quamuis auctoritate Epiſcopi fuerit ibi poſitum altare, *Fel. lo. cit. & Abb. in d. cap. Eccleſia. num. 7. inf. eod.* & vndique alij; quia ab hac ſententia nemo diſcedit.

In dubio tamen quando ignoratur, ſint ne publica, an priuata, reſp. Fel. *in d. cap. De quarta. num.* 12. *ſeq.* dicens, quod Hoſpitale præſumitur auctoritate Epiſcopi fundatum, quādo in eo ſæpe celebratur vocato populo per ſonum campanæ. Sed dominus Abb. *in d. num.* 7. quem refert, & ſequitur Couarr. *d. cap. vlt. num.* 4. *in fi.* ait; quod in hac dubitatione ſtandum eſt conſuetudini: quæ opinio mihi ſatis arridet. plura de his Hoſpitalibus refert Felin. *lo. cit. in ſeqq. numm.* qui inter alios, quos allegat, tradit auctoritatē Abb. *in ſuis quæſt. 3. incip. Sempronius.*

Sunt quoque nonnulla Hoſpitalia, quæ aliquando, licet ſint priuata, fieri tamen poſſunt Religioſa, ſiue Publica, quemadmodum ſunt illa, quæ aliquis dum viueret, erigeret:

2 nam cuilibet, † etiam priuato, permiſſum eſt Hoſpitalia erigere, & quandocunque ſibi placuerit ad profanos vſus conuertere: quæ ſi poſt eius mortem remanſerint, ita vt amplius redigi non poſſint ad hos profanos vſus, tunc vt publica habenda ſunt, *Abb. in cap. Ad hæc. nu. 4. ſup. de Relig. domib.*

Qua-

Quapropter Delinquentes ſi ad illa ſe conferent, ſecuri debent eſſe.

Vnicum adhuc inſurgere videtur dubium: diximus.n. quod huiuſmodi Hoſpitalia pariter ambulant cum Oratorijs: ſed ſup. quando de ipſis Oratorijs actum eſt, regula fuit ibi tradita negatiue, hoc eſt, quod regulariter Oratoria non tueantur Delinquentes; ergo idem dicendum eſſet de his Hoſpitalibus; Ratio nihilominus differentiæ ea eſſe videtur quia Oratoria quiſque facilius conſtruere poteſt, vt experientia docet: cum fere in cunctis domibus, magnatorum præſertim, eſſe ſoleant: Hoſpitalia vero difficilius eriguntur, cauſam relinquo Lectori conſiderãdam; & ideo cum eriguntur, ſemper regulariter ſolet Epiſcoporum auctoritas interuenire: quia, niſi aliqua magna ex deuotione, aut voto, non ſolent cõſtrui: Vnde qui talia agit, etiam poſt ſuam mortem, & in perpetuum ſolet relinquere. Si quis autem huic rationi nõ adhæret, integritate mentis ſuæ præſtet auxilium mihi, rogo: quia quomodocunque ſit, ſiue affirmatiue, ſiue negatiue regula tradatur, ſufficit diſtinctio tradita pro Vtriſque, hoc eſt, Oratorijs, & Hoſpitalibus, vt cognoſcant ad ea fugientes, quãdo ſaluari poſſint. Hactenus de huiuſmodi Hoſpitalibus: Deueniamus ergo ad Epiſcoporum, vel Cardinalium Palatia.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopatus, ſiue Epiſcopi Domus an ſemper indulgeat Reis hanc Immunitatem? & ibi aliquorum confutantur opiniones.*

Amplia, num. 4. & 13.

Limita, num. 5. 8. & 14.

2 *Ceſſante legis diſpoſitione, ceſſat lex.*

3 *Cauſa, & ſubſtantia vbi remanet eadem, licet varietur aliquod accidens, non variatur diſpoſitio.*

6 *Epiſcopus ſi a ſuis ciuibus occidatur, Sedes Epiſcopalis tollitur.*

Secum an habere poſſit mulieres? num. 11.

Et an poſſit principalem Cathedram relinquere, & alibi reſidere? num. 15.

Tenetur ſuam viſitare Diæceſim, n. 16.

Et Qua maior eſt quocumque principe ſeculari, num. 18.

Ab Eccleſia ſua, niſi magna ex cauſa, abeſſe nequit, num. 19.

Eccleſiam extra Diæceſim conſecrare, vel Clericos non ſubditos an ordinare poſſit? num. 20.

Ex commiſſione Papæ duabus præeſſe poteſt Eccleſijs, eligendo tamen habitationẽ in vna tantũ Dioceſi, nu. 21.

Columnæ Eccleſiæ Epiſcopi nuncupati, num. 23.

7 *Sede tranſlata, omnia eius iura transferuntur.*

9 *Cathedra non facit Sacerdotem.*

10 *Locus non ſanctificat hominem.*

12 *Conſuetudini generali contraueniens peccat.*

14 *Diæceſis tota regulariter ſpectat ad ipſius Epiſcopum.*

17 *Delinquentes latitantes in domo alicuius potentis an birroarijs liceat requirere?*

20 *Eccleſiam extra ſuam Diæceſim non poteſt Epiſcopus propria auctoritate conſecrare: vel Clericos ordinare: ſi tamen ſimilia fecerit, an ſint irrita?*

22 *Cardinalium Domus an liberent Reos? Item,*

Cardinales Eccleſiæ columnæ nuncupantur: & num. 23.

24 *Tecta Locorũ Religioſorum an inter eadem Loca Religioſa computentur, in quibus Delinquentes ſunt ſecuri?*

25 *Domus ſecundum Iuriſperitos ex quibus conſtet: & ex quibus ſecundum Dialecticos?*

§.IX.

§. IX.

1 REIECTIS † quibuſuis contrarijs opinionibus, reſolutiue dico, quod fugientes ad Palatium, ſiue Domum Epiſcopi, vel ibi reſidentes, inde euelli non poſſunt, Textus eſt clarus in cap. Id conſtituimus. 17. quæſt. 4. cuius verba pro maiori dilucidatione hic referre volui, quæ ſunt tenoris ſequentis.

» *Id conſtituimus obſeruandum eſ-*
» *ſe, quod Eccleſiaſtici Canones de-*
» *creuerunt, & Lex Romana conſti-*
» *tuit, vt ab Eccleſia Atrijs, vel*
» *DOMO EPISCOPI Reos*
» *abſtrahere omnino non liceat, &c.*

Qui Textus licet ſimpliciter loquatur, illum tamen controuertere aliqui ſunt conati: Et primo referam opinionem Hugonis, qui voluit, vt in Domo, ſeu Palatio Epiſcopi debeat eſſe aliqua Capella, quam opin. refert Abb. in d. cap. Eccleſiæ. *num. 9. inf. eo.* Quidam referunt, ac tenent, quod prędicta Domus ſita eſſe debeat intra quadraginta paſſus ab Eccleſia maiori, ad hoc, vt Delinquentes gaudere poſſint: quod etiam ibidem tradit Abb. & mouentur ea ratione: quia Palatiũ Epiſcopi non debet abeſſe ab Eccleſia maiori vltra prædictos quadraginta paſſus, prout traditur in Gloſ. d. cap. Id conſtituimus. *verbo vel, domo.* quæ mouetur per tex. in c. Epiſcopus. *Diſt. 41.* & habetur in c. Epiſcopus. de Conſecr. diſt. 3. quam opinionem ex Oldrad. *Conſ. 55. alias* 54. ſecutum fuiſſe Praxem Forenſem omnium conſenſu, refert Couar. *d. §. vlt. nu. 5. verſic. vlt.* & ſequitur Clar. *d. quæſt. 30. verſ. Scias etiam.* quaſdam etiam referens opiniones. Tertia vero opinio fuit Illuſtriſſimi Cardin. Hoſt. qui abſque tot diſtinctionibus primam (nempe iuxta verba textus in d. cap. Id conſtituimus.) ſimpliciter tenuit; & hanc etiam ſubſtinet Dominus Abb. *in d. num. 9.* eadem ratione motus: quia ille textus indiſtincte loquitur. Vnde cum ſimus in caſu fauorabili, non debet reſtringi, ſed potius ampliari, *prout diximus ſup. §. VII.* Sed huiuſce rei illa vera ratio eſt: quia priſcis temporibus, quando illa iura fuerunt promulgata, Clerici ſimul habitabant vna cum ipſomet Epiſcopo, *vt diximus ſup. §. VI.* & ideo in illis Iuribus ex aduerſo traditis præcipitur, quod Domus Epiſcopi non debet abeſſe ab Eccleſia maiori: ſed quia noſtris temporibus clerici diſperſim habitant, quiſque per ſeipſum; ideo nihil refert, an Domus Epiſcopi abſit ab ipſa Eccleſia: & hoc tenet etiam præd. Gloſ. *d. cap. Id conſtituimus.* quam opinionem communem eſſe refert Couar. *d. Cap. 20. lib. 2. Var. Reſol. num. 5. verſic. Quinto infertur.* quem ſecutus eſt Illuſtriſſ. Tuſcus *in ſuis Practi. Concluſſ. lit. E. Concluſ. 10. num. 8.* eandem tenet Genuenſis *in Praxi Archiep. Cap. 22. nu. 10.* de quo infra. Emanuel Sà *in dd. Aphoriſſ. Confeſſ. verbo, Eccleſiæ ac Immunitas: in princ.* Nauar. *d. Manu. cap. 25. num. 18. ex præcit. tex. cap. Id conſtituimus.* quam etiam communem dicit: idemque refert Farinac. *d. quæſt. 28. num. 38.* dicens ab hac non eſſe recedendum. Sed licet aliter poſtmodum in ſecunda editione dd. quæſtionum videatur tenere poſt. Decianum, quem antea nondum legerat: nihilominus ſecundum ſuperius relata, & inferius proxime dicenda, huiuſmodi ſecunda opinio reijcienda eſt: & per conſequens reijci quoque debet Ambroſinus *hic. i. ſuper eadem Conſt. cap. 10. num. 7.* qui *in fine* cum Farin. poſt. d. Deciani ſententiam tranſire videtur.

Sed

Sed Deciano, qui principaliter mo-
uetur ea ratione: quia Domus, ſeu
Palatium Epiſcopi non debet abeſſe
ab Eccleſia, per tex. in cap. Epiſcopus
vilem. *Diſt. 41.* & text. in c. Epiſco-
pus, *de Conſec. diſt. 3.* præter alias in-
tradicendas rationes, Reſpond. cum
alio tex. in Ceremoniali Rom. nuper
a felic. recordatio. Clem. 8. reforma-
to, dum tractatur de Primo acceſſu
Epiſcopi, vel Archiepiſcopi. vbi, *Cap.
1. circa fi. verſic. Deinde Epiſcopus. lib.
1.* poſtquam de benedicendo populo
loquitur, ſtatutum eſt, quod ſi Habi-
tatio Epiſcopi contigua, vel vicina
Eccleſiæ fuerit, Canonici cum comi-
tentur in habitu Canonicali: Si verò
diſtantior, vſque ad portas ipſius Ec-
cleſiæ: En ergo quomodo Epiſcopi
Domus non tenetur de iure eſſe prope
Eccleſiam, alias non faceret mentio-
2 nem diſtantiæ. Vnde ceſſante † legis
diſpoſitione, ceſſat lex: quia diſpoſi-
tio facta ratione alicuius præſuppoſi-
ti, locum non habet, niſi præſuppoſi-
tum illud verificetur, *Gloſ. & DD. in
l. Mancipia. verbo, Aduocandum. C. de
Seruis fugit. text. in l. Lucius Titius
teſtamento. ff. de Fideicomm. Libert. &
alijs allegatis per Ambroſinum hic, cap.
17. num. 9. Vide quoque ſup. §. VI. num.
17.* Sed non ob hoc tollitur priuile-
gium conceſſum principaliter Domui
Epiſcopi: nam quamuis Clerici non
habitent ſimul, & communiter; non
tamen Domus Epiſcopi deſinit id eſ-
ſe, quod tunc temporis fuit: quia vbi
3 † remanet eadem cauſa, & ſubſtantia,
licet aliquod accidens mutetur, non
variatur diſpoſitio, *cap. Inter corpo-
ralia. & ibi Abb. num. 12. ſupra de
Tranſlat. Epiſcop.* Quare concluda-
mus, quod fugientes ad prædictas
Epiſcoporum Domus, omnino, ac iu-
ris neceſſitate gaudere debent, quam-
uis longiſſime ab Eccleſia maiori di-
ſtent.

4 Quod † procedit, nedum ſi Epi-
ſcopus adſit in d. Palatio, verū etiam
ſi morte, vel alia ex cauſa abeſſe conti-
gerit: quia Domus Epiſcopi non de-
ſinit eſſe quod fuerat: nec eius nomen
mutatur: & vbi remanet eadem cau-
ſa, & ſubſtantia, &c. *prout ſup. proxi-
me diximus:* præſertim, quia nec Ca-
nones diſtinguunt.

5 Limitarem † tamen hanc concluſi-
onem pluribus modis. Et primo ſi Se-
11 des Epiſcopalis alio tranſlata fuerit:
quod multipliciter cōtingere poteſt.
6 Nam, ſi ciues † (quod abſit) in gemi-
natam cædem ſuorum Epiſcoporum
proruperint, Sedes, ſeu dignitas Epi-
ſcopalis perpetuò ſubtrahitur ciuita-
ti, prout conſultus ſuper quodā ſimili
reſpondit Gelaſius Papa, *de quo in c. ſi.
23. q. 2.* Quod intelligitur, ſiue alter-
natim, ſiue inſimul, ideſt vnum, & ſta-
tim ſuum immediate ſucceſſorem in-
terimerent, *vt habetur in poſitione ca-
ſus d. c. ſi.* Hoſtilitatis quoq;, vel pau-
pertatis neceſſitate Epiſcopalis Sedes
vel mutatur, vel duæ in vnam redigū-
tur, *d. c. ſi. §. Hoſtilitatis, & cap. Tua
nos. 7. q. 1.* quod etiam tangetur *inf. in
num. 21.* Quare cum deſinat ille locus
eſſe, quod antea fuerat; quia prius di-
cebatur Domus Epiſcopi, & ad ſui
habitationem deſtinatus: omnes præ-
rogatiuas ſibi competentes amittere
7 debet. Etenim tranſlata † Sede, om-
nia eiuſdem iura transferri neceſſe eſt,
*cap. Tranſlato, ſup. de Conſtitutioni-
bus.*

8 Secundo † limitabis hanc ſupradi-
ctam concluſionem, quando Domus
prædicta fuerit conducticia, hoc eſt,
quod poſt mortem Epiſcopi, vel pro-
pter eius abſentiam alijs locata fuerit;
vel forte ad laicorum ſiue aliorum v-
ſum deſtinata: Nam hoc caſu contra
Reos ibi morātes, vel ad eam fugien-
tes conſultus reſponderem, veluti ſi
eſſent in cæteris profanis locis: vnde

inulte ab ea extrahi poſſunt abſque metu violationis huius Immunitatis. Et rationem non inefficacem eſſe puto: nam ceſſante cauſa Religioſitatis, ceſſat & ceſſare debet iuris neceſſitate hoc Priuilegium, ſecundum eadem, quæ plene ſupra in præcedentibus quæſtionibus tradita ſunt: Sed vbi eſt illa loci, ſaltem colorata Sanctitas, ſeu Religioſitas, quæ a ſacris requiritur Canonibus, & in hac ſanctiſſima noſtra Conſtitutione? nonne euaneſcit? Ergo & eiuſdemmet priuilegium. En Beatus Ioannes Chryſoſtomus *in Matthæum, homilia* 43. *ad capitulum* 23. (relatus a Gratiano *in capitulo, Multi Sacerdotes. Diſtinct.* 40.) quomo-
9 do, inquit, quod non † cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacer-
10 dos cathedram: Non locus † ſanctificat hominem, ſed homo locum: pro quo extat etiam illud. 2. Machab. *cap.* 5. de quo ſupra *in Initio Capitis præcedentis, ante numerum* 1. actum eſt. Si ergo huiuſmodi Priuilegium illi datum eſt Loco propter Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi perſonam, hoc eſt, in quantum ad eius habitationem deſtinatus eſt: cur ceſſante tali cauſa, non debet hoc ceſſare Priuilegium? Sed quis negabit, quod illa domus non ſit, nec vocari poſſit amplius Epiſcopi domus, quamuis quo ad poſſeſſionem, eius ſit? quare dum Epiſcopus ibi moratur, vel ſi abfuerit cauſa viſitandi Diœceſin, vel alia ex cauſa, vt infra dicetur; aut ſaltem mortuo prædeceſſore, eius ſucceſſor, ſiue nouus Paſtor exſpectetur; tunc profecto ſecus dicerem: quia adhuc habetur pro Religioſa. Sin autem hæc ceſſauerint: vtique omnia eius iura Eccleſiaſtica ceſſabunt;

quia ipſe Epiſcopus ſăctificat locum, non locus Epiſcopum: Quapropter dum huiuſmodi Domus erit conducticia, vel alia ex cauſa, ad laicorum habitationem deſtinata fuerit, Delinquentes non debent ſe tueri: quia in vanum laborabunt.

Sed quidem valde indecorum eſt, videre mulieres in Domibus Epiſcoporum, ſimul cum ipſiſmet Epiſcopis commorari, etiam ſi pro eorum ſerui-
11 tijs ſecum habitarent: quia omnino,† quamuis non ſuſpectas, & quouis eis coniunctionis gradu coniunctas, Epiſcopi ſecum habere in ſuis Palatijs ſeu Domibus non poſſunt: quod rectiſſime ſanctiſſimeque ſancitum eſt a Iuſtiniano *in Authen. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *Preſbiteris. verſic. Epiſcopum vero*, *cuius verba referuntur in Authent. Epiſcopo. alias, Nullam Epiſcopo, C. de Epiſcopis, & Clericis.* quod approbat quædam Gloſſa Canonica *in cap. Legitur. verbo, Mea. Diſt.* 81. ex qua idem dicit Antonius *in capitulo* 1. *ſupra de Cohabitatione Clericorum & mulierum*, relatus a Domino Abbate *ibidem*, *numero* 3. quamuis ipſe contrarium *ibi* dicere conatus ſit, referens, quod ille textus a Iuſtiniano conditus, cum ſit Lex ciuilis, non poteſt Epiſcopos ligare: quia a ſacris Canonibus non eſt prohibitum, imo expreſſe videtur permiſſum: Sed honeſtius eſſe, ait, quod a Iuſtiniano ſtatutum fuit, maxime propter alios Clericos cum Epiſcopis morantes. Vnde Symmacus relatus a Gratiano *in d. c. Legitur*, inquit his verbis:

„ *Legitur quod B. Auguſtinus nec*
„ *cum ſorore habitare conſenſerit,*
„ *dicens, Quæ cum ſorore mea ſunt,*
„ *ſorores meæ non ſunt. Docti ergo*
„ *viri cautela, magna nobis debet*
„ *eſſe inſtructio.*

Quare hodie ob generalem Conſuetu-

ſuetudinem, putarem, quod ſi Epi-
ſcopi contrarium facerent, paccarent:
quia ſic introductum eſt, & a commu
ni omnium Epiſcoporum conſenſu
approbatum, quod a Iuſtiniano *in d.*
Authent. ſancitur. Quod peccarent,
12 dixi: quia contrauenieus † generali
Conſuetudini, legi contradicere vi-
detur: quia Conſuetudo legis vim
obtinet, *c. Conſuetudo. Diſt.* 1. dum-
modo cõcurrant illæ qualitates, qua-
rum ſup. *Cap. praeced.* §. *I.* memini-
mus.
13 Extende † quoque regulam noſtrã
affirmatiuam ad Domum Epiſcopi,
dum per ſuam Diœceſim moratur, ea
ratione: quia ſicut Locus Religioſus
fieri debet cum auctoritate Epiſcopi;
ita etiam; imo multo fortius vbi ipſe
Epiſcopus moratur, Locus ille Refu-
gium Delinquentium eſſe debet: quia
ſi verum eſt, quod hoc Priuilegium
datur Epiſcoporum Domibus, extra
illos paſſus cõſtructis; ſequitur quod
vbicunque ſit ipſius Epiſcopi Do-
mus hanc eandem habeat prerogati-
uam, dum per ſuam Diœceſim mo-
14 ratur: nam tota † Diœceſis ſpectat re-
gulariter ad ipſius Epiſcopum, Abb.
in cap. Graue. num. 2. *ſup. de Offic. Iud.*
Ord.
Non obſtat Textus in cap. Placu-
it. 7. *quaeſt.* 1. vbi dicitur, quod nul-
15 lus † Epiſcopus, relicta principali Ca-
thadra, ad aliquam Eccleſiarum in
ſua Diœceſi conſtitutarum ſe confer-
re debet: vel in re propria diutius,
quam oporteat conſtitutus, curam,
vel frequentationem propriæ Cathe-
dræ negligere: quia illud intelligitur
pro perpetua manſione; non tamen
prohibetur, quin ſuam Diœceſim vi-
15 ſitare poſſit: imo de iure † eam viſita-
re tenetur, *cap. Placuit.* 10. *quaeſt.* 1.
quem text. allegat Gloſ. penult. illius
pracit. cap. Placuit. 7. *quaeſt.* 1. Quare
16 ſicut † non licet Delinquentem in do-
mo alicuius potentis domini latitan-
tem perquirere, niſi ſeruientes cum
auctoritate, & mandato Iudicis illud
fecerint, *Boer. deciſ.* 174. *num.* 4. Ita a
fortiori, non licet in domo Epiſcopi,
etiam venia petita a ſecularibus pote-
ſtatibus, Reos perquirere, vel extrahe-
18 re: Nam cum non † inueniatur æque
maior ipſe Epiſcopo in tota ſua Diœ-
ceſi, ſed ipſe ſolus maior eſt quocun-
que Principi ſeculari illius diœceſis,
vt bis dixit Abb. nempe in cap. Omnes.
num. 1. *& iterum in cap. Soluta. num.* 7.
ſup. de Maior. & obedien. Non pote-
rit ab alio, niſi ab eodem Epiſcopo il-
la peti licentia, vel concedi.
Dixi de Domibus tantum Epiſco-
porum dum ſuam Diœceſim viſita-
uerint, vt ad eas fugientes Immunes
fiant, & non de alijs, quia Epiſcopi
19 † non poſſunt abeſſe a ſua Diœceſi,
niſi magna ex cauſa, vt nouiter in Sy-
nodo Tridẽtina, *Seſſ.* 23. *Cap.* 1. *Decr.*
de Reform. & in Bulla Pij IIII. *ad d.*
Synod. ſtatutum eſt: idque tempore
limitato, ad ſummum per tres men-
ſes quolibet anno, ſiue continuos, ſi-
ue interruptos: alias ſi cõtra fecerint,
præter peccati mortalis reatum, alijs
pœnis obnoxij erunt: quapropter fu-
gientes ad eorum Domus non pote-
runt eſſe ſecuri: Et ratio huiuſmodi
eſt efficaciſſima; quia quemadmo-
20 dum Epiſcopus † extra ſuam Diœce-
ſim Eccleſiam, vel Altare conſecrare
non poteſt: vel Clericos ordinare, qui
ſibi non fuerint ſubiecti, (& ſi de fa-
cto præſumpſerit ſine licentia proprij
Epiſcopi, quamuis Conſecratio, vel
Ordinatio illa valeat, ipſe tamen E-
piſcopus veniet puniendus, *cap. Epi-*
ſcopus in diœceſim. 7. *quaeſt.* 1. *& c. Tua*
nos. ſup. de Conſecr. Eccleſ. & ibi Abb.
num. 2. *iunctis textibus in cap.* 1. *&* 2.
de Tempor. ordin. lib. 6.) Ita etiam non
poteſt domum ad ſuum vſum depu-
tatam eo loci, vbi nullum ius habet,

Religioſam facere, cum nullam circa hoc habeat auctoritatem. Quapropter quod diximus de Loco Religioſo, qui Epiſcopi auctoritate fieri debet, intelligitur pro eo, ſub poteſtate Epiſcopi conſtituto, non alieno extra ſuam Diœceſim: nam quamuis Epiſcopus extra ſuam Diœceſim Eccleſiam ædificauerit, non tamen poterit eius conſecrationem vindicare, 16. *quaſt.5.tota.*

21 Niſi Epiſcopus † ex commiſſione domini Papæ duabus præſit Eccleſijs, quia tunc eadem iura competent ei in vna, quam in altera: bene verum eſt, quod tenetur ſibi in vna tantum habitationem eligere, vbi commodius expedire videbitur: *hoc colligitur ex c. Et temporis qualitas. d.16. quæſt.* 1. Quare dum Epiſcopus infra terminos ſuarum Diœceſum habuerit aliquam habitationem, fugientes ad eam, Immunitatem hanc conſequi debent. Et Hæc ſatis quantum ad Epiſcoporum Domus. Deueniamus ergo ad Domus, ſeu Palatia Cardinalium.

22 Et Clarus † *d. quæſt.30. verſic. Itē adde.* ex Manfredo, *de Cardinall. cap.* 8. *in* 18. *priuilegio.* tenet, quod fugiēs ad Domus Cardinalium ſecurus eſſe debet: & ita conſuetudine fuiſſe receptum, tradit, quod Nauat. *d. cap.* 25. *num.* 18. *in fin.* confirmat: Sed Baiard. *in Clar. in verſic. ſup. cit.* hanc impugnat opinionem, dicens, quoſdam Summos Pontifices, præſertim Sixtum V. hanc ſubſtuliſſe Immunitatem ab illorum Domibus, vt ex Bullis, vel Conſtitutionibus apparet: & hoc idem refert Farin. *d. quæſt.*28. *num.*48. quamuis poſtea *in fine* dixerit per hanc noſtram Cōſtitutionem illis fuiſſe derogatum, & ad priſtinum hanc Immunitatem reſtitutam: Sed quicquid ſit; Ego ita reſoluerem rem iſtam, vt deberemus ſtare generali conſuetudini: Et licet illud in Vrbe non ſeruetur; non valebit conſequens, quod alibi extra Vrbem non debeat ſeruari: nam cum adſit ibi Summus Pontifex, qui Caput eſt totius mundi, quamuis Delinquentes aufugerint ad prædictas Domus pro quouis leuiſſimo crimine, poſſet eos ad libitum ſuum huiuſmodi Beneficio priuare, ſecundum ea, quæ diximus *ſup. in Initio Cap.II. num.*74. Secus autem putarē de Domibus Car-

23 dinalium, † extra Vrbem moratium, ob eorum tantam dignitatem & excellentiam, ita vt columnas Eccleſiæ dici meruerint: & poſt ipſum Summum Pontificem cæteros honore, ac dignitate præceſſerint: ita legitur in quibuſdā Extrauagg. Cōſtitt. Leonis X. *quarum vna incipit, Temerariorum. Altera vero incipit, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. hæc proxime traditur a Petro Matthei in d. trac.*7. *Decret. lib.* 1. *tit. de Cardinalibus. conſtit.*4. *illa vero prima habetur in Bullar. cuius mentionem fecimus ſup. Cap. II. §. vnico. Extat autem in fol.* 1181. *Conſtit.* 18. Sed hoc idem dicitur de Epiſcopis: quia Columnæ quoque comprobātur Eccleſiæ, *vt legitur in Clem.* 1. *de Pœnis. §. nec ſuper hæc. verſic. Epiſcopi enim. Item in cap. Qualiter, & quando. inf. de Accuſatt. quaſi circa med. in verſic. Et ideo. ibi, (Ne, concuſſis Columnis, corruat ædificium) & in cap. Accuſatio. il* 1. 2. *quæſt.*7. *Item in cap. Gloria Epiſcopi.* 12. *quæſt.*2. *qua Iura tradit Gloſ. in d. verſic. Ne concuſſis. cum alijs ſimilibus.* Et hanc ſententiam poſt hæc manuſcripta, teſte Deo, perlegi apud Illuſtriſſ. Cardin. Tuſcum *in d. ſuis Practt. concluſſ. lit. E. concluſ.* 10. *num.* 12. qui dicit, extra Vrbem tantum ſeruari quoad Cardinalium Palatia. De quodam alio eorundem Cardinalium priuilegio agemus inf. §. vlt. Quæ omnia ſint dicta quantum

tum ad Loca firma, ex quibus prouenit hæc Immunitas.

Aduertendum tamen, quod Si
24 quis † ſupra Tectum eorundem Lo-
corum fuerit, non erit inde inuite
exſtrahendus, vt.ſ. deforis cum ſcalis
ex locis profanis capi poſſit: quia Do-
25 mus † nedum ex ſolo, ſed & ex ſuper-
ficie conſtat, *l. Eum qui. in princ. ibi.* (*Vt puta cum ades.*) *ff. de Vſucapio.* licet ſecundum Dialecticos conſtet ex tribus, *Gloſ. ibidem in d. l. Eum qui.* Itaque dum dicimus de domo extrahi non poſſe, de ſuperficie quoque intelligimus. Quibus ſic ſtantibus, deueniendum eſt ad quandam aliam quæſtionem, quam Doctores tradũt de illis Delinquentibus, qui aufugerint ad Sacroſanctam Euchariſtiam, dum per Ciuitatem ducitur: & cum hac quæſtione abſoluentur ea, quæ ad huiuſmodi Religioſa Loca ſpectare dignoſcuntur.

S V M M A R I A.

1 *Fugiens ad Sacerdotem geſtantem Sanctiſſimam Euchariſtiam, Immunitate gaudet: & num. 8.*

Extende quoque ad eos, qui aufugerint ad aliquos Sanctos, vel Sanctorum Statuas, dum proceſſionaliter deferuntur, num. 4.

Limita, num. 5. & 7.

2 *Rebuffus, Vivius, Additionator Felini, Marius Muta, & alij qui Gloſſam in cap. Quæſitum. 13. quæſt. 2. affirmatiue intelligunt, dicentes quod d. Gloſ. tenet, quod fugientes ad Euchariſtiam liberetur a criminum pœnis, confutantur.*

3 *Veſtales Virgines, Delinquentes etiam ſi ad mortis ſupplicium ducebantur, liberabant.*

6 *Euchariſtia eſt cibus animæ.*

7 *Eccleſia eos tuetur, qui liberi ad illam fugiunt: ſecus autem ſi capti per Eccleſiam ducantur.*

ſ. X.

QVÆRVNT postremo loco Doctores, Vtrum fugiens ad Sacerdotem ſanctiſſimam Euchariſtiã deferentem Immunitatem conſequi valeat? Et communis eorum fertur ſententia, quod ſic: ita Clar. *d. quæſt. 30. verſic. Vltimo quæro. & quæſt. 98. verſic. Sed pone.* Nauar. *d. cap. 25. nu. 18.* poſt Hoſt. & alios: Gomez. *d. cap. 10. de Delictis num. 1. circa med. verſ. Quod extende.* Decianus *d. lib. 6. cap. 29. alias 30. num. 8.* qui alios quamplures tradit: Et tandem poſt multos Farin. *d. quæſt. 28. num. 11.* & de magis communi trado Ceuallos *in Spec. comm. contra comm. quæſt. 169.* Ab hac tamen ſententia diſſentit Couar. *d. c. 20. num. 6. in fi.* ac etiam nonnulli relati a Ludouico Gomeſ. *in §. Pœnales. nu. 50. Inſtit. de Actionibus. quaſi circa med.* inter quos refert Gloſ. *in cap. Quæſitum. 13. q. 2.* quam reprobat Archid. *ibidem:* & idem Gomeſ. *lo. cit.* Sed primam ſententiam omnino tenendam contra Cauar. & alios, dicit Emanuel Rodriq. *in ſua Summa Hiſpana, qui in 1. par. cap. 155. de hac Immunitate tractãs, hoc ipſum in princ. d. capitis refert.*

2 Hinc male dicit Rebuff. qui † eandẽ Gloſſam pro ſe allegat, tenens cum ea pro parte affirmatiua *in d. to. 2. ſuper Conſtit. d. Glo. 1. num. 12. in fi.* cuius verba ſunt:

„ *Eadem Immunitate gaudere de-*
„ *bet, qui ad Sacrum Chriſti Cor-*
„ *pus, dum per ciuitatem portatur,*
„ *confugit, vt docet Gloſ. in c. Quæ-*
„ *ſitum, &c.*

Et pro hoc allegat etiam Felin. qui hanc Gloſ. (licet ipſe affirmatiuam teneat) contrarium dicere affirmat:

eſtque

eſtque Felini locus a Rebuſſo allegatus in Conſil. 3. (Aduerte tamen, quod hoc dictum Rebuffi non legitur in omnibus ſuis tractatibus: quia in aliquibus, primo loco impreſſis, illud non vidi: vt ſunt ij, qui fuerunt editi Lugduni, 1555. vbi ſimilia non reperiuntur) Sed hæc Gloſſa ab ijs, qui eam legerint, negatiuam partem ſubſtinere videbitur, & ita communiter capitur, quam ſimpliciter pro ſe allegat Couar. *lo. cit.* qui in negatiuam partem, *vt diximus*, inclinatur: Clarus quoque *in d. quæſt. 98. verſic.* 1. negatiue eam intelligit. Sed in hunc errorem non Rebuffus ſolus lapſus videtur, ſed quam plures alij, vt eſt Viuius *in ſuis Communibus opin. in verbo, Condemnatus ad mortem.* referens ita tenere Archidiaçonum: quod verum eſt; non autem ſecundum prædictam Gloſ. imo eam ipſe reprobat, & ita dicit Apoſtilla ad eandem. allegat etiam Felin. *in cap. Quærenti. ſup. de Offic. deleg.* quod puto ſomniaſſe: quia Felin. *ibi* nihil de hoc: ſed ſolum *in num. 6.* ponit aliquos caſus, quibus executio in criminalibus differtur, vel omnino aufertur, inter quos nullam facit huiuſmodi mentionem: beneuerum eſt, quod eius Additionator *in verſic. Idem ſi ductus ad mortem. eod. num. 6.* hunc caſum ponit, & allegat eandem Gloſſam pro hac parte affirmatiua: de quo valde miror, cum idemmet Felin. *d. Conſil. 3. num. 2. in princ.* eandem referat in negatiuam. Inter hos quoque mihi quidem diſplicet enumerare Dominum conciuem meum Marium Muta, *ſuper Capp. Regis Alfonſi huius Regni, cuius liber Tomus quartus inſcribitur: de hac vero retractat in cap. 71. num.* 18. Poſſem quoque alios quamplures, hoc affirmantes, referre, quos omitto; ſufficit enim hic habuiſſe, quod ſæpe ſæpius Scribētes, qui alias non modicæ ſunt auctoritatis apud Iuriſtas, in maximos incidunt errores: & hoc euenit: quia omnes currunt, & ducūtur cæco duce, & libros, ſeu doctrinam, quam tradunt, non ex fontibus habent, a quibus illi eam ſumpſerunt: imo aliquoties quos vnus allegat doctores, ipſoſmet ſibi applicant, nulla eius mentione facta: & ideo in foro cauſæ ſolent varie decidi: nam idem caſus nunc pro; mox contra a Iudicibus intelligitur. En Rebuffus non in celebris tempeſtate ſua profeſſor, omiſſa illius Gloſſæ lectione, alij in hærens, in quem incidit errorem. Si fieri poſſet hos omnes excuſare vellem: ſed quia Gloſ. præd. intellectus nec varius, nec obſcurus eſt; ideo illos rogatos velim mihi ignoſcere: ſed vt rei veritas innoteſcat, eiuſdem Glo. verba referre volui, quæ ſunt tenoris ſequentis.

» *Quæri conſueuit, quare liberetur*
» *ille, qui fugit ad Eccleſiam, & non*
» *ille, qui recipit Corpus Chriſti, cū*
» *Corpus Chriſti maius ſit omnibus,*
» *vt de Conſecr. diſt. 2. cap. Nihil?*
» *Reſpond. quia Corpus Chriſti eſt*
» *cibus animæ, & non corporis: ergo*
» *animam liberat, & non corpus.*
» *Vel dic, quod PRIVILEGIVM*
» *ECCLESIAE EST, ET NON*
» *DEBET TRAHI AD CON-*
» *SEQVENTIAM.*

Hactenus Gloſſa, quam ego abſque vlla controuerſia negatiuam partem affirmare intendo, ſecundum Iura ab ea allegata, quæ parum obſtant Tractatui noſtro: cum aliud ibi, & aliud hic intelligimus, prout inf. *in Limitationibus ſeqq.* videbitur.

Mouetur autem Couar. qui contrarium ſubſtinet, auctoritate, & verbis eiuſdem Gloſ. dicens, quod in Templis, alijſue Locis Sacris duntaxat hoc Priuilegium obtinet, non autem extra Templa: cum nullibi

Eucha-

Euchariſtiæ hoc Ius extra ipſas Eccleſias a Canonibus datum fuiſſe legamus: quæ opinio videtur poſſe procedere etiam ſecundum hanc noſtram Cõſtitutionem, quæ de aliquibus Locis, abſque huiuſmodi mentione, tractat: Sed quoniam affirmatiua eſt communiſſima, vt apparet ex eis, quæ refert Farin. *d. quæſt. 28. eod. num. 12.* qui infinitum Doctorum numerum allegat; ideo amplectendam fore, tamquam fauorabilem, & magis piam, cenſeo; non obſtante, quod de hoc nulla fiat expreſſa mentio in ſacris Canonibus, vel in hac noſtro Conſtitutione; quia, etſi in ea de hoc non videtur actum, non tamen apparet fuiſſe derogatum huic pijſſimæ Sententiæ: quia in illis tractatur de quibuſdam firmis Locis, ac ſemper certis; Nos vero in hac præſenti Quæſtione de quodam inſtabili agimus Loco, qui nunquam certus, & idem eſſe poteſt: vnde quid mirum, ſi ille Locus illo inſtanti, vel modico temporis ſpatio pro Eccleſiæ habeatur? Imo hoc expreſſe approbat Io. *in Apocal. cap. penul. nu. 22.* dicens:

» *Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens Templum illius eſt, & Agnus.*

Quod ore eiuſdem Domini noſtri Seruatoris dictum fuiſſe, refert idem Io. *in ſuo Euang. cap. 2. poſt num. 19.* hiſce verbis:

» *Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.*

Et rurſus;

» *Ille autem dicebat de Templo Corporis ſui.*

Sed Couar. bene reſpondet Decia. *lo. ſup. cit. in princ. huius* §. cui nil aliud vltra addere curaui, quia ſufficiũt nobis, quæ huc vſque dicta ſunt.

Hoſtienſis autem, qui affirmatiuam ſubſtinet, ex quo omnes alij moueri videtur, *quod eſt in Sum. hoc eo. tit. §. A quibus num. 12. circa med.* mouetur exemplo Mulieris, quæ ſanguinis fluxum patiebatur: dum dixit:

» *Si tetigero tantum veſtimentum eius, ſalua ero: & ait Ieſus: confide filia: fides tua te ſaluam fecit: & ſalua facta eſt mulier ex illa hora.*

Matth. cap. 9. poſt num 20. Sed rudi meo judicio melius videtur, & magis proprium illud exemplum Adulteræ, ſupradictum *Cap. II. in Initio, nu. 83. & ſeq.* Et ratio ea eſt: quia in hoc Tractatu agimus de illis, qui liberantur a pœnis criminum, ſiue delictorum; exemplum autem relatum ab Hoſtienſi eſt ſuper langoribus corporis: vnde diuerſum eſt quod dicitur in vno, quam in altero.

Sed nec adeo mira res hæc videtur, vt tanta exhibeatur ſacroſanctæ Euchariſtiæ reuerentia, cum apud Infideles, & Idolatras, quibuſdam Virginibus, † dictis Veſtalibus, ſimilis honor, & reuerentia tradita fuerint: nam dum per Vrbem Romam deambulabant, ſi alicui Delinquenti obuiabãt, quãquam is ad vltimum ducebatur ſupplicium, earumdem Virginum iuramento, eo quod fortuito caſu, non ex induſtria, vel propoſito, ſed inſciæ illi obuiarant, liber, & Immunis efficiebatur: hoc refert idem Fr. Hieron. Rom. *in præd. par. 2. de las Repubb. quæ eſt Repub. Gentilica, vti dictum eſt.* qui *in lib. 3. cap. 9.* diffuſe de his Virginibus Veſtalibus tractat.

Propterea, quod † dictum eſt de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, extenderem etiam, & ampliarem ad alios Sanctos, dum proceſſionaliter per vicos, & Plateas deferuntur: ſi enim modo prædicto apud Gentiles, ob honorem Deæ Veſtis, Delinquentes, & Criminoſi liberi, & Immunes fiebant; multo magis propter honorem Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuos

ſti ſuos Sanctos venerari debemus,
cum Dij meruerint vocari, *Pſal. 8. nu.*
6. & Io. 10. nu. 35. Quod non abſque
exemplo tranſibit, quia ſeruatum fu-
iſſe, adinueni, tempore Alarici regis
Gothorum, qui cum ad terminos Vr-
bis Romæ veniret, eamque bello ex-
pugnaret, capta demum, præcepit, vt
fugientes ad Templa non moleſta-
rentur, vel maletractarentur: Et cum
quędam Virgo vas quodam ſacrum,
& alias quaſdam Sãctorum reliquias
ſecum geſtaret (eo quod tunc tempo-
ris Eccleſiæ, ſiue Templa a Virgini-
bus cuſtodiebantur) nullus Gotho-
rum eidem Virgini, & omnibus il-
lis, qui eam aſſociabant, vllam mole-
ſtiam auſus eſt inferre. Vnde ſi a Bar-
baris, & Immanibus gentibus, prout
erant Gothi, (quia ſic eos vocat Ca-
lep. *in ſuo Diction. latino, verbo Gothia.*
de quibus etiam diffuſe tractat d. Fr.
Hierony. Rom. *par. 3. de las Repubb.*
in Repub. Septentrio. qui licet Chri-
ſtianorum nomen adepti fuerint, Ar-
rij tamen impijſſimi hæretici ſectam
ſequebantur, *vt ait idem Rom. loco in-*
fra proxime citando) tantus honor
Sanctorum reliquijs deditus eſt;
quid faciendum inter nos Chriſti fi-
deles, qui eoſdem Sanctos quotidie
celebramus? Hoc Alarici exemplum
tradit idem Fr. Hierony. Rom. *in d.*
Repub. par. 1. in Republ. Chriſtiana, lib.
6. cap. 36. col. 2. in fi. fol. mihi 393.
& iterum in d. Repub. Septent. cap. 3.
fol. 5. col. 2. Sed quod dixi de Alarico,
legi poterit inf. ijſdem verbis. d. Hieron.
Rom. in fi. huius Libri, in illo cap. ex-
tracto a Repub. Chriſtia. in quo de hac
Immunitate tractatur.

Hoc autem limitabis duobus mo-
5 dis: Primo, quando † alicui damna-
nato ad mortem, vel aliqua ex deuo-
tione, ſiue morbo detento ſanctiſſi-
ma Euchariſtia cõceditur: quia tunc,
licet antequam illud ſumat, ample-
xus fuerit Sacerdotem, illam geſtan-
tem, non erit Immunis: & in his ter-
minis poſſe procedere Gloſ. *præd. cap.*
Quæſitum. per eandem rationem: Quia
6 *tunc † eſt cibus animæ. & non corporis*
illud Sacramentum, de Conſecr. diſt. 2.
cap. Non iſte panis. tradidit Ludouic.
Gomeſ. *d. num. 50.* & quidam alij ab
eo relati licet Cæuallos *d. lo. ſup. cit.*
in princ. huius §. dixerit, prædictam
Gloſ. ita eſſe intelligendam: cuius o-
pinio non omnino mihi ſatiſfacit;
cum pateat Gloſ. intellectus, in illis
præſertim verbis, quæ ſupra relata
ſunt: *ibi, (Vel dic, quod priuilegium,*
&c.) ex quibus Couar. cõtrarium te-
nere, diximus: Sed huic Cæual. ſen-
tentiæ, quoad præd. Glo. intellectum,
cõcordat Ambroſ. *hic, d. cap. 10. num.*
9. licet nobiſcum affirmatiue teneat.
Quare ſi ſecus eſſet, vt cum aliquis
vellet ſumere hoc Sacramentum, li-
ber efficeretur, eſſet occaſio priuandi
ſe ipſum tanta gratia: quia Iudices
temporales, ne Delinquentes hoc
modo ſe liberarent, illud eis denega-
rent. Alia ratio patebit in ſequenti li-
mitatione.

7 Limita Secundo, niſi † captus,
dum ad carceres ducitur, vel aliunde,
obuiauerit Sacerdoti geſtanti ſacro-
ſanctam Euchariſtiam: quia neque
in isto caſu libertatem conſequetur,
ea ratione: quia Eccleſia eos tuetur,
quos liberos adinuenit, vel qui liberi
ad eam confugiunt, ita poſt Hoſtien-
ſem *in Summa hoc eo. tit. in d. §. A qui-*
bus. d. num. 12. in princ. concludunt
omnes, vt videre eſt Couar. *d. cap. 20.*
num. 13. Gomeſ. *Var. Reſol. d. lib.*
3. eo. cap. 10. num. 2. verſic. Quarto
limita. Decian. *d. lib. 6. cap. 27. num.*
30. qui plures alios, fere omnes anti-
quos allegant: de qua re plene tractat
Farin. *d. quæſt. 28. num. 69.* & quan-
dam cõtrariam opinionem Iulij Cla-
ri, qui Remigium inſecutus eſt, reijcit:
licet

licet alibi, *ſup. in num.* 45. aliter, & cum eodem Claro dicere videatur, atteſtans de communi opinione: ſed poſtmodum *in praecit. nu.* 69. plenius materiam tangens, ex quampluribus alijs de magis communi confirmat quod huc vſque diximus. Illud autem, quod primo loco refert ex Claro *in d. num.* 45. non ita ſimpliciter intelligendum eſt, vt eo ipſo, quod aliquis amplexus fuerit Sacerdotem, ſacroſanctam Euchariſtiam geſtãtem, liber efficiatur, prout ibi videtur dicere Farin. ſed iuxta ſupradictam ſententiam, quando.ſ. confugit ad Sacerdotem, &c. alias ſibi ipſe contrarius eſſet, dum eundem Clar. *in eod. verſic. Vltimo quaero.* allegat in illo *praecedenti nu.* 11. quod nos ſup. *in princ. huius* §. pro nobis tradidimus, & in his terminis loquitur Clarus vtrobique, allegatus a Farinat. *locis citatis.* Sed licet poſtmodum Clarus *in d. quaeſt.* 30. *verſic. Scias autem.* dicat, quod ſi damnatus ducatur per Eccleſiam, non poſſit inde inuitus extrahi; illud tamen reijcitur ab eodem Farin. *lo. ſup. cit. in num.* 69. Et nos, vltra eum, duplici ratione reijciẽdum putamus: Altera eſt in §. VIII. Cap. ſeq. vbi de Condemnatis agemus: Altera vero tradetur inf. Cap. VI. §. II. *poſt num.* *in verſic. Amplia tandem. quae Ampliatio erit huius dicti limitatio.* Vnde hic omnino teneas illud, quod cõmuniter ab alijs, per Farin. relatis, tenetur, iuxta praedictam ſententiam Hoſt. *in d.* §. *A quibus. num.* 12. qui *in princ.* hoc ait:

„ *Vel dicas, quod Eccleſia confugi-*
„ *entem ad ſe ideo ſeruat, & ſaluat;*
„ *quia ex quo ad ipſam confugit,*
„ *fugiendo factus eſt liber, & ad*
„ *ipſam liber venit: & ideo bene eſt*
„ *rationabile, quod Eccleſia ipſum*
„ *tueatur in ea libertate, in qua ip-*
„ *ſum inuenit. Corpus vero Chriſti*
„ *datur iudicato ad mortem, & in*
„ *captiuitate detento; ideo liberta-*
„ *tem, quam non inuenit, tueri non*
„ *poteſt: nec iuſtitiae praeſumitur vel-*
„ *le praeiudicare: quia iuſtus Domi-*
„ *nus eſt: &c.*

Quibus verbis probatur, quod huc vſque dictum eſt. Vnde quemadmodum captus, ſi per Eccleſiam ducatur, non liberatur, ex quo non ſe receperit liber; ita etiam is, qui Sacerdoti ſanctiſſimam Euchariſtiam geſtanti obuiauerit, dum captus ducitur, non poterit hac Immunitate gaudere: quod quidem rationabiliſſimum eſt: quia ſequeretur, quod dum incarcerati aliquo morbo laborãt; & ad Hoſpitalia curationis cauſa ducuntur, liberi efficerentur: quare, ne ad libertatem peruenirent, poteſtates temporales eos curatione priuarent.

8 Sed, vt quis † Immunitatem conſequi valeat, dum ſe recipit ad ſacroſanctam Euchariſtiam, quidã aiunt, quod debeat Sacerdotem amplecti, vel eius veſtem tenere: Ego autem hoc non ita reſtringendum puto; ſed ſufficere intendo, quod vexillum, vel lumen, vel haſtam baldachini, vel quid aliud attingat, vel agat, veluti ſi inter populum & gentes illam aſſociantes ſe conferat, ita vt vnus illorum videatur, & pars illius Eccleſiae, quam tunc gens illa repraeſentat, efficiatur, argum. l. Quiſquis. *C. Ad legem Iuliam Maieſt.* ibi:

„ *Quia & ipſi* PARS CORPO-
„ RIS *noſtri ſunt.*

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem, dum ad ſupplicij locum ducitur, ſi ei obuiauerit aliquis Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium, & impoſuerit pileum ſuum ſuper caput eius, an ex hoc libertatem conſequi poſſit?*

§. VLTIMVS.

ALIAM alij afferre ſolent Doctores quæſtiunculã, ſcilicet, Quando aliquis Delinquentium ducitur ad vltimum ſupplicium, cui ſi obuiauerit vnus ex Cardinalibus, eique pileum ſuum impoſuerit, an libertatem conſequi debeat? Hanc quæſtionem negatiue partim, affirmatiue vero partim concludunt: Sed quoniam non eſt locus noſter hic de ea tractare; ideo omittendum duxi: videri tamen poteſt Ludouicus Gomeſ. *in d. §. Pænales. d. nu. 50. in princ. Inſtit. de Actio.* qui plures allegat pro vtraque parte: Sed poſt eum alios in numeros refert Clar. *d. §. fi. quæſt. 98. verſ. Vlterius quæro.*

His itaque relatis, ac pro viribus meis declaratis, deueniendum eſt ad alia ſubſtantialia, quæ Rem hanc concernunt, ſicuti ſupra *in Proæmio* dictum eſt: vt facilius Delinquentes ſe tueri valeant aduerſus Iudices, qui eos pœnis corporalibus ſubmittere procurant atque etiam vt ipſimet Iudices cognoſcant, quãdo Delinquentes hanc conſequi poſſint Immunitatem; ideo in hoc ſequenti Capite dicendum eſt

DE CRIMINIBVS, QVIBVS DELINQVENTES PRIVANTVR HAC IMMVNITATE.

SVMMARIA.

1 *Delictum, Crimen, Peccatum, Maleficium, Exceſſus, Facinus, & Flagitium an differant? & in numm. ſeqq. vſque ad num. 9.*
2 *Delictum quid: & vnde dictum?*
An ſit genus omnium malorum? nu. 13.
Poteſt etiam eſſe ſpecies Maleficij, num. 14. & 15.
3 *Crimen quid?*
Et propter quæ Delinquentes hac Immunitate priuentur? num. 16.
4 *Peccatum quid?*
5 *Maleficij definitio.*
6 *Exceſſus quid eſt?*
7 *Facinus quid, & vnde dicatur?*
8 *Flagitium quid?*
9 *Facere aduerſus ea videtur, qui non facit quod facere debet.*
10 *Facti appellatione ciuiliter qd veniat: Et quid naturaliter? num. 11.*
12 *Verba in dubio quomodo intelligenda?*

Cap. V.

ACTVRVS in hoc Quinto Capite de quibuſdã Delictis, ſeu mauis Criminibus, quibus ſi quis inuolutus fuerit, hac noſtra præſenti Immunitate ſe tueri non poterit, prius quædam ad præſentem Rubricam tradere curabo; ꝓ
1 cuius intelligentia præmitto † differentiam inter Delictum, Crimen, & Peccatum, quæ vt diuerſa traduntur a Gloſ. 1. *in reg. Peccatum. in 6.* his quoq. addo Maleficium, Exceſſus, Facinus, & Flagitium, de quib⁹ infra pro-

proxime dicetur : ſed illorum diffe-
rentia hæc eſt, vt in præd. Gloſ. habe-
2 tur: quia Delictum † eſt boni deſertio;
& dicitur quaſi derelictum; Crimen
3 † autem eſt peccatum graue, accuſa-
tione, & damnatione digniſſimum;
4 Peccatum † vero eſt idē, quod prauus
actus: ſed vltra Gloſ. addo etiam,
quod Peccatum eſt voluntas reti-
nendi, vel conſequendi quod iuſtitia
vetat, 15. *quæſt. 1. in princ.* §. *fi.* Sed
quid ſit Peccatum plenius videri po-
teſt apud D. Tho. *quod require breui-
ter in Repertorio ſuæ Summæ, verbo,
Peccatum.* qui plures tradit definitio-
nes, quas hic, vt breuitate vtar, omit-
to. Quapropter Crimen videtur mi-
nus patere, quam Peccatum, cum ſit
5 eius ſpecies. Maleficium † autem eſt,
quod improbe admiſſum eſt : & dici-
tur quaſi malefactum: de quibus om-
nibus conſule Bonifacium de Vitali
in ſuo Tract. de Malefic. ſub rub. Quid
6 *ſit Maleficium, nu.* 1. qui † refert etiam
quid ſit Exceſſus : Sed melius de his,
atque alijs ſimilibus conſulendus eſt
Bart. & Additiones ad eundem *in l.
Aut facta. ff. de Pœn. vbi etiam Docto-
res : & in cap. Aut facta. de Pœniten.
diſt.* 1. His quoque addes Facinus, &
Flagitium, de quibus Archid. *in cap.
Flagitia.* 32. *quæſt.* 7. dicit, quod quic-
7 quid † agitur, vt alteri noceat, Faci-
nus eſt : & dicitur a facio ; Sed quic-
8 quid † agit indomita cupiditas ad
corrumpendum animum, & corpus
ſuum, Flagitium eſt. Citra hæc, ſunt
alia plura, vt Scelus, & ſimilia, quæ
hic referre ſatis longum eſſet; ſed quia
non faciunt ad rem, ideo relinquen-
dum duxi.

Horum autem omnium genus eſt
Delictum, ſecundum Nebris. *in Le-
xi: Iuris.* §. *Delictum. vbi probiſſime.*
Sed opponitur, quod potius ſit Male-
ficium eorum genus, quam Delictū :
eo quod Delictum eſt boni deſertio,
9 vt diximus ; ſed qui † non facit, quod
facere debet, videtur facere aduerſus
ea, quæ non facit, *l. Qui non facit. ff.
de Reg. iu.* & *ibi* Dec. ait, quod non
facere dicitur facere; ergo Maleficium
continet ſub ſe & Delictum : quia
qui bonum deſerit, dicitur malefacе-
re. Sed huic oppoſitioni reſponden-
dum eſt cum Alciato *in l.* 4. §. *Cato.
ff. de Verb. oblig. a num.* 24. *vſque ad
nu.* 27. *vbi de hac eadem re diſputatur:*
qui *in d. num.* 24. tres caſus eſſe con-
ſiderandos, dixit, quorū priores duos
hic trademus.

10 Primus eſt, quando † capimus fa-
ctum ciuiliter, ideſt, prout conſidera-
tur a iure, tanquam quid differens ab
his, quæ ſunt iuris : & tunc appella-
tione facti venit non factum, etiam
proprie. Secundus caſus eſt, quando
11 † conſideramus ſignificationem na-
turaliter : & in tali caſu non videtur,
quod non facere, proprie loquendo
ſit facere : Vnde ſtatutum puniens a-
liquid facientem contra ſtatutum
Principis, non trahitur ad eum, qui
nihil facit : & poſt quædam ſubdit in
hæc verba:

„ *In propoſito ergo capiendo factum*
„ *ſecundum ſuam propriam ſignifi-*
„ *cationem, etiam naturalem, eius*
„ *appellatione non venit non face-*
12 „ *re : & in † dubio verba debent in-*
„ *telligi naturaliter, non ciuiliter,*
„ *cap. Susceptum. de Reſcrip. in* 6.
„ *Improprie vero, & large talis non*
„ *faciens comprehendetur, l.* 4. *ff.*
„ *Quæ in fraudem. & d. l. Qui non*
„ *facit. ff. de Reg. iur.*

Hæc, & alia multa refert Alciat. *quæ
ibidem videri, & legi poſſunt.*

Vnde redeundo ad propoſitum
noſtrum (quia in definitionibus non
ficte, ſed proprie loqui debemus, vt
idem Alciat. ait) Qui non facit, non
dicitur facere : & hoc modo ille dun-
taxat, qui facit, & malum facit, dici-

tur committere maleficium: & per conſequens Maleficium non poteſt comprehendere Delictum, cum hoc ſit boni deſertio, quod eſt propriè non facere.
13 At quidem Delictum † ideo eſt omnium genus, quia malum facere, eſt bonum deſerere: imo non tantum malum faciens, verum & qui bonum non facit, cum poſſit, licet malum nullum faciat, quia reuera non facit, vt dictum eſt, ſemper bonum deſerit: Quare ſiue malum faciat quis, ſiue non, cum occaſionem benefaciendi deſerat, eo ipſo Delictum committere videtur: Et ſecundum hæc, iudicio rudi meo, intelligi poſſe, puto, quod volunt ij, qui Delictum omnium ſupradictorum genus eſſe dicunt.

Rurſus obſtare videtur, quod refert Nauar. *in d. cap. Aut facta. num. 3. de Pœnit. diſt. 1.* dum tradidit, De-
14 lictum † vocari quoque Maleficium, *per text. in l. Ex maleficijs. ff. de Actionibus, & oblig. & in §. 1. Inſtit. de Obligationibus. & per alia iura ibidem ab eo relata.* Sed Reſp. quod Deli-
15 ctum † ab eo ponitur *ibi* tanquam ſpecies, prout habet in ſe tantum boni deſertionem, & tunc Maleficium eo modo ſumptum, propriè. ſ. & impropriè, ideſt, naturaliter, & ciuiliter, continet etiam illam Delicti ſpeciem. Sed quicquid ſit, modici momenti videtur res hæc: hoc tamen pro certo ſcio, quod communis loquendi vſus obtinuit, vt omnes illas ſpecies ſupra enumeratas, & alias, ſi quæ ſint, Delicta placuerit nuncupari.

Sed quoniam in præſenti Capite non de omnibus ſupradictis Delicti ſpeciebus agendum eſt, ſed de ea duntaxat, cuius accuſatio, & coercitio per præſentem Immunitatem non aboletur, quæ Delicti ſpecies, Crimen vocatur, vt diximus *ſup. num. 3.* Ideo hic malui dicere, DE CRIMINIBVS, quam de alijs ſpeciebus, vel de Delictis in genere: quia non loquimur generice, ſed ſpecifice: vnde propriam Delicti ſpeciem tradi oportuit, quæ dicitur, Crimen: quod videtur confirmatum in hac noſtra Conſtitutione, in princ. ibi:

„ *Crimino ſi, & Delinquentes.*

Et pluries in eius progreſſu legitur, quamuis non ſolum de Delictis, verum & de Facinoribus ibidem mentio fiat, impropriè tamen: quia eius proprium eſt, quod diximus, nempe Crimen: & hoc noīe ſolemus vocare viros, qui horum cauſas dirimunt, nempe Iudices Criminales: extantque plures, & diuerſi tractatus, ſub eodem Criminis nomine editi: extant etiam Practicæ Criminales: Quæſtiones, & alia huiuſmodi. Sed quomodocunque ſit, ſiue Delictum, ſiue Crimen, ſiue Facinus, ſiue Exceſſus, ſiue quid aliud, non me extendam amplius in his. Hoc namque dico, quod caueat vnuſquiſque ab his, quæ ſic confunduntur: quia, ſi forte extra Eccleſiaſticam Tutelam capiatur, eueniet ei, quod in alijs abhorret.

Illa vero Crimina, quibus hæc Immunitas non ſuffragatur, non ſolum ſunt, quæ in noſtra Conſtitutione continentur, verum etiam, & quædam alia exinde vagari videntur: quorum primo loco ea, quæ in hac Conſtitutione traduntur, referamus; poſtmodum vero de alijs agemus.

Quæ autem in Conſtitutione habentur, ſunt quæ ſequuntur.

Verba

Verba Conſtitutionis noſtræ, qua vtimur.

16 Crimen I. SI FVERINT † PVBLICI LATRONES, VIARVMQVE GRASSATORES, QVI ITINERA FREQVENTATA, AVT PVBLICAS STRATAS OBSIDENT, AC VIATORES EX INSIDIIS AGGREDIVNTVR: *Aut*,

Crimen II. DEPOPVLATORES AGRORVM:

Crimen III. QVIVE HOMICIDIA, ET MVTILATIONES MEMBRORVM IN IPSIS ECCLESIIS, EARVMVE COEMITERIIS COMMITTERE NON VERENTVR: *Aut*,

Crimen IV. QVI PRODITORIE PROXIMVM SVVM OCCIDERINT: *Aut*,

Crimen V. ASSASSINI; *Vel*,

Crimen VI. HAERESIS: *Aut*,

Crimen VII. LAESAE MAIESTATIS IN PERSONAM IPSIVSMET PRINCIPIS REI, *IMMVNITAS ECCLESIASTICA non ſuffragetur*.

Quæ huc vſque tradita ſunt, habentur in noſtra Conſtitutione: quędam tamen alia, vltra hæc, ſunt excepta, quæ in ſequentibus patebunt: Et primum referam ea, quæ traduntur in quadam Epiſtola recol. mem. Alex. Card. Flor. qui iuſſu fel. rec. Clementis VIII. (cui ſucceſsit in Pontificatum, Anno 1605. fuitque vocatus Leo XI. vixitq; dies 27.) ſcribens ad Illuſtriſsimum Neapolitanum, hæc ait:

„ *Non piace a N. S. che le Chieſe, ne gl'altri Luoghi Sacri ſeruano d'Aſilo, e di*
„ *Ricettacolo a triſti. Onde mi ha fatto comandare di ſcriuere a V.S. che faccia*
„ *cia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine a i ſuperiori de*
„ *Monaſterij de Regulari de tutti gl'ordini col mezo de gl'Ordinarij, o come*
„ *meglio parera a lei, che per l'auuenire non diano ricetto a Sorte alcuna de*

Crimen

Crim. VIII. CONDENNATI: Ne,

Crim. IX. BANDITI LADRI: O,

Crim. X. ALTRE GENTI DI MALE AFFARE: Nea,

Crim. XI. FALLITI E DEBITORI;

„ *Sotto pena della priuatione d'officio, ſi hauerà notitia del ricetto, ancora che*
„ *non ſiano trouati queſti tali ne i Monaſterij, & ſotto altre pene anco mag-*
„ *giori ad arbitrio della Sanctità Sua: Et vuole in oltre, che ſi ſtia auuertito*
„ *per punire quelli, c'haueranno ardire di contrauenire a quell'ordine. Potrà*
„ *dunque V. S. andar publicando la prohibitione per li luoghi, doue ne ſarà*
„ *maggior biſogno, e di mano in mano per tutto, che non ſe ne poſſa pretendere*
„ *ignoranza. Il Signore l'aſſiſta con la ſua ſanta grazia. Da Roma alli*
„ *11. d'Aprile, 1602.*

Di V. S. Come Fratello amoreuoliſſimo.

Il Cardinal di Firenze.

Hanc Epiſtolam refert præd. de Quaranta in d. ſuo tractatu, Summa Bullarij. ſub titulo, Bannitorum fautores. fol. mihi 89. cuius tranſumptus in has partes noſtras miſſus fuit, exiſtente Prorege bo. mem. D. Laurentio Xuarez, Duce Feriæ, &c. licet haud ignorem ſimiles Epiſtolas prædictum Clementem Octauum ad alias mundi partes, ante noſtram ætatem, mitti feciſſe, vti mihi quendam tranſumptum oſtendit Colendiſsimus Dominus meus, ac de iure optime meritus, admodumque Reuerendus Aloyſius Brollini Foroſempronienſis (ad præſens Generalis Auditor cauſarum Palatij Illuſtriſsimi ac Reuerendiſs. Domini Ioannettini Auriæ S.R.E. Cardinalis, & huius Vrbis Felicis meritiſſimi Antiſtitis, totiuſue Regni Præſidis, & Locumtenentis Generalis ampliſsimi: qui notam mihi fecit Deciſionem illam in fauorem Clericorum, cuius mentionem fecimus ſupra, *(cap. praeced: §. 1. num. 17. in fi.)* cuius tenor quandam continebat Epiſtolam mãdato Sanctitatis præd. Clementis Octaui ab Illuſtriſsim. & Reuerendiſsim. Cardin. Alexandrino ad ſe miſſam, dum exiſteret Officialis, ſeu Generalis Vicarius Illu-

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalis Palæoti Archiepiſcopi Bononienſis, de qua inf. *ſuo lo. ∫. VIII.* dicemus.

Sed præter hæc ſupradicta, etiam quædam alia poſſunt addi, quæ nullibi excepta forſitan adinueniuntur, ſed paſsim ex rationibus inibi dicendis colliguntur, quorum tenor talis eſt.

Crimen XII. QVI IN EPISCOPOS, VEL CARDINALES MANVS INIECERINT VIOLENTAS: AVT EOS OBSEDERINT, VEL INSECVTI FVERINT:

Crim. XIII. QVIVE CRIMEN ILLVD NEFANDVM COMMISERINT, PROPTER QVOD IRA DEI VENIT IN FILIOS DIFFIDENTIAE:

Crim. XIV. AC OMNES, QVI IN ALIQVOD CRIMINVM INCIDERINT, PROPTER QVOD CLERICI, ET ALIAE PERSONAE ECCLESIASTICAE DEGRADARI, ET CVRIAE SECVLARI TRADI DEBERENT: *Aut,*

Crim. XV. QVI HANC EANDEM VIOLARE PRAESVMPSERINT *JMMVNITATEM*, ALIQVEM CAPIENDO, VEL EXTRAHENDO A LOCIS ILLAM TRIBVENTIBVS.

Quibus Criminibus comprehendentur etiam

Crim. XVI. OMNES, QVI AVXILIVM, AVT FAVOREM, VEL CONSILIVM, VEL RECEPTACVLVM, AVT ALIVD QVID SIMILE, DVMMODO LEGIBVS, IN QVIBVS DE PRINCIPALIBVS, ET FACIENTIBVS AGITVR, COMPREHENDANTVR, PRAESTITERINT, *Vt ſuis quidem locis melius dicetur.*

Deueniamus ergo ad Primum, quod eſt de Publicis Latronibus, viarumque Graſſatoribus, & videamus qui ſint, & qui non gaudeant hac Immunitate, iuxta verba textus ſuperius expreſſa.

SVM-

SVMMARIA.

Latrones publici qui? & late num.4.
Quotupliciter ſumi poſſunt, num.42.
Differunt a ſimplicibus, num. 5. & 8.
Item,
Differunt a Furibus, num.3. Item,
A Graſſatoribus viarum, num.6. & 35.
2 Fures an gaudeant hac Immunitate?
De quibus intelligitur? nu.3. & nu.16.
Conſueti furari quomodo vocātur, n.4.
Qua pœna teneantur, eis auxilium, vel fauorem dantes ad furtum faciendum? num.59.
Vel qui ſcienter rem furto ablatam celauerit? num.60.
Aduerſus eos quæ pœna ſit conſtituta? num.63. & duobus numeris ſeqq.
Cur minus quam raptores puniantur? num.66.
Conſilium eis dantes ad furandum, an teneantur aliqua pœna? num. 67. Item,
Et quando? num.68.
Iactam rem capiens, furto tenetur, num. 137.
Limita, niſi domino redditurus, eam ceperit, num.138.
Vel res fuerit habita pro derelicto, num. 143.
5 Textus in Authen. Sed nouo iure. C. de Seruis fugitiuis, examinatur.
6 Graſſatura quid, & vnde dicta?
7 Gomez. Variarum Reſol. lib.3. cap.10. nu. 2. verſic. Quod tamen intellige. declaratur. Itē & Clarus in §. Furtum. verſic. Scias tamen.
8 Doctorum ſententia, qui tenent, quod is, qui binam rapinam perpetratus fuerit, Publicus Latro cenſeatur, defenditur.
9 Menochius de Arbitr. Iud. lib.2. centur. 2. caſu 296. num. 17. reijcitur: & ibi Baldus in Auth. Sed nouo iure. C. de Seru. fugit.
10 Farin. Quæſt.28. num.51. confutatur.
11 Balli opinio lib. 3. Var. tractat. cap. 9. reijcitur.
12 Abigei an hac Immunitate gaudeant? Et qui ſint? num.13.
Huius criminis pœna eſt arbitraria, num.14.
15 Monetarum tonſores, fabricatores, & alij ſimiles an hac Immunitate gaudeant?
Moderare prout habetur in num.19.
Omnia bona amittunt: d. num. 19.
16 Rapina, & Furti differentia.
Quotuplex oriatur iniuria ex rapina? num. 17.
Cætera, quæ ad rapinam ſpectant, vide inf. Actio vi bonorum rapt. nu. 30.
18 Pœna corporalis minima maior eſt quacunque pecuniaria.
20 Pragmatica huius regni in To.1. tit.47. de Furtis, & rapinis. Pragmaticæ 1. 2. late examinatur, & an in eam incidentes gaudeant hac Immunitate?
Violentia, cuius in ea fit mentio, de qua intelligitur? num.29.
Extenditur ad eos, qui aliquem expellunt de re immobili, gratia mobilium, num.31.
Eius diſpoſitio quando verificetur? nu. 34. verſic. Quare, &c.
Extenditur etiam ad eos, qui in mari rapiunt, num.39.
An diſcrepet a iure communi? num.41.
Habet locum etiam in minima re, num. 42.
Limita prout habetur in num.146. & aliqq. numm. ſeqq.
Solum reos principales, qui ipſam rapinam perpetrauerint, comprehendit, num. 46. non obſtante alia Pragmatica, vt habetur in num.49.
Limita, prout habetur in num.74.
Sublimita, vt in num.81. & aliqq. num. ſeqq.
Incidentes in eam a quocunque accuſari poſſunt: & ex abrupto aduerſus eos proceditur, vſque ad pœnam mortis naturalis, cuius mentio in ea fit, nu. 50.

Solet

Solet tamen aliquando illa pœna mortis naturalis per Proregem in aliam mitiorem commutari, num. 51.
Ampliatur ad receptores, defenſores, ſeu auxiliatores Piratarum: Vide inf. num. 74. verbo, Pirata.
Ampliatur ad eos, qui aſſociauerint ipſos raptores, num. 108.
Quomodo autem ſumatur illud verbum in ea contentum, ibi (O in compagnia d'altri, &c.) num. 111.
Limitatur eadem Pragmatica, ſi crimen fuerit attentatum, & non habuerit effectum, id eſt, quod ſolum vis facta fuerit, nec vlla res ablata ſit, n. 116.
Quia non eadem pœna, cuius mentio fit in ea, Delinquentes puniri debent, num. 121.
Quomodo probandum quod in ea dicitur? num. 122. & aliqq. ſeqq.
Limitatur etiam quo ad illos, qui bona alicuius capiunt, quorum metu perterritus, illis bonis proiectis, ab eis aufugerit, num. 132.
Sublimita tamen quoad pœnam furti: quia licet non teneantur pœna præd. Pragmaticæ, furti tamen ſunt obnoxij, num. 136.
Niſi Vim facere parati eſſent, ſi reſiſtentem inueniſſent: quia perinde habeantur, ac ſi vim intuliſſent, num. 146.
Aduerſus contrauenientes non poteſt procedi, niſi per teſtes conſtet de diſrobatione, vel rapina, num. 144.
Poterit tamen aliquando, laborante fama publica, ex mero officio procedi, num. 145.
Limita eandem quoad res parui momenti, vt ſunt res comeſtibiles, veluti fructus, &c. num. 147.
Limitatur etiam, ſi quis rem ſuam per vim alicui abſtulerit, num. 155.
Amplia hanc limitationem ad eum, qui rem ſuam credens rapuerit, nu. 156.
Quæ huc uſque dicta ſunt locum an vendicent etiam in mulieribus? nu. 157.
Item,
An illarum atteſtatio de ſcientia, & de viſu admittatur? num. 165. & ſeq.
Appellationis remedium clauditur, nu. vlt. alias, 167.
21 *Vi quando factum dicatur?*
Perſona, & rebus fieri poteſt, num. 22.
Quando perſonæ fit? num. 23. &
Quando rebus? num. 24.
Limita, num. 25. & 26.
Quot modis committatur de Iure communi? num. 27.
Et quot de iure ſpeciali Regni? nu. 28.
Bonorum raptorum Actio, vide, inf. nu. 30. verbo, Actio Vi bonor. rapt.
Non præſumitur Vi factum, niſi probetur, num. 125.
Neq. ad hoc probandum ſatis erit iuramentum actoris, num. 126.
25 *Clauibus oſtia aperiens an Vi feciſſe dicatur? & num. ſeq.*
26 *Caietani, & Nauarri dictum, quod, & quos refert Iacob. Graffius, Deciſ. aurr. caſſ. conſc. par. 1. lib. 4. cap. 19. num. 5. in ſi. declaratur, dum volunt, quod ſurripiens claues, quibus ſeras aperiat, vim facere non dicitur.*
30 *Interdictum Vnde Vi quando detur: & num. 140.*
Contra quos competat? nu. 139. & 141.
30 *Actio Vi bonorum raptorum competit pro rebus mobilibus.*
Quandoque vero extenditur ad Immobilia gratia mobilium, num. 31.
Datur etiam pro minima re, num. 34.
Aduerſus quos competat? num. 59. & aliqq. numm. ſeqq.
Eius pœna, ſi ciuiliter agatur, quæ ſit? num. 65.
Limita, niſi Crimen non habuerit effectum, ſed ſolum fuerit attentatum, num. 116. & aliqq. numm. ſeqq.
Limita etiam, cum quis iactum quid eapiat ab eo, qui metu futuræ vis aufugit, num. 132. vſq. ad num. 143.
Niſi vim facere paratus eſſet, ſi reſiſtentem inueniret, quia ea. act. tenetur,

tur, nu. 146.

Limita, niſi quis rem ſuam ab alio extorſerit, quia non tenetur, num. 155.

Vel ſi forte aliquo errore ductus rem ſuam putauerit, num. 156.

Amplia omnia hac etiam ad mulieres, num. 158. & ſeqq.

32 Principaliter quod agitur, inſpicitur.

35 Graſſatorum, & Publicorum Latronum differentia.

36 Deciani lapſus in lib. 6. Trac. Crimin. cap. 28. num. 2. verſic. Cum igitur. dum ponit differentiam inter Publicos Latrones & Viarũ Graſſatores.

37 Maſtrillus ſuper Indulto, cap. 33. num. 7. & 8. declaratur, non officere Pragmatica Regni, tomo. 1. tit. 47. de Furtis, & rap. Pragmatica 1. & num. 57.

38 Caſus non expreſſus in iure ſpeciali, remanet in diſpoſitione Iuris cõmunis.

40 Peguer. relata in Deciſ. crim. 40. non officiunt diſpoſitioni Pragmatica Regni, de qua locuti ſumus ſup. num. 20. & ſeqq.

Muſcatellus in tract. Pract. crimin. rub. de Furtis, & rapinis. num. penult. & vltimo, declaratur.

45 Turbare in Campis, Graſſatio dicitur.

47 Leges pœnales ad alios in eis non comprehenſos, non extendendæ.

Punientes crimina, ſumuntur pro conſummatis, num. 120.

Quod contra Delinquentes diſponunt, plene probari debet, num. 123.

Intentioni potius, quam earum verbis inhærendum, num. 152. & nu. 154. in fi.

Æquitatem in ſe habere debent, num. 152.

Simplicitas illarum amica, num. 153.

48 Facere per alium, non vere, ſed ficte facit.

49 Pragmatica Regni tomo 1. Pragmati. tit. 48. de Pœna Clericorum, & Laicorum receptantium bannitos, num comprehendant eos, qui in illa Pragmatica tit. præced. 47. cuius mentio habetur ſup. num. 20. inciderint? & An faciens aduerſus eam, gaudeat hac Immunitate?

Differentia vtriuſque Pragmatica, nu. 52. & inibi declaratur alia Pragmatica to. 2. Pragmaticarum.

52 Pragmatica Regni to. 2. Prag. vlt. §. vlt. declaratur: & num. ſeq.

53 Nomina verbalia quomodo capiantur?

De quibus nominibus intelligitur, num. 54. & duobus numm. ſeqq. & in num. 81. & aliqq. ſeqq.

54 Bartoli intellectus in l. Mariti. §. qui quaeſtum. ff. Ad. L. Iul. de adult. & in l. Legatis ff. de Leg. 3. & nu. ſeq.

56 Graffij relata par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſe. lib. 2. cap. 89. num. 7. & 8. declarantur.

58 Accidens non eſt in conſideratione.

59 Rapinam perpetrantibus auxilium, vel fauorem dantes; vel eorum receptatores, aut fieri mandantes, qua pœna teneantur? vide ſup. nu. 30. in verbo, Actio bonorum raptorum.

Cur ciuiliter minus, quam Fures puniantur? num. 66.

Amplia quandoque ad præſtantes eis conſilium, num. 67.

Si homicidium ſequatur ex rapina, an tenentes de rapina, ſint quoque obnoxij homicidij pœnæ? num. 113.

61 Intellectus ad legẽ Si vendidero. §. Cum raptor. verſic. Is autem. ff. de Furtis.

Alius intellectus iuxta mentem Bartoli, num. 62. & 63.

67 Conſiliũ dans Furibus, vide ſup. in verbo, Fures, num. 2.

Contra conſultorem præſumendum? num. 68.

Ex conſilio quando quis tenetur, num. 70.

Quibus modis firmatur conſilium? nu. 71.

Et quando quis conſilium dediſſe dicatur? num.

Conſilium dare videtur, opem ferens, num.

num.78.

Large etiam, dans conſilium, opem præſtare dicitur, num.79.

69 Textus in l. Sæpe. §. Item dubitari. ff. de Verbo. ſignif. declaratur.

73 Opem ferre, quando quis dicatur? & num.111.

Natura quandam cognationem inter homines inſtituit, vt vnus ad alterius ſubſidium inducatur, num.82.

74 Pirata, et eorum fautores, receptores, & defenſores ſunt excommunicati, quorum abſolutio Papæ reſeruatur.

Inter hos Piratas qui comprehendantur? num.75.

Antiquitus etiam conſulentes comprehendebantur: ſecus autem his temporibus, reiecta contrariorum opinione, num.77. ſed.

Quod de illorum fautoribus, receptoribus, & defenſoribus dictum eſt, Limita prout in num. 81. & aliqq. ſeqq.

Limita etiam, quod de Receptatoribus dictum eſt, non habere locum inter patrem & filium: maritum & vxorem, num.87.

Etiam ſi fuerint ſpirituales, vel naturales tantum, num.88.

Vel ſi ad inuicem fratres ſe receptauerint, num.89. quamuis hoc ſit controuerſum: Sed concorda prout in num.91.

Extende quoque ad ſoceros, qui loco ſunt parentum, num.90.

Quod de Defenſoribus dictũ eſt, Limita vt in num.92.

Incidenter prædantes an incidant in excommunicationem? num.93.

Quid de eis, qui ſolum in fluminibus rapiunt? num.94.

Vel qui ex inimicitia contracta illud commiſerint? num.95.

Vt quis in præd. excommunicationem incidat, quid concurrere debet? num. 97.

Qui ſint huiuſmodi Piratæ: & Vnde dicantur? num.98.

Impune occidi poſſunt: ac eorum bona, cum quibus reperti fuerint in Regno, capientium efficiuntur, num.99.

Quod diximus de Receptoribus, Defenſoribus, Fautoribus, & ſimilibus, intellige, ſi ſcienter id fecerint, num. 100.

An omnes diſcurrentes Mare prædandi cauſa, incidant in excommunicationem? num. 104. cum tribus numm. ſeqq.

76 Clari relata in §. fi. Quæſt.77. verſic. Spoliantes Chriſtianos. ac inibi Sylue. & Innocen. reijciuntur.

77 Nauarri opinio ĩ Manuali cap.27. num. 59. confutatur, dum voluit, quod id, quod dicitur in Bulla Cœnæ Domini, de Piratarum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus, comprehendat etiam Conſultores: & per aliquos numm. ſeqq.

80 Excommunicatio non extendenda de caſu ad caſum.

81 Receptator, Defenſor, Fautor, & ſimilia nomina quomodo capiantur? & num.83.84. & 85.

Receptorum pœna non tenentur parentes & filij ſe ad inuicem receptantes; nec vxor maritum, num.87.

Extende etiam ad filios ſpirituales, vel naturales tantum, num.88.

Ac etiam ad fratres, num.89. quamuis huic contradicat Menoch. Sed concorda, vt in num.91.

Extende etiam ad ſoceros: quia loco parentum ſunt, num.90.

82 Natura homines inducit ad inuicem ſibi auxilium ferre.

84 Mora modica non dicitur mora.

85 Legentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, ſunt excommunicati, cuius abſolutio Papæ reſeruatur.

Legere quis dicatur? num.86.

92 Defenſores quando pœna tenentur.

96 Principaliter quod agitur, inſpicitur.

97 Diſcurrentes Mare prædandi cauſa; vide ſup.

de ſup. num. 74. in verbo, Pirata.

101 Scientia num præſumatur?

Quomodo probanda? num. 103.

102 Ignorantia quæ?

104 Bullæ Cœnæ domini, Cap. 3. tractans de Piratis, ſeu Latrunculis marinis, de quibus intelligatur: & quos comprehendat? Item,

Illud pronomen (Noſtrum) ibi contentum, dum dicit (Diſcurrentes Mare noſtrum) quomodo ſumitur? num. 107.

105 Pronomina, Meus, Tuus, Suus, & ſimilia, regulariter dominium ſignificant.

Sed aliquando quandam communitatem, vel reuerentiã, num. 106.

109 Raptores fœminarum qua pœna teneantur? Item,

Eorum fautores, vel qui eos ſuſceperint? num. 110.

111 Socius in delictis qui dicatur? & num. ſeq.

112 Guidonis Papæ ſententia in Deciſ. 423. num. 4. verſic. Imo quod plus eſt. cõfutatur, ex eo quod dicit; Aſſiſtentes in delictis, aſſociando ipſos Delinquentes, ſimplex præſtare auxilium.

113 Homicidij reus an ſit, qui aliquod crimen fieri mandauit, ex quo mors ſecuta fuerit? &

An teneantur mandantes aliquem occidi, vel fautores? num. 114.

Quid ſi proteſtetur ne occidat, ſed tantum rapiat, vel mutilet? num. 115.

117 Statuta punientia delicta, ſemper pro conſummatis intelliguntur.

Verba eorum quomodo intelligenda? nu. 118.

Quod diſponunt contra Delinquentes, plene probari debet, num. 123.

Diſponentia de damno dato, vt ſtetur iuramento damnum paſſo, vide inf. num. 128. verbo, Damnum.

119 Conatus an ſit delictum?

124 Metus an præſumatur?

127 Probatio vbi liquida requiritur, an ſufficiat iuramento probari?

Legitima quæ ſit? num. 131.

128 Damnum paſſus ex furto, ſi ſtatuto caueatur, quod de damno dato ſtetur eius iuramento, an poſſit illud per iuramentum probari?

129 Iuramentum an ſit liquida probatio?

Vel ſpecies probationis? num. 130.

133 Dubijs in rebus quæ interpretatio admittenda.

134 Reis potius, quam actoribus fauendum.

135 Obſcuris in rebus quid ſequendum?

137 Alienum quid iacens ſi quis ceperit, licet ignoret cuius ſit, furti pœnæ obnoxius eſt.

Niſi domino redditurus ceperit, num. 138.

Vel iactum fuerit habitum pro derelicto, num. 143.

139 Deiectus an dici poſſit, qui viſis armatis alio tendentibus, aufugit a poſſeſſione, quam poſtea dd. homines illam occupent?

142 Noſtrum quod non eſt, ad alios pertinere ſcire debemus.

Limita, niſi pro derelicto habeatur, nu. 143.

143 AEquitas non patitur, vt quæ in hominum vtilitatem introducuntur, duriter contra eorum commodum interpretentur.

149 Bonorum appellatione quid veniat?

154 Verba an potiora ſenſu exiſtere debeant?

158 Lex, Si quis in tantam. C. Vnde Vi. an comprehendat mulieres?

159 Maſculinum genus in odioſis an complectatur fœmininum?

Quid ſi odium ſit rationabile? num. 169.

Sed quando maſculinum concipiat fœmininum, vide remiſſiue ĩ num. 161. & in num. ſeq.

162 Audacia comprimendæ ratio maſculinũ, & fœmininum complectitur.

163 Fœmina quando excuſentur ab ignoran-

rantia iuris?
Quædam aliquando ex bannitis, & excurſores campaniæ; poſtea verò reſtitutæ, num. 164.
An illarum atteſtatio admittatur ad probandas rapinas, num. 165.
166 *Teſtes alias inhabiles quando admittantur?*

§. I.

PRIMVM in hoc Capite excipiuntur ab hac Immunitate Omnes ij, qui PVBLICI vocantur LATRONES; ſed ne res ita ſimpliciter deambularet, ſicut in Iure veteri diſpoſitum fuerat, *hoc eſt in præcitato cap. Inter alia. inſ. eo.* additum eſt per præſentem noſtram Conſtitutionem illud aliud adminiculum (VIARVMQVE GRASSATORES, &c.) quibus verbis clarius traduntur, & demonſtrantur qui ſint huiuſmodi Latrones ab hac excepti Immunitate, qui eodem modo a quampluribus veteribus Iuriſconſultis (quamuis non expreſſe fuerit declaratum in d. Iure veteri) capti ſunt, pro vt in diſcurſu ſermonis apparebit.

Hæc autem Conſtitutionis verba ſi bene perpendantur, videntur eſſe deſumpta ex Textu l. Capitalium. §. Graſſatores. ff. de Pœnis. & ex alio Tex. in l. 1. C. Quando liceat vnicuique ſine iudice, &c. vbi ferè eiuſdem Conſtitutionis verba habentur: hæc eadem iura allegant Doctores poſt Gloſ. *in d. cap. Inter alia.* ex quibus tradunt practicam cognoſcendorum huiuſmodi Latronũ, præſertim Gomez. *Variar. Reſolut. d. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 2. qui eos eſſe, ait, Publicos Latrones, qui in itinere publico, vel Mari furtum committunt: ſed nos melius infra dicemus. ſequitur tamen Gomez. *eo. lo.* inquiens, quod ideo in his caſibus pœna aggrauatur, quia vt plurimum ſimilia crimina non perpetrantur abſque homicidio; vnde propter eorum grauitatem hæc perpetrantes noſtra Immunitate priuantur. alia plura refert Farinat. *d. Quæſt.* 28. *num.* 50. multos allegans, quos infra trademus, ſingulis reſpondendo.

Pro vera huiuſce rei intelligentia aduertendum eſt, quod non omnis qui furatur in locis publicis, dicitur Publicus Latro; & per conſequens nec Immunitate priuandus eſt: quia
2 Fures regulariter gaudent huiuſmodi Priuilegio niſi: illi duntaxat, qui modo prædicto furtum commiſerint, *Gomez. lo. cit. verſic. Ex quo deducitur.* quod conſuetudine approbatum refert Clar. *d. quæſt.* 30. *verſic. Quæro an fures.* & Couar. *d. cap.* 20. *num.* 13. *verſic. Decimonono. in fi.* Sed hic parum facit, ſit ne conſuetudine approbatum, necne; quia cum ſimus extra caſum in hac Conſtitutione contentum, quæ ſolum de Publicis loquitur Latronibus, expreſſe videtur, quod cæteri Fures gaudere debent: & hoc idem voluit Ambroſinus *hic cap.* 2. *poſt num.* 3. licet Farinat. *d. quæſt.* 28. *num. ſeq.* 51. aliter dixerit, motus pluriũ locorum cõſuetudinibus, quæ per noſtram Conſtitutionem ad nihilum reducuntur. Nec mireris de eo, ſi hãc eandem Conſtit. allegauerit: quia illos omnes, quos ibi referr doctores, præceſſerunt hanc Conſtit. At quoniam ipſe, antequam eadem Conſtit. ederetur, illos Tractatus typis expoſuerat; idcirco non obſtabunt eidem. Sed licet in aliquibus poſtmodum impreſſis, nempe, in ſecunda, & tertia editione huius Conſtitut. meminerit; attamen quia non fuit Ius de nouo emergens, quod ille dixit ſuper hac eadem Cõſtit. ſed ſolummodo quod prius ſcripſerat, refert; ideo non debemus

mus ei inhærere. Vnde ex hoc de eo vehementer admiror, cum eiuſdem Conſtitutionis fecerit mentionem, & nihilominus eidem contradixerit, de quo ſup. *in Præfatione* ſatis quæſtus ſum. Sed aduerte, quod in hac poſtrema editione, quam tertiam puto, *in fi. d. num.* 51. poſt Decianum *lib.6. cap.*28. aliter ſentit, & pro nobis eſt eius opinio, dicens illam conſuetudinem eſſe prauam, ideo reijciendam. Vnde adhuc (petita prius venia ab eodem) non poſſum non admirari, eo quod apud eum Deciani ſcripta maioris fuerint efficaciæ, quã hæc ſanctiſſima, qua vtimur, Conſtitutio: hinc conſidera. Quapropter ſtante hac Conſtitutione non eſt aliter ab ea recedendum: & ſic Fures admitti debent omnino ad hanc Immunitatem; Quod colligitur etiam ex eorundem terminis, quia Fures a Latronibus differunt: tanto magis quod tractatur de Publicis: quia etiã Publici differunt a ſimplicibus. Vnde in hac præſenti Quæſtione de his Publicis duntaxat Latronibus tractandum eſt: reliqui vero ſub regula manent. Quare nos oportet pro maiori dilucidatione prius diſtinguere Latrones ſimplices a Furibus: poſtmodum vero ad Publicorum cognitionem deuenire.

3 Sunt † ergo Fures, qui occulte, & ſine armis delinquunt, hoc eſt, furantur. Latrones autem qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine: vel in domibus, vel in itineribus, vel in mari: *pro qua re extat optimus, & elegans Textus in Authen. Sed nouo iure C. de Seruis fugit. & melius, & clarius in corpore vnde ſumitur.* Quapropter illi primi in hac Conſtit. non comprehenduntur: cæteri vero ſubdiſtinguuntur eo modo, quo dicit Bart. *in d. Auth. num.*2. qui allegat d. §. Graſſatores. dicens illum textum intelligendum pro Publicis Latroni-

4 bus, non autem pro Furibus, † qui furari conſueuerunt: quia huiuſmodi dicuntur Fures Publici, non Publici Latrones: quia Latro eſt ille, qui per vim, &c. Sequitur poſtea dicẽs, quod qui non conſueuit furari per vim, ſed ſolummodo aliquibus vicibus, nempe ſemel, aut bis, nõ dicitur Publicus Latro, quamuis per vim, &c. Sed hæc diſtinctio Furũ & Latronũ probatur in l. Congruit. *ff. de Offic. præſidis*, ibi, (Nam & Sacrilegos, Latrones, Plagiarios, Fures conquirere debet, &c. Probatur etiam in cap. Fures, & Latrones, *infra, de Furtis* vbi ponuntur, vt diuerſi: quod ibidem notat Abb. *in num.* 1. *verſic. Tertio nouo*, adduceens Bart. in præcit. Authen. Sed nouo iure. Illud autem quod dicit de Publicis Latronibus & ſimpli-

5 cibus probat *præd.* Tex. † in Authen. Sed nouo iure, quę loquitur ſimpliciter de Latronibus, non de his Publicis, per illa verba.

„ *Latrones vero ſunt.*

Graſſatores autem, quia ſolent huiuſmodi comparari Latronibus, *vt in d.* §. *Graſſatores.* merito in hac Conſtitutione fit eorum mentio. Vnde dicit Nauar. *in cap. Aut facta. num.* 5. *de*

6 *Pœnit. diſt.* 1. quod Graſſatura † eſt aggreſſio, quæ fit in vijs, & nemoribus a Latronibus: Nam verbum, Graſſor, videtur eſſe frequentantium a verbo, Gradior: vnde graſſari eſt cum impetu, vehementia, & frequentia inuadere: quod faciunt, qui vias, & nemora obſident ad expoliandum veſtibus, pecunijs, & alijs rebus iter facientes: ideo frequenter illi vocantur Graſſatores: & actus ille, quo aggrediuntur, & ſpoliant, aut iniuria afficiunt, dicitur Graſſatura. Bart. autem poſtea *in d. Auth. Sed nouo iure in fi.* ſubdit eſſe ſeruanda ſtatuta locorum, quæ vigent in qualibet Italiæ parte,

parte, quod etiam refert Clarus; *vt*
*inf. num.*8. *dicetur*: pro qua re in hoc
Fideliſſimo Regno extat Statutum
quoddam, ſiue Sanctio Pragmatica-
lis, quæ aliquam ceſſare facit contro-
uerſiam: de qua latiſſime oportuit in
hac præſenti quæſtione pertractare,
vt inferius apparebit.

7 Primo † tamen hic ea, quæ haben-
tur apud Gomez. *lo. cit. hoc eſt, in d.*
*num.*2. *verſic. Quod tamen intellige*;
declarare oportuit, dum dixit, quod
committens tria, vel plura furta non
debeat hac Immunitate gaudere:
quia per talem conſuetudinem effici-
tur Famoſus Latro, *arg. d. tex. in l. Ca-*
pitalium. §. Famoſos. & d. Auth. Sed
nouo iure. iuncta Gloſ. ordinaria &
ibi communiter Doctores. quod ne-
ceſſario intelligendum eſt pro ijs, qui
per vim furta committunt, cuius furti
ſpecies dicitur Latrocinium: vnde
Doctores ab eo traditos non de ſim-
plicibus Furibus, qui abſque illa vi
furantur, locutos fuiſſe dicemus, ſed
de his Latronibus, ne illorum ſcripta
ab his ſupradictis iuribus diſcrepent:
tāto fortius, quia & ipſemet Gomez.
ijſdem fulcitur iuribus; nam huiuſmo
di, qui ſine vi illa pluries commiſe-
rint, Fures Publici, non Latrones,
prout ex Bart. traditum eſt, dicuntur;
quod dictum ſatis defendit Sotus, vt
ſtatim infra videbitur: alias enim qui-
libet pro tribus, aut pluribus furtis, e-
tiam minimis mortis ſupplicio pu-
niēdus eſſet, ſi ſimpliciter procederet
prædicta Gomez. opinio: Et hoc e-
tiam modo intelligitur, quod refert
Clar. *in §. Furtum. verſic. Scias ta-*
men. in princ. dicens, quod Fur, qui fu-
rari conſueuit, dicitur Famoſus La-
tro: quapropter qui tria furta com-
miſerit, quia plura dicuntur, de gene-
rali conſuetudine laqueo ſuſpenden-
dus eſt: allegat plures auctores, qui
omnes modo ſup. dicto intelligendi
ſunt. i. quando per vim, & ita in ter-
minis loquitur Emanuel Rodori-
quez *loco infra proxime citando*, qui
ſupradictos concordat auctores. Imo
Clarus plus dicit, quod ſecundum
8 † quoſdam ex duobus furtis quis Fa-
moſus Latro dicitur: quod etiam fa-
tetur Rodoriquez *in ſua Summa hi-*
ſpana qui *in prima par. Cap.*155. tra-
ctans de hac Immunitate, ſimiles La-
trones *in num.* 4. ab eadem excludit:
quæ forte opinio poteſt iure ſubſtine-
ri, per text. in l. Seruos. §. *viles. C. Ad*
Leg. Iul. de vi publ. cuius verba ſunt.

„ *Et hi, qui BIS, aut ſæpius vio-*
„ *lentiam perpetraſſe cōuincentur,*
„ *conſtitutionum Diualium pœna*
„ *teneantur.*

Clarus autem *in d. verſic. Scias tamē.*
ſubdit his verbis:

„ *Ego puto in hoc ſeruanda eſſe ſta-*
„ *tuta locorum, quibus non extanti-*
„ *bus, non crederem Furem, etiam*
„ *propter multa furta, eſſe pœna*
„ *mortis afficiendum, ſed obſeruari*
„ *debet Ius commune, vt citra mor-*
„ *tem puniatur.*

Hac ille. Vnde quantum ad hoc non
videtur diſſentire a dicto Bart. *in d.*
Auth. Sed nouo iure. ex quo diximus,
quod qui furari conſueuit, non dici-
tur Public⁹ Latro, ſed Publicus Fur:
& per conſequens ſi non eſt Publicus
Latro, non debet hac Immunitate
priuari. Hinc reijci† debet opinio Me-
9 nochij *in Tract. de Arbitr. Iud. lib.* 2.
cent. 2. *caſu.* 295. *num.* 17. qui tenet ex
Gloſ. & Baldo *in d. Authen. Sed nouo*
iure. & alijs doctoribus, quos non re-
fert, quod committens tria furta, etiā
leuia, capitis pœna feriendus eſt: quā
opinionem communem dicit ex Ce-
polla Veron. *in d. Auth. nu.* 92. quam-
uis ipſemet Cepol. Contrarium tue-
ri conetur: Sed ob hoc non debet re-
prehendi, imo iuſtiſſima ratione lau-
dari; ac etiam ibi Menoch. Clarum
refert,

refert,quem impudenter reſpuit,cum
in hoc plus præualeat Clari auctori-
tas, quam quorumuis aliorum, eo
quod legibus fulcitur. Imo Bald. *in d.
Auth.* plus dicit, vt .ſ. faciens ingens
furtum,etiam ſi primum fuerit,furcis
ſuſpendi debet, cuius dicta ſano cum
intellectu reprobat Sotus *in Tract. de
Iuſt. & Iur. lib. 5. quæſt. 3. art. 3. in fi-
ne*, dicens:

,, *Reſp. Baldi nulla eſt: Primum e-*
,, *nim Latrones non ſunt cenſendi*
,, *ex actuum ſolum frequentia, ſed*
,, *ex modo, nempe, quia vim infe-*
,, *runt, & rapinis perturbant Rem-*
,, *publicam; atque illi duntaxat iu-*
,, *re deputantur neci; Fur autem li-*
,, *cet identidem peccet, ſi tamen id*
,, *ſemper latenter, ita vt neque pu-*
,, *blicas vias obſideat, neque irru-*
,, *ptionem in ædes faciat, nec cædem*
,, *offerat, non cenſetur Latro: quare*
,, *gaudere debet Priuilegio Eccleſia-*
,, *ſtico, ſi ſe in Sacrum recipit. At-*
,, *que adeo multo minoris probabili-*
,, *tatis habet ſecundum aſſertum,*
,, *quod quia ingens furtum æqui-*
,, *pollet tribus, dignum ſit morte:*
,, *Nam licet æquipolleat in quanti-*
,, *tate, non tamen in modo, vt repu-*
,, *tetur Latrocinium, quamuis pro-*
,, *pter inſignem audaciam imagi-*
,, *nem eius gerat.*

Hæc Sotus. Et ſup. *in art. præced.* op-
time diſtinguit Furtum a Rapina,
quæ vt ſpecies diuerſas differre, ait:
de quo latius tractabimus & nos ali-
bi *in quodam tractatu de Furtis, cap. 1.*
Sed hæc, quæ huc vſque dicta ſunt,
comprobantur a Deciano. *d. lib. 6.*
10 *cap. 28. num. 4.* Cæterum quicquid †
dicat Farin. *d. quæſt. 28. num. 51.* nul-
la ſubſtineri poteſt ratione, eo quod
ibi refert huiuſmet Conſtit. verba: &
poſtmodum dicit aliter de conſuetu-
dine ſeruari, tradens pro hoc aliquo-
rum veterum Doctorum auctorita-
te, quorum ſcriptis parum, imo nihil
huic Conſtitutioni obeſſe poſſunt,
cum per eandem illis ſit penitus de-
rogatum: extat tamen nunc pro no-
bis eius ſententia, vt diximus ſupra,
11 *poſt num. 2.* Hinc etiam † reijci debet
opinio Domini de Ballis, *lib. 3. Var.
tract. cap. 9.* dicentis, eos, qui violen-
ter furtum committunt, etiam ſi plu-
ries illud perpetraſſent, non dici Pu-
blicos Latrones, ſed ſimplices: quod
ex ſupra relatis ſatis conſtat, ſint ne
ſimplices an publici, ſiue Famoſi: &
hæc ſententia noſtra comprobatur
auctoritate domini de Muſcatello *in
Tract. Pract. crim. de Cognit. ſeu pro-
batt. delict. tit. de Fur. & rap. ſub rub.
de Prædictis pœnis a num. 33. vſque ad
num. 37.* qui allegat Cepollam *in d.
Authen. Sed nouo iure.* quem etiam
allegauit pro ſe d. de Ballis: & cum
his tranſit Decianus, *d. cap. 28. num.
2. poſt med. verſic. Sed poſſet dubitari.*
qui æquiparat Publicos & Famoſos
Latrones, dicens inter hos nullam eſ-
ſe differentiam, ſed illi, qui Publici
vocãtur, ideo Famoſi dicuntur, quia
forſan de eis extat publica fama.

12 Quibus ſic ſtãtibus putarem † A-
bigeos non eſſe ab Eccleſia extrahen-
dos, vel ab alijs Locis Immunitatem
hanc concedentibus, quamuis in ne-
moribus, aut vijs publicis agrorum
oues, aut pecora, vel alia iumenta,
brutaue contrectent, quia non poſ-
ſunt dici Publici Latrones, iuxta ſu-
pradictorum iurium diſpoſitionem,
dummodo huiuſmodi Abigei non vi
paſcua furentur: quia ſi vi, ſecus dice-
rem. Vi autem intelligitur factum eo
modo, quo ſtatim inferius dicemus.
13 Si quis forte quærat, qui † ſint hi Abi-
gei? Reſp. quod ſunt ij, quibus eſt cu-
ra alienis inſidiari animalibus, aut iu-
mentis, & ea alibi tranſponere, *text.
eſt in Authen. de Nupt. §. Cæteræ vero.
verſic. Si igitur ibi* (*Aut vnum eorum,*

qui

qui appellantur Abigei.) Gomez.autẽ
*d.lib.3.Var.reſol.cap.1.nu.13. poſt
d.tex.* plura tradit circa hanc materiã
furtorum: ſed præſertim quoad hanc
14 rem dicit,quod huius † criminis pœ-
na eſt arbitraria, & vbi frequentius
perpetratum fuerit, duriſſime puniri
ſolet. Sed ad hoc, vt quis Abigeus pro
vnica vice duntaxat dici poſſit, requi-
ritur, vt furetur quendam numerum
animalium: ſecus vero ſi frequentius,
vel ſæpius: quia tũc ſufficit, quod vni-
cum tantum animal furatus ſit: *ita
ſonant verba text.in l.fi.ff.eo.ibi,(Qui
ſæpius abigerunt, licet ſemel vnum,vel
alterum pecus ſurripuerint, tamen A-
bigei ſunt,&c.)De his plura videri po-
terunt apud Gomez. loco ſup.cit.* Sed
hæc ſane procedent, quoties quis ex-
tra Loca Immunitatem tribuentia
capiatur; ſecus vero dicendum eſt, ſi
in Sacrum ſe recipiat: quia quantum
ad corporalem pœnam ſecurus eua-
det.

15 Hinc etiam nec † ab huiuſce Im-
munitatis beneficio Tonſores mone-
tarum debent excludi; quia nemini
vim faciunt: ſed licet reſpectu rei ſu-
blatæ Publici dici poſſint, cum.n.ipſa
moneta Publica res dicatur, non ob
hoc ſequitur, eos publicos dicendos
eſſe Latrones, ſed potius iuxta men-
tem Bart.*in d.Auth.Sed nouo iure.* Pu-
blicos Fures vocarem a furuo, quia
clam faciunt, *argum. tex. in l.Sacrile-
gij.§.qui cum.ff. Ad L. Iul.pecula. ibi
(Sed furtum publicæ monetæ feciſſe;
&c.) Concordat text. in l. Sacrilegi. §.*
16 *Labeo.ff.d.tit.* Nam multum † diffe-
runt inter ſe Furtum in ſpecie ſum-
ptum, prout in hoc caſu, & Rapina:
quia in huiuſmodi furtis vnica conſi-
deratur, vel ſit iniuria, quæ tendit ad
ipſam rem furto ſubtractam: ex Ra-
17 pina † autem duplex oritur iniuria:
altera tendit ad rem: altera vero ad
perſonam, *D.Tho.2.2.quæſt.66.art.
9.in Corp.& quæſt.73.art.3.ad.2.Itẽ
quæſt.116.art.2.ad 1.& quæſt.144.
art.2.ad 4.* Vnde conſiderata quali-
tate criminis, aliter eſt dicendum de
his, & aliter de illis; quia, (vt bene re-
cordor) dicere ſolemus, quod pœna
18 † corporalis minima maior eſt qua-
cunque pecuniaria, *per text. in l. In
ſeruorum. in fi.ff. de Pœnis.* Quapro-
pter cum huiuſmodi Fures nemini
vim faciant, non debent hac Immu-
19 nitate priuati. Sed quamuis † Immu-
nes erunt quoad pœnas corporales,
putarem tamen in hoc caſu, quod nõ
poſſent euadere pœnas pecuniarias,
quæ de iure eſt omnium bonorum
publicatio, *teſte Claro in §.fi. quæſt.
78. verſic. Multa autem. ibi, (Item
falſa moneta.) Et ibi ſe remittit ad
§. Falſum. vbi verbum nullum. Vide
tamen Menoch. de Arbitr. Iud. cent.
4.caſu 316.vbi plura de his refert: atq.
etiam Couar. de Veterum collatio. nu-
miſmatum. cap.* 8. Sed ne ſuper hoc
aliqua dubitatio contingat, extant v-
tique terrarum Statuta particularia,
imponentia plures & diuerſas pęnas;
pręſertim hanc bonorum publicatio-
nem, prout habemus in hoc Regno
*ex quadam Pragm. tom. 1. tit. 72. in
princ. vſq. ad §. 6.* Et ratio non inef-
ficax eſt: quia ſicuti fures res furto
ſubtractas reſtituere tenentur, rema-
nentibus tamen ex hac Immunitate
liberis quoad alias pœnas ciuiles; vel
ſi non habent rem reſtituendi facul-
tatem, eius æſtimationem præſtabũt,
*iuxta regulam illam in libro. 6. in cap.
Peccatum. vbi copioſe Couar.* Ita quo-
que qui graſſatus eſt in his furtis, om-
nia ſua bona perdere debet: quia de
iure præſumitur omnia illa bona ex
hac induſtria quæſiuiſſe, quamuis a-
liunde illa habuiſſe appareat: & ratio
ea eſt: quia bona ire, & redire ſolent
*iuxta mentem tex. in §. In fraudem.
verſic. ſæpe enim. Inſtit. Quibus ex*

cauſis manumit. non li. ſed de hoc di-
cas, vt habetur infra, Cap. ſeq. §. III.
Et hæc erit illa ſatisfactio faciēda ab
huiuſmodi reis, (de qua ſup. *ĩ Defini-
tione* locuti ſumus) quæ non modica
erit. Idem dicerem de monetarum
fabricatoribus, & ſimilibus: quia licet
committant Læſæ Maieſt. crimen, *vt
pleniſſime tradit Decian. lib. 7. d. Tract.
crim.* in hac tamen noſtra Conſtitu-
tione huiuſmodi rei non comprehen-
duntur: quia eos tātum excludit reos
Læſæ Maieſtatis criminis, qui in
perſonā ipſiuſmet Principis aliquid
moliti fuerint: Vnde & reliqui gau-
debunt. Sed de hoc plenius dicemus
inf. §. VII.

Redeo igitur ad rem noſtram, &
capiendo hos Publicos Latrones,
qui hac Immunitate priuandi ſunt,
20 dico, quod in hoc † quidem ceſſat in
parte illa controuerſia, de qua locuti
ſumus, ob quandam Pragmaticalem
Conſtitutionem *in d. To. 1. Pragmm.
ſub rubr. de Furtis, & Rapi. tit. 47.
Pragm. 1.* vbi diſpoſitum eſt, quod
committentes furta in vijs publicis
campaniæ, vel in ipſamet campa-
nia, ſi violentia interueniat, quamuis
primum, vel minimum ſit furtum,
pœna mortis naturalis afficiuntur: &
hoc eſt id, quod dicit Bart. & Clarus,
quod in huiuſmodi re ſeruanda ſunt
Statuta locorum: hæc quidem Con-
ſtitutio ſiue Pragmatica ſanctiſſima
dici debet, cuius ſimilis eſt etiam in
Regno Neapolis, & forte in pluribus
mundi partibus, vt dixit quoque *ibi-
dem* Bart. Et ratio eſt; quia aliquan-
do huiuſmodi Latrones, imo ſæpiſſi-
me, noſtris præſertim temporibus, vt
recordor, etiam pro minima re viato-
res, alioſque homines necare ſolent:
Quare propter illam violentiam in
dictis locis aggrauatur pœna, quam-
uis ſemel tantum id commiſſum fue-
rit: vnde nec valebūt ſe tueri hac Im-
munitate: quod confirmat Dominus
de Maſtrillo *ad Commentaria Indulti
huius Regni, cap. 33.* quam rem latius
examinare curabimus, *vt infra in
verſic. ſeq. & per totum reſtans appa-
rebit.* Vnum tamē hic Notabis, quod
quoties locum obtinebit hæc Prag-
matica, toties Reis claudetur ianua
ad huiuſcemodi Beneficium.

At quoniam in d. Pragmatica agi-
tur de violentia; videre oportet,
quando Vi factum dicatur, & de qua
violentia tractetur. Vnde ſciendum
21 eſt, quod Vi † tunc factum dicitur,
qua de re quis cum prohiberetur, fe-
cit, *l. Vi factum. ff. de Reg. iur. concor-
dat textus in l. 1. §. quid ſit. ff. Quod
22 vi, aut clam.* Poteſt † autem Vis du-
pliciter conſiderari, vel fieri, Perſonæ
23 ſcilicet, & Rebus: Perſonæ † tunc fit,
quando a non ſponte dante, res ali-
qua ab eo actu detenta, aufertur, vel
extorquetur: nec intereſt, an res in bo-
nis eius ſit, nec ne: nam ſufficit eſſe ex
bonis. Quare ſiue locata, ſiue etiam
pignorata, ſiue depoſita ſit res penes
eum, cui Vis fit, ſic vt interſit eius
eam rem per Vim non auferri, (veluti
ſi in depoſita re culpam quoque pro-
miſit) ſiue bona fide poſſideat, ſiue
vſumfructum quis habeat in ea, vel
quid aliud iuris, vt interſit eius non
rapi, dicendum eſt ei competere acti-
onem Vi bonorum raptorum, non
vt dominium accipiat, ſed illud ſo-
lum, quod ex bonis eius, qui rapinam
paſſus eſt, ideſt, quod ex ſubſtantia e-
ius ablatum eſſe proponatur. Et ge-
raliter dicendum eſt, ex quibus cauſis
furti actio competit in re clam facta,
ex eiſdem cauſis omnes habere actio-
nem Vi bonorum raptorum: *Hæc
ſunt verba text. in §. Sane in hac. Inſtit. Vi bonor. rap. quæ ſunt deſumpta
ex l. 2. §. & generaliter. ff. eod.* In his
ergo caſibus conſequenter locum ob-
tinebit præſens præd. Pragmatica,
dum-

dummodo eo loci factum fuerit, vt
24 dictum eſt. Rebus † autem Vi factum
dicitur, quando effringuntur oſtia,
feneſtræ, vel muri alicuius domus ad
diſrobandum; ſiue in Vrbibus, hoc
eſt, in locis inhabitatis, ſiue extra, *tex.
eſt in l. Is qui. §. ſi quis de monumento.
in fi. ff. Quod vi, aut clam.* Nec inte-
reſt, an domus ſit lapidea, vel lignea:
quia qualiſqualis ſit, dummodo ſolo
cohæreat, Vi fieri dicendum eſt, *l. 1.
§. plane ſi quis. ff. de Vi, & vi arma-*
25 *ta.* Sed ſi quis † ſeras clauibus ape-
ruerit, ſiue eas ſurripuerit, aut extorſe-
rit, vel aliunde habuerit, iuxta Do-
ctorum ſententiam, quam commu-
26 nem ait Nauar. † *in d. Manua. cap. 27.
num. 94. in fi.* non dicitur Vi feciſſe,
& idem dicit de Graff. *par. 1. Deciſſ.
aurr. caſſ. conſc. lib. 4. cap. 19. num. 5.
in fi.* poſt Caiet. quem tradit etiam
Nauar. *lo. cit.* & alios. Ego autem
hoc non ita ſimpliciter intelligẽdum
eſſe puto: quia qui clauem alicui ex-
torſerit, Vi perſonæ feciſſe videtur:
qui tamen modus extorſionis conſi-
derari debet, an blandulis verbis, vel
alio modo, ita vt Vis abfuerit; alias
cauendum.

27 Violentia † vero, de qua tractatur,
non debet intelligi pro quacũque, cũ
poſſit eſſe multiplex: Nam ſecundum
Doctores quinque modis committi
poſſe fertur, vel quintupliciter eſſe di-
citur, Expulſiua. ſ. Turbatiua: Inquie-
tatiua: Ablatiua: & Cõpulſiua: *ita de-
clarat Bart. in l. Extat. ff. Quod metus
cauſa. & poſt eum, & alios magis plene
tradit Menoch. in prælud. de Recuper.
poſſeſ. num. 38. cum quinque ſeqq. Ia-
ſon in l. Si quando. nu. 1. & alys quin-
que numm. ſeqq. C. Vnde vi. Gail. de
Pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 4. & plu-
res alij, quos refert Cumia ſuper Ritu
huius Regni, cap. 40. num. 2.* Sed in Re-
28 gno † hæc Violentia reſtricta eſt ad
quatuor tãtum caſus per Cap. Regis
Ferdinandi, *inter capp. huius Regni e-
iuſdem Regis ordine ſuo,* 54. cuius me-
minit Cumia *d. lo. ſup. cit.* Hinc ſci-
29 endum, quod in † caſu præſentis no-
ſtræ Pragmaticæ locum habet Vio-
lentia Ablatiua, quæ committitur in
rebus mobilibus, vel ſe mouentibus,
*tex. eſt in l. 1. C. Vi. bon. rapt. & ibi
Azo in Summa. num. 2. Menoch. vbi
ſup. num. 40. & plenius in Remed. 13.
Recup. poſſes. num. 20.* quod patet in
illis verbis ipſiuſmet Pragmaticæ,
ibi:

» *Con violentia commetterãno Rob-*
» *baria, o Furto di Dinari, di Rob-*
» *be, di Animali di qualſiuoglia va-*
» *lore, &c.*

Quæ ſane verba important contre-
ctationem. Secus igitur erit in rebus
30 † ſtabilibus, ſiue immobilibus: quia
cum non detur actio Vi bonorum ra-
ptorum, ſed Interdictum Vnde Vi,
*prout in Iuribus ſubnixis tit. ff. de
Vi, & vi armata. & alij tit. C. Vnde
vi.* per conſequens, nec procedet diſ-
poſitio prædictæ Pragm. Niſi in caſu
31 † quando quis expellitur de re immo-
bili, in qua fuerint mobilia: quia tunc
gratia mobilium, etiam Vi bonorum
rapt. agi poterit, præter prædictum
Interdictum, Vnde Vi, *vt ff. de Vi, &
vi arm. d. l. 1. §. ſi fundus.* Dummo-
do fiat illa Vis principaliter ad diſro-
bandum, quod bonus Iudex ex qua-
litate perſonarum, cauſæ, & temporis
arbitrabitur, in quo onero eius con-
32 ſciẽtiam. Quia ſẽper † id, quod prin-
cipaliter agitur, inſpicitur, *l. Si quis
cauſam. ff. Si certum pet.* Ex his ergo
collige, & tene menti, quod quoties
33 † contra eos, qui in locis campeſtri-
bus deliquerint, habet locum actio
Vi bonor. rap. toties procedet diſpo-
ſitio eiuſdem Pragmaticæ, quæ lo-
cum habet etiam pro minima re, que-
34 madmodum & illa † actio, *vt in princ.
Inſtit. eod. tit. ibi: (Quæ actio vtilis*

eſt, etiam ſi quis vnam rem, licet Minimam, rapuerit.) Eſt etiam tex. in l. 2. §. ait Prætor. ff. d. tit. dum tamen eo loci fiat, vt in d. Pragmatica continetur.

Quare quantum ad id, quod principaliter requiritur in ipſa Pragmatica, eſt, quod furtum fiat violenter: Secundo in locis campeſtribus, vel deſertis. Vnde, Si quis in alijs locis inhabitatis furtum, aut melius, tapinam commiſerit, niſi frequentatis, & iteratis actibus illam perfecerit, non poterit dici Publicus Latro ſecundum ea, quæ relata ſunt: & per conſequens gaudere debet hac Immunitate: & in his terminis videtur loqui Decianus *d. cap. 28. alias 29. eiuſdem lib. 6. num. 2. post princ. in verſic. Differre autem putarim.* licet differen-
35 tiam † ponat inter Publicos Latrones & viarum Graſſatores, dicens, quod Graſſator eſt qui viatores in vrbe obſidet: Latro autē qui foris, per præd. text. in l. Capitalium. §. Graſſatores. dum ille textus inquit his verbis:

„ *Graſſatores, qui prædæ cauſa id*
„ *faciunt, proximi Latronibus ha-*
„ *bentur: & ſi cum ferro aggredi,*
„ *& ſpoliare inſtituerunt: capite*
„ *puniuntur: vtique ſi ſæpe ſæpius,*
„ *atque in itineribus hoc admiſe-*
„ *runt.*

Vnde ex hoc videtur caſus diſtinctus ille de Publicis Latronibus, ab eo de Viarum Graſſatoribus: ſed quia ad idem tendunt, ideo vnicus, diuerſus tamen, ſeu diſtinctus reſpectu locorum eſſe dicitur, vt idem Decian. ait
36 † *lo. cit. in ſeq. verſ. Cum igitur.* Quamuis idem *ibidem* dixerit de ijſdem Publicis Latronibus, quod de Viarum Graſſatoribus, qui vtrunque caſum confundit, tenens eodem modo procedere: nam ſiue in vijs, ſiue in locis inhabitatis quis ſurripuerit, ſiue foris in Campis, oportet, vt quis pro tali habeatur, pluries illud commiſiſſe: nec ſufficere, vt Publicus Latro dicatur, quod ſemel tantum, aut bis, ſed ter, aut pluries ille actus frequentetur, ſicut dixerat de Viarum Graſſatoribus: quare directe ſibi ipſi contrarius eſt. Sed nec textus præd. diſtinguit, an foris, vel in locis inhabitatis quis graſſetur: imo potius Graſſatores sūt qui foris aggrediuntur, iuxta ea, quæ diximus ex Nauar. *ſup. nu. 6.* & Muſcatello *inf. num. 45.* dicemus. Et tenendo hāc primam opinionem, quæ de Iure verior eſt, illā ſatis examinare conabimur, prout vires poterunt noſtræ, vt in ſequentibus patebit.

37 Sed nec relata † a Domino de Maſtrillo *ſuper Indul. d. cap. 33. num. 7.* prædictis obſtabunt: quia illa procedunt iuxta diſpoſitionem illius Indulti, vbi Latrones ſimpliciter excluſi fuerunt ab eius beneficio: quare ſi quis ſemel tantum, & vbique locorum illud commiſerat, omnino excluſus erat ab eo, cum nec de Publicis, nec de Graſſatoribus loquatur prædictum Indultum, ſed ſolum de Spoliatoribus viatorum, & Dirubatoribus ſtratarum: quæ nomina licet ſint verbalia, quæ videntur non debere verificari vnico actu; non tamen illa regula, quam tradunt Doctores, in his nominibus procedit, vt ſtatim infra dicetur. In caſu autē noſtræ prædictæ Pragmaticæ ſecus erit dicendum. quoniam ij tantum in ea comprehendūtur, qui in Campis rapinam
38 perpetrauerint. Vnde præter caſum † ibi expreſſum, reliqua remanent iuxta diſpoſitionem Iuris communis, *vt notant communiter DD. per text. in l. Cōmodiſſime. ff. de Lib. & poſth. Abb. Conſil. 75. num. 2. lib. 1. Bart. in l. Si extraneus. num. 1. ff. de Condit. cauſa data.* quod non videtur diſtinguere, an in Campis, vel in locis inhabitatis ſimilia perpetrata fuerint.

Extēn

39 Extende † quoque hãc Pragmaticam ad eos, qui in Mari furtum violenter committunt, *per d. Auth. Sed nouo iure. C. de Seruis fugit. Gomez. d. num.*2. Et licet Domin⁹ de Maſtrillo *in d. cap.* 33. *num.*10. *& ſeq.* plurium Doctorum auctoritates in terminis huius Pragmaticæ referat; illas tamẽ nec mihi neceſſarias, nec etiam probabiles hic reputo, cum ſatis liqueat Mare partem eſſe campaniæ: imo ea pars eſt omnium aliarum deſertiſſima, ita vt propter eius deſertionem pœnæ etiam de Iure communi aggrauẽtur, quamuis ad actum proximum deuentum non fuerit: quia in foro animæ arduis ligantur pęnis talia perpetrantes, prout melius inferius videbitur. Quapropter nec huiuſmodi gaudebunt Beneficio, *Maſtrill. d. cap.* 33. *num.*11. Et ſecundum hæc ſupradicta intelligi debet Text⁹ in l.18. tit. 14. 7. Partitt. quem allegat Gomez. *d. Var. reſol. eod. lib.* 3. *cap.* 5. *num.*
40 10. *in fi.* & illa Deciſio † Peguer. *num. ſuo* 40. quam refert d. de Maſtrillo. *eo. cap.* 33. *num.* 7. vbi poſt longam diſputationem concludit, quod qui ſemel graſſatus eſt in via publica, non poteſt nuncupari Publicus Latro, & per conſequens gaudere debere, ait, hac Immunitate: ſed illud poſſet procedere ſecundum diſpoſitionem Iuris communis, quod non diſtinguit, an in locis campeſtribus, vel inhabitatis huiuſmodi rapinæ fuerint commiſſæ, ſed tantum ſimpliciter loquitur, vt ſunt illi prædicti Textus in d. l. Capitalium. §. Graſſatores. & §. Famoſos. *ff. de Pœnis.* & in d. Auth. Sed nouo iure. Sed licet d. §. Famoſos, loqui videatur de illis qui pluries ſimilia perpetrati ſunt, & nos ſup. Publicos Latrones his Famoſis comparauerimus; Reſp. tamen, quod ille §. intelligi debet pro illis, qui in dictis locis habitatis rapinas commiſerint: quia ſi de alijs intelligeretur, abſurdũ ſequeretur: Sed quoniam Maleficia loco, & tempore diſtinguuntur, ideo grauius delinquunt qui in Campis, quam qui in Vrbibus, & alijs habitatis locis rapinas faciunt: vnde grauius puniri debent, *text. eſt in l. Aut facta. §. locus. cum. §. ſeq. & §. euenit. ff. de Pœnis.* Igitur nil mirum ſi hoc Iure Statuario qui in dd. locis † campeſtribus rapinam, etiam minimam committunt, Publici censẽtur Latrones, cum etiam nec diſſonum videatur hoc Statutum, ſeu Pragmatica ab eodemmet communi Iure, ſi bene perpendantur verba Textus in l. 2. C. Quando lice. vnicuique, &c. qui Tex. expreſſam mentionem facit horum perpetrantium rapinas in ijſdem Cãpis, quos appellat Publicos Latrones, ibi;

„ *Cuncti etenim aduerſus Latrones*
„ *Publicos, &c.*

Et nihilominus ibi nulla fit mentio eorum, qui multiplicatis vicibus rapinam commiſerint: imo eius contrarium colligitur ex combinatione vtriuſq. Textus, ideſt, d. l. 1. & eiuſdem ſequentis. Vnde Iuri communi per hanc præſentem Pragmaticam non videtur derogatũ. Sed quicquid ſit, quia communiter a Iureconſultis aliter intellectum eſt, ideo ſuper hoc nõ inſiſtam; Sed pro præſẽti Quæſtione faciunt ea, quæ diximus ſup. *num.* 6. *& num.* 36. vbi tradidimus quandam differentiam Publicorum Latronum a Graſſatoribus: ſed in hoc videtur etiam pro nobis eſſe idemmet Peguer. dum ait, quod qui ſemel graſſatus eſt non dicitur Publicus Latro; ergo, ſi dicitur Graſſator, verificatur diſpoſitio Pragmaticæ cum diſpoſitione Conſtitutionis noſtræ, quæ requirit graſſaturam; quod intelligere debemus pro ijs, qui in locis campeſtribus, prout in eadem Pragmatica

conti-

continetur, rapinam perpetrauerint; Ergo ſi, dum quis ſemel tantum rapinam commiſerit in locis campeſtribus, Graſſator dicitur, merito reijcienda eſt opinio dicentium, eos non eſſe priuandos hac Immunitate, qui tantum vnica vice rapinam perpetrauerint modo prædicto, quemadmodum tenet Ambroſinus *in ſuo pracit. tract. ſuper Hac Conſtit.* qui *in cap.3.* voluit minime locum habere Statuta particularia, quæ communiter vigent in diuerſis mundi partibus; imo fere per totum Orbem terrarum huiuſcemodi Statuta reperiûtur. Sed quoad hoc plus alijs deceptus mihi videtur, cum vt caſum diuerſum diſtinxerit huiuſmodi Graſſatores a Publicis Latronibus, *vti eum videre eſt in præcedenti cap. d. tract.* Quapropter ſi differunt, ſecundum eiuſdemmet differentiam omnino ſunt excludendi, nõ obſtante, quod ipſe cum Deciano teneat, hoſce Graſſatores illos eſſe, qui in ciuitatibus, aliiſue locis inhabitatis rapinas commiſerint: Vnde ſiue in Campis, ſecundum nos: ſiue in Ciuitatibus, vel in alijs inhabitatis locis, ſecundum Ambroſinum, & alios ab eo relatos, qui vnicam perpetrauerit rapinam, cum ex illo vnico actu Graſſator dicatur, (cui ſententiæ ipſemet aſſentitur *in pracit. cap.3. num.2. toto, & num.4.* dum Peguer. *in d. Deciſ.40.* allegat) conſequens eſſet, quod priuari deberet hac Immunitate, cum verificẽtur verba (vt diximus) Conſtitutionis noſtræ. Sed hoc quod ex Deciano refert, abſit: quia ſecundum nos illi ſolummodo excluduntur, qui in dictis locis campeſtribus rapinas committunt, cum ij Graſſatores dicantur, iuxta ſuperius relata *in d. nu. 6.* & inferius habetur *in num. 45.* & cum hæc ſententia veriſſima ſit, iure optimo quamlibet aliam huic Peguer. & Ambroſini ſimili reijci oportet, quorum meminit Dominus de Maſtrillo *Deciſ. 143. num. 9. in lib. 2. Deciſionum, nouiter typis expoſito*: licet idemmet contrarium tenuerit, quem pro nobis ſupra, *num. 20. in fi.* tradidimus.

Cenſerem tamen Ambroſini ſententiam ſortiri quendam poſſe effectum ſecundum ipſummet commune Ius, quo non puniuntur naturali morte ſimiles facinoroſi, ſicuti in præcitata Pragmatica diſpoſitum eſt. Quare cum fugient ad Immunitatis Loca, puniendi erunt iuxta d. §. Graſſatores, qui textus mitius, quam dictum eſt, eos punit: & quandoque, præter dictum confugium ad Eccleſiam, ita iudicare vidi, vt inferius dicetur *in num. 51.* Vnde non erit eis inutilis huiuſmodi Eccleſiaſtica Tutela: quia Epiſcopus pro eis intercedere debet apud Iudicem temporalem, vt citra pœnam mortis eos puniat, *ſecundum ea, quæ habentur infra §. III. poſt num. 56. quibus addi poſſunt etiam quæ dicentur infra Cap. ſeq. §. III.* Quare ſecundum hæc tripli-
42 citer † conſiderari poſſunt huiuſmodi Publici Latrones. Primo quando rapinas perpetrauerint in locis inhabitatis: Et tunc, vt pro talibus habeantur, oportet pluries diſiobaſſe: & cum hoc caſu cõcordant omnes Doctores. Secundo, quando in locis campeſtribus, pro vt loquitur prædicta Pragmatica: & in hoc caſu ſufficit, quod ſemel, etiam in minima re, Latrocinium commiſſum fuerit; quia tales Publici cẽſentur Latrones. Ter-
43 tio, quando in † Mari: & tunc non ſolum pro talibus habẽdi erunt, verum etiam ſi quis talia ſemel egerit, in excommunicationem incidet, a qua nõ poteſt, niſi a Sede Apoſtolica abſolui, *per text. in cap.3. Bullæ Cænæ.* Et hoc modo crederem ceſſare quaslibet controuerſias: quia ob loci deſertionem

nem pœnæ augentur: *de quo Bulla capite fuſius hic inferius tractabimus.*
44 Vnde id,† quod refert ex quibuſdam
Dominus de Muſcatello *in d. tract.*
crim. (*cuius ſup. num.* 11. *meminimus*)
ſub rub. de Furtis,& rapinis. num. penult. & vlt. dicens, quod qui ex vnica rapina vnico contextu facta non debet dici Publicus Latro, intelligendum eſt, prout huc vſque dictum eſt, in locis.ſ. inhabitatis: ſecus autem in Campis, ſicuti idemmet ſupra, *in præcedentibus numm.* loquitur, *nempe in num.* 39. *cum aliqq. ſeqq.* vbi de ſimilibus Pragmaticis tractat, quæ vigent in Regno Neapol. & peculiari-
45 ter *in num.* 41. dicit, quod turbare † in
campania, Graſſatio dicitur. Sed vide eundem *in numm. ſeqq.*

Aduertendum tamen, quod hæc
46 † Sanctio, ſiue Conſtitutio Pragmaticalis habet locum ſolummodo in illis, qui in ipſa rapina capiuntur; ad alios autem, veluti, cõſulentes, aut fieri mandantes, vel eorundem receptores, aut fautores non extenditur, cum in ea ſimiles perſonæ non contineantur, ſed tantum facientes, quare cum
47 ſit lex † pœnalis, minime ad alios ex-
tendenda eſt, *vulgatis iuribus in l. Interpretatione. ff. de Pœnis. & in reg. Odia reſtringi. in 6. cum alijs ſimilibus.* & in terminis Statutorum loquitur Grammati. *Deciſ.* 27. *num.* 7. poſt Aret. *de Maleff.* Salic. Alex. & alios. *Item in Deciſ. ſeq.* 28. *num.* 28. 29. & 30. Niſi expreſſe aut in illa lege, aut alibi dicatur: auctore Bart. *in l. Is qui opem. num.* 5. *in princ. ff. de Furtis.* & copioſe Nauar. *in Manuali confeſſ. cap.* 27. *num.* 51. *Et in cap. Periculoſe. num.* 3. *Item in cap. Si quis non dicam. num.* 17. *de Pœnit. diſt.* 1. tradens eam
48 rationem: quia qui † per alium facit,
non vere, ſed ficte facere videtur: de quo etiam latiſſime tractat Bart. *in l. Sed & ſi vnius.* §. 1. *ff. de Iniurijs.* Et de Mandante, communiter tractant Doctores *in l. Si is, qui pro tempore. vbi Iaſ. in num.* 361. *ff. de Vſurp. Et Petr. Pla. Hiſp. in Epit. delict. cap.* 15. quos refert Menoch. *de Recuper. poſſ. Remed.* 1. *num.* 408. Sed quamuis de Iure communi aliquãdo ſimiles perſonæ comprehendantur, quia tamen ſumus in arctioribus, nempe, in iure Statuario, non vtique comprehenduntur: quia illa Iura communia loquuntur generaliter: At quia ſumus in pœnis, vbi benigna interpretatio adhibẽda eſt, debet reſtringi eorum diſpoſitio, comprehendens tantum eos, qui ſecundum ipſummet commune Ius comprehenduntur. Et licet ipſum Ius commune per hoc Statuariũ ſit declaratum, quia tamen non diſponit de alijs, niſi ſolum de ipſis principalibus auctoribus, ideo cæteri non cõprehenduntur: Nã neque ipſomet communi Iure comprehenderentur, ſi ab eodem de alijs non fuerit peculiariter diſpoſitum: Et ſic ipſi tantum principales auctores in quolibet delicto eſſent puniẽdi; ſed de hoc plenius in ſeqq. dicetur. Et in terminis noſtris ſecundum ſup. relata tenet Maſtrill. *in d. cap.* 33. *num. vlt.* dicens, hoc ſemper fuiſſe ſeruatum: Et in his quoque terminis loqui videtur Menoch. *de Arbit. Iud. caſu* 353. qui *in princ. ſub num.* 3. tradit prædictam regulam: qui per alium facit, ficte, &c. poſtmodum loquens de Statutis, plura doctiſſime ibi congerit, *præſertim in num.* 18. *vbi de hac eadem Pragmatica tractare videtur; & præter alios, quos allegat, tradit Gloſ. in Clement.* 1. *de Vita & honeſt. Cler. in verbo, Publice. vbi etiam Abb. num.* 5. *quam Gloſ. notabilem reputat Io. Brunellus in d. Repet. cap.* 1. *inſ. de Homicid. par.* 4. *num.* 42. *circa med. verſic. Adde quod quãdo. quæ Repetitio inuenitur ſecus Relectio. Couar. in impreſſis Lugdu. in fol. paruo.* Sed de his

Auxi-

Auxiliatoribus, Receptoribus, & ſimilibus idem Menoch. videri poteſt *in d. Tract. de Arbitrar. Iud. caſu 351. 352. & d. caſu 353.*

Obſtare forte videtur quædam † alia Pragmatica eo. Tom. 1. tit. ſeq. 48. Pragmat. 5. alias vlt. ſub tit. de Pœna Clericorum, & Laicorum receptantium bannitos. ex qua videretur dicendum, quod licet in illa prædicta Pragmatica ſuperius expreſſa receptatores, fautores, & alij ſimiles non exprimantur, & cõtineantur ſub eius diſpoſitione, in hac tamen comprehendi videntur, ſecundum ſupra proxime relata, quia hæc illam declarare videtur. Sed Reſpond. quod hæc Pragmatica loquitur in alijs terminis ideſt de alijs Latrocinijs grauioribus, non de ſupradictis: quapropter hos inibi contentos excluderem a beneficio Immunitatis noſtræ: & ratio differentiæ inter vtrunque ea eſt: quia committẽtes rapinam iuxtà formam præcedentis Pragmaticæ vulgus appellare ſolet, LADRONI MANSI: quod idem ſonat, quaſi, Latrones occultos: dico occultos, ideſt, non denuntiatos, vel exbannitos per publicum proclama: quia ſolent occulte diſcedere ad diſrobandum, & ſtatim poſt ipſam rapinam ad ſuos iterum reuertunt: & velut lupi rapaces in medio agnorum vitam degunt. Hi quamuis differant ab alijs, poterunt tamen impune occidi, *vt dicit text. in l. 2. C. Quando liceat vnicuique ſine*
50 *iudice.* Atque etiam aduerſus ‡ eos competit accuſatio publica, ita vt habens auctoritatem publicam aduerſus alios facinoroſos, poterit & aduerſus hos ex abrupto procedere vſq. ad ſententiam mortis naturalis diffinitiue, *vt in eadem Pragmatica conti-*
51 *netur*: quamuis ex gratia, ‡ ſeu diſpenſatione Viceregis aliquando in mitiorem illa mortis pœna commutari ſoleat, vt his diebus præteritis, de Anno 1608. Menſe Octobris Prorex tribus ciuibus Puliczanis indulſit ad remigandum perpetuo ſuper regijs triremibus: Alios autem vulgus vocat, DISCORSORI, ſeu, SCORRITORI DI CAMPAGNE, ideſt, Excurſores Camporum: & hi ſunt, quorum ſupra meminimus *in Initio huius Cap. num. vlt. Crim. 9.* ex literis directis Illuſtriſſ. Neapolitano, quos vocauit ibi, BANNITI LADRI: & in ſpecie de his duabus Latronum differẽtijs tractat Muſcatel. *in d. tract. ſup. cit. de Cognit. ſeu probat. ſub rubr. de Furtis. tit. de Priuil. dict. delicto. num. 19. & aliqq. ſeqq.* Vnde nil mirum ſi aliter dictum eſt de eorum fautoribus, receptoribus, & ſimilibus: Nam aduerſus hos receptores, ac fautores olim in ſtatu Rom. Eccleſiæ, citra alias pœnas, excommunicationis cenſura lata fuerat, quæ poſtmodum a Sixto V. anno primo ſui Pontificatus fuit ſublata; *vt habetur in quadam eius Extrauag. Conſtit. incip. Hoc noſtri Pontificatus. quam extrauagantem vna cum alijs in eadem accitis refert de de Mathias in ſuo d. tract. Septimus Decretalb. ſub tit. de Homicidis, & Bannitis.* Quæ tamen cenſura ab eodem Sixto Anno V. Pontific. fuit renouata in Regno Neapol. petente Prorege eiuſdem Regni: Sed non omnes comprehendit: quia tantum contra perſonas Eccleſiaſticas locum obtinet, vt in eius tenore legitur. *Hæc Extrauag. legi poterit apud Quarantam. in d. tract. Sum. Bull. ſub rub. Bannitorum fautores. in princ. incip. Expoſui nobis feciſti, &c.* Super illa quædam vellem dicere, ſed conticeo: hoc tamen non tranſibit ſicco pede: quia in Secundo Libro, cum de cenſuris, quæ tantum aduerſus has Eccleſiaſticas perſonas ſunt latæ, vel feruntur, dicetur, aliquid tangemus.

Scias

Scias autem pro huiuſce rei con-
cluſione, non inefficacem eſſe ratio-
nem differentiæ vtriuſque; Nam hu-
iuſmodi Banniti, vel Latrones denun
tiati nō ſolum rapinas committunt,
verum etiam & principaliter in ho-
micidijs verſantur, viatores interfici-
endo: quapropter cum prædicti re-
ceptores, fautores, & ſimiles videan-
tur eſſe participes in dd. homicidijs,
cæteriſque grauibus, & arduis crimi-
nibus, non abſque ratione eadem ple-
cti deberent pœna, quæ aduerſus ip-
ſos reos principales conſtituta eſt: At
quoniam diximus pena legis aliquid
prohibentis non teneri, niſi ſolum rei
principales. i. ipſimet facientes; vel
tunc teneri mandantes, receptores,
fautores, & ſimiles ſupradicti, cum in
aliqua alia lege, vel in eadem expri-
muntur, & continentur: Sed quia in
hoc Regno extat præd. Pragmatica,
quæ illos includit, & ſpeciali pœnæ
obnoxios iudicat, vt inibi dicitur; Er-
go eadem plecti debent pœna, aduer-
ſus eos ſancita. Et quoniam principa-
les auctores. i. facientes non poſſunt
gaudere noſtra Immunitate: nec etiã
eorum ſequaces gaudebunt. Alij vero
contenti in prima Pragmatica, quia
ſolum principaliter verſantur in agen
dis prædis, & rapinis (quamuis ali-
quando ad occiſionem vſque proceſ-
ſerint) meritò ipſi principales agentes
priuantur hac Immunitate: quia nec
ſecundum Ius commune, nec etiam
ſecundum ius noſtrum Statuarium,
præter illos, alij continentur: & licet
in Iure communi complecti videan-
tur, (*vt in l. 1. ff. de Receptoribus. & in
l. 1. & 2. C. de Iis, qui latrones, vel a-
lijs criminibus reos occultauerint*) Illud
tamē intelligitur pro ijs, qui recepta-
uerint illos, qui ſæpe ſæpius hoc face-
re ſolent, vt diximus de ijs, qui pluri-
bus vicibus rapinas perpetrauerint:
Nam iura in benigniorem partem in-
terpetrari debent, *vulgata l. Interpre-
tatione legum. ff. de Pœnis. & faciunt
quæ diximus ſup. num. 47. & Cap. præ-
cedenti. §. VIII. num. 19. Et ita intelli-
git prædictos textus Gail. de Pace publ.
lib. 2. cap. 10.* Ergo remanet, quod pœ-
na ordinaria aduerſus eos conſtituta
puniri debet: de qua re latius in ſeqq.
verſicc. dicemus.

52 Hoc † autem intellige cum diſtin-
ctione; quia in illa Pragmatica ſub
tit. de Fur. & rap. tractatur de eis, qui
pro vnica tantum vice capti, & puniti
fuerint: nam inter hos non compu-
tantur eorum fautores, receptores, &
ſimiles: ſecus autem ſi pro pluribus
vicibus: quia tunc remanet in diſpo-
ſitione Iuris communis: Sed hoc e-
uenit; quia ſic interpretati ſunt d. Ius
commune: licet nos ſupra *in num. 41.*
dixerimus, quod ſimiles Latrones di-
ci poſſint etiam Publici. Quapropter
ſecundum hanc communem inter-
pretationem illorum fautores, rece-
ptores, & ſimiles non tenentur pœna
receptorum, & fautorum Publico-
rum Latronum, niſi, vt dictum eſt, il-
lud pluribus commiſerint vicibus:
Et ita ſonare videtur verba cuiuſdam
aliæ Pragmaticæ *in Tomo. 2. Pragmat.
vlt. edita* 1578. vbi *in eius vltimo* §.
de his Latrūculis tractatur, & eorum
receptoribus, fautoribus, & ſimilibus:
Et dicit ibi textus.

„ *O Tenitori di paſſi, o Ladri Publi-
„ ci, o Diſcorritori di cãpagna, &c.*

Quod verbum, TENITORI, ideſt,
Detentores, denotat, quod non ex v-
nicò actu verificatur eius diſpoſitio
aduerſus illorũ receptores, & fauto-
53 res, & ſi qui ſint; cum illud † nomen
ſit verbale, quod vt verificetur, opor-
tet plures actus concurrere, iuxta di-
ctum Bart. *in prima Conſtit. Digeſto-
rum. num.* 9. quem ſequitur Chriſto-
phorus Port. *in princ. Proœmij Inſtit.
num.* 14. & alij, pro vt infra dicetur.

Sed aduertendum,quia Nomina
Verbalia varijs capi poſſunt modis;
54 ideo dicas, quod ea nomina † verba-
lia, quæ tertiæ fuerint declinationis,
ſignificãtia aliquod exercitium, quæ
indifferenter,tam in bonam,quam in
malam partem ſumi poſſunt, ea qui-
dem ſunt, quæ non verificantur ex
vnico actu,vt diximus de Detentori-
bus, Auxiliatoribus, & ſimilibus: ſe-
cus autem ſi ſemper in malam par-
tem, vt dicitur de Raptore, Dirruba-
tore, Spoliatore, & alijs ſimilibus,
prout habetur etiam in noſtra Con-
ſtitutione,quę excludit Depopulato-
res, *de quibus in ſeq. §. dicetur*. Nam
Depopulator ſemper capitur in ma-
lam partem,quod nomen venit a ver-
bo, Populor, aris: ſeu Depopulor,
quod in mala ſignificatione accipi-
tur, quaſi deſtruo, ſeu diſpergo. Sed
Populo populas accipitur in bonam
partem, quaſi congrego, ſeu colli-
go: de quo legito Hoſt. *in Sum. hoc
tit. ne Fro, §. In quantum. ſub num. 8.
quaſi circa finem*. Hæc igitur nomina
cum ſemper actum illicitum ſignifi-
cent, ſatis eſt, quod vnica tantum vi-
ce ſ perficiatur actus, vt quis pro ta-
li habeatur. Illa vero,quæ indifferen-
ter ſumuntur, nec per ſemetipſa ma-
lum ſignificant, ſed adiuncta aliqui-
bus poſitiuis; niſi pluribus vicibus
committantur, non debet quis pro
tali haberi, ſicuti diximus de Deten-
tore, Fautore, Negociatore, Merca-
55 tore, & alijs: Et hoc † modo intelli-
guntur ea,quæ tradit Bart. *in l. Mari-
ti. §. qui quæſtum. ff. Ad L. Iul. de A-
dult. & in L. Legatis. ff. de Leg. 3. poſt
eoſdemmet textus*: quia ea nō ſunt om-
nino contraria, quamuis ita prima
56 facie videantur. Ita † quoque ſe ha-
bent ea, quæ tradit Iacob. Graſſ. *d.
par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib. 2.
cap. 89. num. 7. & 8.* qui eundem Bart.
allegat: & per hoc apparet ſibi con-
trarius: nam primo *in num. 7.* dum de
crimine ſodomiæ tractat, dicit, quod
Præsbiteri, qui aliquoties cadunt in
illud, & pœnitet cecidiſſe, non poſ-
ſunt dici exercitores: quia delicti fre-
quentia requiritur. Poſtmodum *in
ſubſeq. num. 8.* reddens huiuſmodi di-
cti rationem, inquit his verbis:

» *Nam Nomina Verbalia ſignifican*
» *tia aliquem actum licitum, non*
» *verificantur in vnico actu: vnde*
» *non dicitur Mercator, vel Negoti-*
» *ator ex vnica negotiatione; vel*
» *Hoſpitator ex vnica hoſpitatio-*
» *ne, per text. in l. 1. ff. de Tribut.*

Poſtea ſubdit dicens:

» *Secus ſi ſint ſignificantia deli-*
» *ctum, vt Adulter, vel Raptor, quia*
» *verificantur ex vnico actu, vt in*
» *l. Maritus, &c.*

Puto voluiſſe allegare d. l. Mariti.
Quapropter ne fallaris, dum ipſe
dicit: Secus ſi ſignificent delictum,
intellige modo ſupradicto, ideſt, per
ſemetipſa abſque illo poſitiuo, quē-
admodum eius demonſtrant exem-
pla: alias committens crimen nefan-
di, vel ſodomiæ, licet illud non exer-
cuerit, ſed ſemel tantum in illud inci-
derit, pro tali, i. pro Sodomita habe-
retur, veluti ſi pluries illud commiſiſ-
ſet: & ſic incideret in pœnam, de qua
ipſe loquitur aduerſus illius criminis
exercitores, *vt melius inf. §. XIII. dice
tur, cum de illo agemus*. Sed quia Exer-
citor eſt verbum indifferens, quod
iuxta ſuum poſitiuum, cui applica-
tur, intelligi debet, ideo requiritur
frequentia illius rei, de qua tractatur.
Imo Exercitor per ſemetipſum hanc
habet ſignificationem: quia niſi plu-
ries illud, quo de agitur, fiat, non po-
teſt quis pro tali haberi, *vt in Tit. ff.
de Exercitoria actione*. Vnde hoc pro-
cedit quoad alia nomina, præter hoc:
quia ex ſemetipſo exercitium rei ſi-
gnificat: & ita, *vt in principio dictum
eſt*,

eſt; ſumitur illud verbum, Graſſato-
res, in noſtra Conſtitutione: quia in
malam partem capitur, quamuis ali-
quando capi ſoleat in bonam; ſæpius
tamen in malem, vt patet ex eis, quæ
tradit Ambroſ. Calep. *in ſuo Dictio-
nario lingua lat. in verbo, Graſſator. &
in Verbo, Graſſor, aris.* Inde cum leges
adaptentur ad ea, quæ non raro, ſed
ſæpe accidere ſolent, *vt habetur inf.
hoc eo. Cap. §. III. num. 51.* Ideo illud
verificatur ex vnico actu, *vt diximus
ſup. num. 41.*
57 Hinc igitur † eſt, quod illa verba
Indulti generalis huius Regni, quæ
refert Dominus de Maſtril. *ſuper eo.
Indulto, d. cap. 33.* verificentur ex vni-
co actu, ita vt illi non meruerint eo-
dem Indulto gaudere: nam ibi tra-
ctatur de Spoliatoribus viatorum, ſeu
Dirubatoribus ſtratarum; quæ nò-
mina, quamuis non exerceantur illo-
rum actus, ſemper per ſe malum ha-
bent ſonum, & delictum ſignificant.
Sed quamquam iſthæc nomina, actũ
illicitum ſignificantia, quandoque
ex aliquo accidenti in bonam partem
capi poſſunt, non tamen mutabunt
58 ſuam naturam: quia accidentia † non
ſunt in conſideratione, *l. Naturalem.
§. apum. ff. de Acquir. rer. dom. l. Qui
habet. in fi. ff. de Tutel. l. Nam ad ea.
ff. de Legibus. cum alijs ſimilibus.*
Aduertendum velim in his ſupra-
59 dictis, quod licet † prædicti fautores,
mandantes, receptatores, & alij hu-
iuſmodi non teneantur pœna illius
Pragmaticæ, de Furtis & rapinis, ſi-
cut & ipſimet principales, non tamen
liberos illos facerem a pœna furti, ſi
extra loca Refugij noſtri capiantur,
ſiue ciuiliter agatur ſiue criminaliter,
*ita ſonat verba textus in §. Interdum
quoque. cum §. ſeq. Inſtit. de Obligat.
quæ ex delicto naſc.* Imo etiam tenen-
tur actione Vi bonorum raptorum,
vt tradit Azo. *in Summa, C. Vi bon.
rapt. num. 51 in princ.* poſt Tex. in l.
Si vendidero. §. *cum Raptor. ff. de
Furtis. quod eſt in verſic. Is autem.* cu-
ius verba ſunt;

„ *Is autem, cuius dolo fuerit raptũ,*
„ *furti quidem nõ tenebitur, ſed Vi*
„ *bonorum raptorum. &c.*

60 Qua † actione tenebitur is quoque,
qui rem raptam ſcienter cœlauerit, *l.
Crimen. C. Ad L. Iul. de vi publ. &
facit etiam text. in l. Si furti. C. Ex
quib. cauſ. infam. irrog. ibi, (Apud te
61 ignorantem.)* Sed illud, quod † dici-
tur in præcitatis verbis d. l. Si vendi-
dero, ibi,

„ *Furti non tenebitur.*

Nihil obſtat, quin furti quoque acti-
one conueniri poſſit; quia intelligi-
tur, quod non ſolum furti tenebitur,
ſed aduerſus eum competit etiam Vi
bonorum raptorum actio, ſicut &
aduerſus ipſoſmet reos principales v-
traq; actio competit, *l. 2. §. rerum. ff.
Vi bon. rapt. & facit l. 2. in §. ceterũ
nèq. eo. Item tex. in l. 1. ff. eo. & In-
ſtit. d. tit. in princ.* Alium intellectũ
tradit Bart. poſt Gloſ. in l. Si quis ex
domo. *ff. de Furtis.* qui textus vide-
tur ſimilis prædd. verbis. d. l. Si ven-
didero. per quem tex. dicebat Placen-
tinus, illum caſum eſſe ſpecialem in
rapina, quæ committitur ſine violen-
tia perſonæ. Sed reſp. Bart. dicens, il-
lud non placere Gloſ. ſed quod ibi di-
citur, Actionem furti tolli, intelligit
Gloſ. per actionem, quæ eſt facta per
exactionem Vi bon. rapt. quaſi dice-
ret; vnam actionem per aliam tolli:
quia propoſita actione Vi bon. rapt.
non poteſt deinde iterum agi furti a-
ctione: *Vide tamen eundem lo. cit. Sed
pro hac opinione eſt optimus text. in l.
Si quis egerit. ff. d. tit. de Furtis. & a-
lius tex. in l. Qui ſeruum. ff. de Oblig.
& actio.*
62 Alio † modo decidit Bart. quod
habetur in prædd. verbis l. Si vendi-

dero,dicens, non tenetur furti.i. manifeſti,quod eſſe poteſt: quia ex † fur-
63 to duplex oritur pœna: quandoque enim datur actio in quadruplum, quod eſt, cum capitur fur cum ipſa re furtiua, antequam eam trahat ad locum deſtinatum: aliquando datur in duplum, & dicitur furtum non manifeſtum,quod eſt,quando pertulit rem ad locum deſtinatum, tametſi cum ipſamet re furtiua deprehendatur, *de quo tractant infinita Iura,vt eſt textus in §. Furtorum autem.in §.Conceptum. & in §. Pœna. Inſtit. de Oblig. quæ ex delic. naſc.sex. in §.Pœnam tantum.& in §. Omnes autem actiones. Inſtit. de Actio. l. Fur eſt manifeſtus. cum quinque legibus ſeqq. ff. de Furtis.* Vnde
64 pro ſolutione † iſtorum ea recta via mihi videtur eligenda, vt.ſ. ſi raptor deprehẽdatur cum ipſa re, antequam ad locum deſtinatum illã trahat,non tenebitur, niſi ipſe tantũ actione furti manifeſti, cuius pœna eſt in quadruplum: cæteri autem, ideſt, opem ferentes, receptores & ſimiles tenebun-
65 tur ſolum Vi † bonorum raptorum, cuius pœna eſt in quadruplum, cum hac tamen differentia: quia in furto manifeſto non computabitur res furtiua,ſed eius æſtimatio quadruplicatur: quia furti actio,ſiue dupli, ſiue quadrupli tantum ad pœnæ perſecutionem pertinet: nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut vendicando,aut condicendo poteſt auferre, *Inſtit. d. tit. de Oblig. quæ ex delicto naſc. §. fin. l. Qui vas. in princ. & l. Si pignore. §. cum furti. ff. de Furtis.* In actione autem Vi bon. rapt. in quadruplo etiã rei perſecutio continetur, *Inſt. d. tit. de Oblig. quæ ex delic. §. Quadruplum*
66 *autem.* Nec mirum,ſi raptor † minus, quam fur manifeſtus puniatur,cum maius ſit crimen raptoris, quam furis, nam ratio eſt: quia raptor ſe exponit periculo mortis, *vt habes infra in verſic. Huiuſmodi Latrunculi: ſub num. 99.* & ideo cum incurrat maius periculum in perſona, leuius punitur in pœna pecuniaria: *ita poſt Angel. dicit Addit. vlt. Inſtit. d. tit. Vi bon. rap. in princ. vbi alia ratio traditur, quam ibi videas.* Et ex his accepimus, quod fauorem dantes, aut auxilium, ſeu rem ipſam occultãtes poſſunt duplici actione conueniri, nempe, furti non manifeſti, vel Vi bon. rap. Quia is tantum furti manifeſti tenetur, qui deprehenſus eſt cum re, quam ipſemet furatus eſt, *vt ſup. dixi,& pro hoc eſt optimus text. in l. Is,qui opem.d.tit.*
67 *de Furtis.* Sed inter † hos ſupradictos fautores, & ſimiles includendi ſunt etiam conſilium dantes ad furtum,vel rapinam faciendam: At hæc in hoc differunt inter illos, quia tũc demum tenebuntur,cum raptor alias facturus non erat, *d. §. Ope, & conſilio. Inſtit. de Oblig. quæ ex delic. naſc. & Azo ibi in Sum. num. 2. & 3. vbi remittit ſe ad Sum. C. de Furtis. quod eſt in num. 23. & ad Sum. C. Mandati. quod eſt in num. 15. Alc. in l. Sæpe. de Verb. ſign. verſic. Non poteſt.dit. H. in princ. quæ opinio eſt communiſſima, & ab omnibus amplexa, vt videre eſt apud Alci. lo. cit. & Clar. in d. §. fi. quæſt. 88. vbi infinitum Doctorum numerum tradit: Et eundem Clarum allegat Menoch. de Arbitr. d. caſu 351. Eſt etiam optima Glo. in d. §. Ope. in verbo, Non tenetur, cum alijs ſeqq. Addit.* Modum autem cognoſcendi, quando quis abſque conſilio facturus eſt, vel non, tradit Additio *prima in d. §. Ope, & conſilio. Inſtit. d. tit. de Oblig. quæ ex delicto, & c. in fi.* poſt Angel. & Alex. In dubio ta-
68 men dicit Alcia. *lo. cit.* contra † conſultorem præſumendum, eum, videlicet, cauſam delicto præſtitiſſe: Neq; enim poſtquam quis omnino furari conſtituit, ſolet conſilium petere; ſed cum

cum adhuc dubius eſt. Quapropter
qui conſilium dediſſe probetur, furti
condemnabitur: niſi ipſe oſtenderit,
etiam ſi non conſuluiſſet, nihilominus
furem facturum fuiſſe: prout Al-
69 cia. tradit. Ergo hoc † modo debet in-
telligi Textus in d. l. *Sæpe* §. *Item*
dubitatum. ff. de Verb. ſign. vbi ſim-
pliciter dicitur, quod conſilium no-
cet, ſi factum ſecutum fuerit: quem
Text. *præd.* Gloſ. *in d.* §. *Ope.* ita in-
telligit, ſi alias non erat is facturus,
70 cui conſilium præſtitum fuit. An † au-
tem, & quando quis teneatur ex ſuo
conſilio; & quis conſilium præſtare
dicatur, latiſſime tradit Menoch. *de*
Arbitr. Iud. dicto caſu 351. Adde hic,
71 quod conſilium † duobus modis ac-
cipi poteſt, *vt per Aldobran. in d. Ad-*
dit. §. *Ope.* Vno modo pro animo, &
doloſa adiuuantis intentione, *vt ha-*
betur in d. §. Altero vero pro ſuaſione:
quod etiam tradit Alciatus in d. §. *Item*
dubitatum. in princ. litera, E. Conſi-
72 lium † ergo dare videtur, qui perſua-
det, & impellit, atque inſtruit conſi-
73 lio ad furtũ faciendum: Opem † fert,
qui miniſterium atque adiutorium
ad ſurripiendas res præbet, *l. In furti.*
§. *conſilium. ff. de Fur. & ibi per Bart.*
& in d. l. Is qui opem. & ibi copioſa Ad-
dit. 2. ad eundem, d. tit. de Furtis. vbi
plura exempla pro hac re traduntur: &
facit etiam text. in cap. fin. iuncta ibi
Gloſ. in verbo, Tuliſti. inf. de Iniurijs,
& damno dato. Quæ omnia locum
obtinent quoad forũ tẽporale: quia ſi
quis horum cõmiſerit, etiam ſi fuerit
auctor ipſe, non erit hac Immunitate
priuandus, ſi ad ſupradicta Loca, ean-
dem tribuentia, confugerit: dummo-
do non fuerit, prout ſupra diximus,
de auctoribus, qui in Cãpis rapinam
commiſerint: aut quod pluries in lo-
ci habitatis illam perpetrauerit: quia
in hoc caſu omnes ſupradicti, abſque
exceptione, non erunt admittendi ad
huiuſmodi Beneficium.

74 Excipe † tamen ab his Piratarum
receptores, aut eis auxilium, vel fauo-
rem dantes, etiam ſi non fuerint actus
frequentati: & huiuſmodi ratio eſt:
quia Piratæ vna cum omnibus fau-
toribus, receptoribus, & defenſoribus
de Iure communi eadem pœna tenen-
tur, & ſunt excommunicati, *vt in cap.*
3. Bullæ Cœnæ Domini habetur. de qua
re late tractat Nauar. *d. Manual. cap.*
27. num. 59. dicens, eos tantummo-
75 do † comprehendi in d. excommuni-
catione, qui principaliter verſantur in
agendis prædis, percutiendiſq́, aut in-
terficiendis in mari occurrentibus:
quia hi Piratæ dicuntur.

76 Hinc † ceſſant ea, quæ tradit Clar.
in §. *fin. quæſt. 77. verſic. Spoliantes*
Chriſtianos. poſt Syluеſ. *verbo excom-*
municatio 8. *excom. 20. in 2. dubio.* qui
duplicem caſum tradit: Primus eſt
ſuper Canone aduerſus hos Piratas,
ſeu Latrunculos maritimos: Secun-
dus caſus eſt de illis, qui bona nau-
fragantium ſurripiunt: *qui caſus con-*
tinentur in capp. 3. & 4. d. Bullæ Cœnæ,
& dixit Clar. ex Innoc. & Syluе. qđ
illa excommunicatio non erat latæ
ſententiæ, ſed ferendæ: Sed his tem-
poribus omnino reijcitur hæc opinio,
quamuis communiſſima fuerit: quia
illa excommunicatio *contẽta in præd.*
Bulla eſt latæ ſententiæ, *vt ibi videre*
licet.

77 Addit etiam Nauar. † *lo. cit.* ex
Sylu. & alijs, quod eorum tempore
Bulla Cœnæ Domini ſpeciatim in-
cludebat conſulentes, quos licet no-
ſtris temporibus ſpeciatim Bulla non
includat, generatim tamen, ait, quod
includere videtur, ex eo, quia includit
prædictos auxiliatores, & fautores: Et
negari non poſſe, inquit, quod qui
conſilium dat, auxiliari, vel fauere di-
catur, tradens pro hoc *text. in l. Quod*
fauore. C. de Legibus. & Bart. in *præcit.*

l. Sed

l. Sed & ſi vnius. §. 1. *ff. de Iniur.* quod
tamen apud eum non legitur; ſed ibi
loquitur Bart. de eo, qui dicitur face-
re vere, vel ficte: de hoc autem ver-
bum nullum. Nec credo Bartolum
iuris terminos excedere voluiſſe, cum
hæc Nauarri opinio expreſſe contra-
dicat textui in §. Item dubitatum.
ex ea l. Sæpe. *ff. de Verb. ſign.* vbi con-
78 trarium dicitur: quia † opem ferens
conſulere videtur; non autem qui cō-
ſulit, auxilium fecit, vt ibidem decla-
rat Alciatus. Sed forte puto quod
Nauar. voluerit allegare Bart. alibi in
§. Ope. *ex d. l. In furti. ff. de Fur.* qui
in num. 6. & 7. per vtrunque textum
d. l. Sæpe. & ex d. §. Ope. videtur
79 dicere, quod qui † cōſilium dat, opem
præſtare videtur; eſt enim quoddam
adiutorium, & quædam confortatio
iſta talis impulſio, & conſilium: Sed
ibi Bart. dicit hoc large intelligendū:
quia ſtricte loquendo, differt conſi-
lium ab ope: niſi præcedat conſilium
ante, puta, facias, quia adiuuabo te ad
euadendum: tunc enim illa ſpes data
eſt in auxilium ad maleficium com-
mittendum. Vnde ſi opem ferens, vel
fieri mandans aliquod crimen, regu-
lariter non tenetur ea lege prohibente
illud fieri, niſi tantum qui fecerit, vt
ſup. ex eo. Bart. & Nauar. copioſe
diximus: multo fortius non tenebi-
tur, qui conſilium dederit, niſi expreſ-
ſe exprimatur in aliqua lege. Quare
licet in Bulla prædicta contineantur
fautores, receptatores, & defenſores;
non tamen ſub his continebuntur
conſilium dantes: quia minus delin-
quunt præbentes conſilium, quam
fauorem: Vnde vnum non debet ad
alterum extendi, cum ſimus in pœna-
libus, vulgatis iuribus ſupra relatis; &
ex eo. Nauar. dicemus inferius. Tum
quia ſecūdum omnes, vt ipſemet Na-
uarrus ait *in d. Man. eo. cap. 27. num.
51. in princ. verſic. Tum quia.* Ex-
80 communicatio † non eſt extendenda
de vno caſu ad alium, *ſecundum Gloſ.
receptam in Clem. 1. de Sepult. & Gloſ.
in Clem. 1. de Conſang. & affin. Villa-
gut in Deciſ. ſeu Conſult. 29. num. 40.
Tolet. vbi inf. §. 111. ſeq. poſt nu. 62.*
ob eandem rationem: quia pœnæ ſunt
reſtringendæ; & per conſequens dan-
tes nudum conſilium Piratis non
erunt excommunicati; contra eun-
dem Nauar. & Alphonſum Viual. *in
ſuo Candel. Aureo verbo, Explanatio
Bullæ Cœnæ. num. 22.* qui ſimpliciter
eundem Nauar. ſecutus eſt. Niſi ex-
preſſe in d. Bulla, vel alibi dicatur,
quemadmodum tempore prædicto-
rum Angel. & Syluelter, & aliorum,
quos ibi tradit Nauar. expreſſe ex-
communicabantur. Nam ſi papa vo-
luiſſet hos conſultores in excommu-
nicationem incidere, expreſſiſſet, ſicu-
ti alibi in eadem Bulla exprimit; *vt in
cap. 7. 10. 11. 12. 14. 16. 18. & 20.
alias vlt.*
81 Hæc † autem, quæ ſupradicta ſunt
de Receptoribus, Defenſoribus, Fau-
toribus, & ſimilibus, non eruditam
ſtricte intelligēda, vt ſtatim ac, quod
quis aliquem Piratarum receptaue-
rit, vel minimū præbuerit eis auxiliū,
aut fauorem, incidat in prædictam
excommunicationis pœnam; nam in
ſimilibus caſibus qualitas ipſius rei
conſideratur, quæ eſt vnum ex requi-
ſitis *in d. l. Aut facta. ff. de Pœn. ſupra
in princ. huius Capitis relata*; vbi ha-
betur, quod ſeptem modis crimina
committi poſſunt, quorum quilibet
ſecundum eius proprietatē capietur.
Vnde hic aduertere debemus in his
nominibus, *vt diximus ſupra in verſ.
Sed aduertendum eſt. nu. 54. & aliqq.
ſeqq.* quia cum deſcendant ex verbis,
non ita ſimpliciter intelligenda ſunt,
vt quis ex modico auxilio, vel breui
temporis ſpatio, prout rei qualitas
expoſcit, pro tali habendus ſit; quia
cum

cum hæc ſupradicta nomina.i. Rece-
ptator, Defenſor, Auxiliator, & ſimi-
lia indifferenter capi poſſint, non ve-
rificabuntur ſtatim ac, quod quis ta-
lia facere cœperit, ſed frequentatio
requiritur; imo quando ſimpliciter
proferuntur, de ſui natura in bonam
partem ſemper capiuntur: quia Na-
82 tura † cognationem conſtituit inter
homines, & vnum ad alterius ſubſi-
dium inducit, tex. in l. Vt vim. ff. de
Iuſt. & iu. & poſt alios Gail. *lib*. 2. *de
Pace publ. cap*. 10. *num*. 6.

Ergo qui per modicum temporis ali-
quem receptauerit, non poterit dici
Receptator, quãuis reuera receptaſſe
videatur: quia is † proprie dicitur re-
83 ceptator, qui in illo actu frequenta-
uerit, vel perſtiterit per plurimum
temporis, puta per cohabitationem,
& contubernium, vt dicit Gail. *d. cap*.
10. *num*. 35. *&* 37. tractans de Rece-
ptatoribus bannitorum: ſed in pro-
prijs noſtris terminis loquitur Viual-
dus *in precit. Candel. Aur. d. tit. Ex-
plic. Bullæ Cœnæ. rub. de Harett. Re-
ceptoribus*. qui primo loco ex Didaco
Perez ait, illum dici receptorem hæ-
ræticorum, qui frequenter hæreticum
recipit. Secundo ex Syl. & Ang. qui
ſcienter occultat hæreticum, ne a iu-
dice capiatur: ſecus ſi illum etiam a-
gnitum admiſit vt hoſpitem; quia
amicus eſt, allegat pro hoc Caieta-
num, Nauarrum, *dicto. cap*. 27. *num*.
11. Syl. & Sot. Et ratio eſt: quia
84 illa modica † mora regulariter non
dicitur noxa, *l. Sed et ſi poſt tres. ff. Si
quis caut*. Et Gail. *d. num*. 37. modi-
cam moram, inquit, recipienti nocu-
mento non eſſe, ſed obſtinatam con-
tumaciam, & continuatam recepta-
tionem crimen eſſe. Idem dicendum
eſt de alijs, hoc eſt, de Auxiliatoribus,
& ſimilibus, quia nec etiam pro mo-
dico auxilio, aut pro modica defen-
ſione quis Auxiliator, aut Defenſor
85 dici debet: Niſi † in lege dicatur, Re-
ceptantes, Auxilium dantes, & ſimi-
liter: quia in his caſibus puto cauen-
dum etiam a modico, vt expreſſe in
præd. Bulla Cœnæ pluries continetur,
incipiendo a primo capite, vbi di-
citur:

„ *Credentes in hæreticos, receptato-
„ res, &c.*

Et rurſus:

„ *Ac eorundem libros hæreſim con-
„ tinentes, vel de Religione tractan
„ tes ſine auctoritate Noſtra, &
„ Sedis Apoſtolicæ ſcienter Legen-
„ tes, Retinentes, Imprimentes, ſeu
„ quomodolibet Defendentes, ex
„ quauis cauſa, &c.*

In his quidem caſibus quamuis non
fuerit frequẽtatum, ſed ſaltem mini-
mum errorem quis paululum defen-
derit, vel crediderit, non euadet pœ-
nas ipſius Bullæ: Et in tantum ve-
rum eſt, quod Graff. *d. par*. 1. *Deciſſ.
aurr. caſſ. conſc. lib*. 4. *d. cap*. 18. *num*.
34. non auſus ſit firmare, quod legen-
tes dd. libb. hæreſim continentes, per
modicum temporis, hoc eſt, per tres,
aut quatuor lineas, non incidant in
Bullam: quia dicit, antefactum ca-
uendum, quia periculoſum. Legere
86 † autem non ſolum is dicitur, qui ore
exprimit, ſed is quoque, qui oculis
percurrit, Textus eſt apertus in l. 1. in
princ. ff. de ijs, quæ in teſt. delen. te-
noris ſeq.

„ *Legi autem ſic accipiendum non
„ intelligi: ſed oculis perſpici quæ
„ ſcripta ſunt, &c.*

Cuius textus verba cum ſint clara,
vanum eſt alios Doctores referre, vt
facit Graff. *dicto lo. cit*. qui allegauit
Bart. *in l. Qui Romæ. §. duo fratres.
quæſt. 4. quod eſt ſub num. 17. in fi. ff.
de Verb. oblig. qui eundem text. d. l. 1.
allegat*. tradit etiã Graff. Bald. Ang.
& alios, quorum auctoritatibus pa-
rum egemus. Item qui memoriter
pro-

pronũtiat ea, quæ prius ſciebat. Neq; obſtat quod *ibidem* refert Graff. dum ait, quod is, qui conſilio ſuo aliquem inducit ad legendum dd. libros, eandem incurrat pœnam, cum nec in eadẽ Bulla aliquid de his dicatur: quia illud intelligitur, pro vt etiam ipſemet Graffius ait, i. præſtito conſilio, ipſe conſultor audiat legere. Vnde ſi in Bulla prædicta illa verba eſſent in nomina tranſlata, videlicet, ſi diceretur, Lector, &c. tunc vtique aliter dicerem: quia ex illa modica lectione nemo lector dici debet: & ſic de ſimilibus.

87 Inter † hos autem Receptatores, ſeu Receptores, putarem nõ comprehendi filios & Parentes adinuicem ſe receptantes: vel vxor maritum, quemadmodum voluit Gail. *d. cap. 10. lib. 2. de Pace pub. ſub num.* 16. 17. 18. *&* 19. *vbi plene* (*ſicut diximus,*) *de his*
88 *Receptoribus tractat.* quod † extendit etiam ad filium ſpiritualem, vel ad naturalem tantum, Et quamuis loquatur in materia bannitorum, non tamen diuerſum erit quoad alia crimina, vt in illo peſſimo hæreſis, quod
89 etiam ad fratres † ſe inuicem receptantes extendit Simancas *in Catholl. Inſtit. tit. 15. in fi.* relatus a Menoch. *de Arbitr. caſu*. 348. *num.* 7. qui in quibuſdam caſibus contradicere videtur: ſed *in num.* 13. quod de parenti-
90 bus † diximus, extendit etiam ad ſoceros, qui locum parentum obtinent. Sed licet quoad fratres contradicat, dicit tamen, quod mitius puniri debent: & idẽ ait de alijs conſanguineis. Addit etiam & amicos Gail. *d. cap.* 10. *num.* 27. *& aliquibus ſeqq.* Sed quod de fratribus diximus, diſcutiendo tenet Ludouicus de Beia *in tract. Reſpon. caſuum conſcien. caſu* 1. *habito in Congreg.* 2. *fer.* 3. *die* 24. *Ian.* 1581. *coram Illuſtriſſ. Cardin. Paleoto.* Ego † autem hanc controuerſiam ita concordarem, videlicet, ſi fratres ſeparatim habitarent, tunc procedet opinio Menoch. Sin autem in vna eademq; domo, ſecus dicerem, & procedet opinio Gail, & Beiæ. Vide tamen ſupra relatos, quia ibi ſatis plenam habes materiam.

Hæc ſint dicta de his fautoribus, receptoribus, & defenſoribus Piratarum: quod † autem dicitur de defen-
92 ſoribus, ſubaudi pro his, qui eos defendere velint tempore ipſius capturæ, vt euadere poſſint manus officialium, vel ſatellitum: aut poſtquam fuerint capti, eripiant eos de manibus eorum: vel fugæ occaſionem eis præbuerint: & huiuſmodi defenſores poſſent alio modo dici fautores, ſecundum ſup. relatam intentionem. Bart. *in d. §. Ope. d. l. In furti. ff. de Furtis.* Qui vero vellet eos defendere in iudicio, non debet inter illos defenſores comprehendi: Et pro hoc faciunt relata per Graff. *dicto cap.* 18. *rub. Defenſores.* qui late Bullam præd. examinat: Sed quia maior pars illorum, quæ ab eo traduntur, ex Nauar. *lo. cit. d. cap.* 27. congeritur; ideo cum eodem Nauar. quædam, quæ ad rem noſtram faciunt, trademus. Refert ergo Nauar. *in num.* 59. *declarans præd.*
93 *cap.* 3. *Bulla Cœnæ*, quod qui † gerunt negocia ſua, vel mercimonia cum amicis, aut bella iuſta, vel iniuſta cum inimicis, & deprædantur aliquando incidenter, non includuntur in Bulla, iuxta omnium ſententiam.

94 Nec etiam † illi, qui in ſolis fluminibus illud committunt, poſt Syluеſ. & Armil. quos ſecutus eſt Graff. *d. cap.* 18. *num.* 52. Adde etiam, ſecundum eundem Graff. *in num. præced.*
95 51. *verſic. Quod ſecus.* nec † eos includi, qui ex inimicitia contracta id faciunt: quia & ſi peccant mortaliter, non tamen incidunt in Bullam: & ratio
96 ſecundum eum eſt: quia quod † principa-

cipaliter agitur inſpicitur, *text. in l. Si
quis nec cauſam. ff. Si cert. pet. Syluеſ.
in verbo, Excommunicatio. 7. num. 56.*
Sed hic caſus ſuum obtinebit locum
tantummodo in animæ iudicio, non
autem in foro, cum difficilis ſit eius
probatio, vt. ſ. non eo animo depræ-
dati ſint, ſed inimicitiæ cauſa.

97 Ad incurrendum † autem hanc cē-
ſuram non eſt opus, vt quis velit de-
prædari quoſcunque Chriſtianos, ſed
ſufficit diſcurrere Mare prædandi ſtu-
dio: quia in eis recte verificantur ver-
ba Bullæ, quæ comprehendunt Di-
ſcurrẽtes, prout optime dicit Nauar.
*d. num. 59. verſic. Quarta, quod ſuffi-
cit.* Quamuis contrarium ſentire vi-
deatur Viual. *in pracit. Candel. aur.
d. tit. Explanatio Bulla Cœna. nu.* 20.
qui voluit non ligari excommunica-
tione, qui Mare tantum diſcurrit: niſi
cum effectu deprędatio ſequatur. Sed
hoc forte procedebat tempore Caiet.
& Armil. quos ipſe tradit: non autem
his noſtris tẽporibus, (licet *ibidẽ* alios
recentiores, quos nõ allegat, ita tenere
dixerit.) Nam poſt fel. recor. Sixti V.
vſque ad Sanctitatem D. N. D. Pau-
li V. Bullæ verba aliter ſe habent: quia
vbi dicebatur, Deprædantur, Muti-
lant, Interficiunt, &c. prout etiam re-
fert *ibi* Viual. *num.* 21. Nunc ſimpli-
citer dicitur, Diſcurrentes Mare, &c.
Vnde ſufficit, ad hoc, vt Bullæ verba
verificentur, Mare tantum diſcurrere,
quamuis cum effectu deprędatio nul-
la ſequatur: & ita quoque ſentit de
Graff. *lo cit. num. 53. in fi.* Sed hic ca-
ſus intelligitur in foro animæ: Vnde
diuerſus erit a ſupradicto: huiuſmodi
autẽ ratio quæ ſit, videri poteſt apud
Graff. *d. num.* 53.

98 Sunt † autem huiuſmodi Piratæ
dicti a verbo Græco, πέρω, vel περάω,
quod idem eſt, quod pertranſeo, qua-
ſi ſemper Mare permeo: Vnde poſt-
modum dictus eſt, πειρατὴς, quod lati-
ne, Prædo, ſonat a nomine primi la-
tronis, qui pri⁹ mare infeſtauit, a quo
omnes maritimi prędones Piratæ di-
cti ſunt. Hi vulgò, Curſales nuncu-
pantur. ſ. qui ſine bello indifferenter,
& principaliter in agendis prędis ma-
ritimis verſantur, *Syluеſ. in verbo, Ex-
communicatio. 7. num. 56. & poſt eum
Graff. d. cap. 18. num. 49.*

99 Huiuſmodi † Latrunculi maritimi
impune occidi poſſunt: & in Regno
capti, quicunque ſint, illorum bona,
cum quibus reperiuntur, etiam ſi fue-
rint triremes, abſq; reſtitutionis ſpe,
capientium efficiuntur, non obſtante
quouis guidatico, etiam a Sacra Re-
gia Maieſtate eis conceſſo, quod in-
telligatur amiſſum ipſo facto, ſtatim
ac, quod offenderint bona, vel perſo-
nas Siculorum, prout diſponunt quę-
dam Iura ſtatuaria, *vt legitur in quo-
dam Capitulo Regis Alphonſi, inter ſua
Capp. ord. 396. Et in Cap. 23. Regis
Ioannis. Et in alio Cap. 8. inter Capp.
Regis Ferdinandi.* quæ Iura non vi-
dẽtur differre a Iure communi, quod
Latrunculos impune offendi permit-
tit, *textus ſunt in l. 1. & 2. C. Quando
liceat vnicuique ſine iudice. & idem di-
citur in d. cap. Regis Ioannis.* Vnde per
hæc Iura Regni illud tantum addi-
tum eſt, quod bona cum quibus repe-
riuntur, acquiruntur capientibus.
Adde hic, quod ea, quæ dicta ſunt
de Receptatoribus, Fautoribus, De-
fenſoribus, & ſimilibus, Immunitate
100 priuandis, intelligitur, quoties † ſcien-
ter quis receptauerit, vel alia huiuſ-
modi fecerit; alias ſecus erit, *vt habe-
tur in primo capite euſdem Bullæ, &
plene de omnibus Receptoribus loquitur
Menoch. d. caſu 348. num. 15.* Quæ
101 ſcientia † non præſumitur, niſi probe-
tur, *c. Præſumitur. de Reg. iuris. lib. 6.
pro quare faciunt relata a Turz. in ſu-
is Comm. Opinn. opin. 145. Gail. lib. 2.
Obſer. 48. num. 14. & 22. verſic. Pro-*

batur autem. Item Obſer. 84. *num.* 8.
*idem de Pace publ. lib.*2.*cap.* 10. *num,*
9. *& num.* 13. *Couar. in cap. Filius*
*noſter. num.*5. *inf. de Teſtam. Gomez.*
*Var. Reſol. lib.*1.*cap.* 12. *num.*13.*verſ.*
Quod intellige. Menoch. de Præſumpp.
*lib.*4.*præſump.* 186. *num.*32.*cum tri-*
bus numm. ſeqq. & num. 40.*Item, lib.*
6.*præſ.*23. *num.* 1. *& num.* 51. *cum*
ſeptem numm. ſeqq. item num. 86. *in*
fi. Maranta in l. Is poteſt. num. 283.
Quare ſemper præſumitur ignoran-
tia: Et dicit Maran. *lo. cit. in nu. ſeq.*
285. ideo præſumendum ignoran-
102 tiam, quia ignorantia † eſt actus pri-
uatiuus, habẽs negatiuam annexam,
quæ negatiua eſt de iure improbabi-
lis, *l. Actor. C. de Probatt.* Sed ſcien-
tia, quę ponit, & affirmat merita, pro-
bari debet, *allegat tex. in l. Ei, qui di-*
cit. ff. de Probatt. Sed puto voluiſſe al-
legare text. in l. Ei incumbit. d. tit. de
Prob. Et faciunt fere omnia Iura ſub
103 *d. tit.* Quomodo † autem ſcientia ſit
probanda, tradit idem Maranta *in d.*
l. Is poteſt. in ſubſequentibus numm.
319. *&* 320. quomodo vero, & quan-
do præſumatur, vide Gail. *d. lib.* 2.
de Pace publ. eo. cap. 10. *poſt d. num.*
9. *in aliqq. ſeqq. numm.* Iſthæc autem,
quę huc vſque dicta ſunt de ſimilibus
nominibus, nõ incongrue relata ſunt,
ſed eiſdem vtemur *inf.* §. *VI.* cum de
Hæreſis crimine agemus, quamquam
in toto hoc Tractatu illis egemus.
Quæ vero de huiuſmodi ſcientia di-
ximus, procedent tantummodo in
foro contentioſo: quia ſi quis ſcienter
aliquod horum fecerit, licet probari
non poſſit, non tamen intrinſecus pę-
nam excommunicationis euadet.
104 Dicet † forſan aliquis, quod hæc,
quæ de receptatoribus Piratarum,
fautoribus, & ſimilibus dicta ſunt;
imo quoad pœnam excommunica-
tionis aduerſus eoſdem Piratas, ſu-
perflua videntur in omnibus mundi
partibus: ſed ibi tantum eſſe neceſſa-
ria, vbi locum habet præd. Bullæ di-
ſpoſitio *in d. cap.* 3. quæ eos compre-
hendere videtur, qui Mare Eccleſia-
ſticum diſcurrunt, hoc eſt, Mare Re-
gni Eccleſiæ, in temporalibus ſubie-
ctum, non aliorum Regnorum, per il-
la verba, MARE NOSTRVM:
cum in temporalibus alterius regni
Papa non ſit Dominus, prout ſupra
In Initio Cap. II. num. 75. *cum aliqq.*
numm. ſeqq. dictum eſt. Sed illud pro
105 nomen, † NOSTRVM, denotat
dominium, *vt dicitur in text. l. Si ita.*
& ibi Bart. & alij. ff. de Auro & arg.
leg. quia pronomina Meus, Tuus,
Suus, &c. ſunt poſſeſſiua, *vt late refert*
Menoch. Præſumpt. 127. *num.* 36. *lib.*
4. *& latius ipſe dicam in Commentarijs*
Capp. Regis Alfonſi, in Cap. 192. *inter*
ſua Capp. Ritus ordine, 97. *ſuper Gloſ.*
3. *in verbo, Suas.* Ergo comprehende-
re videtur ſolum Diſcurrentes Mare,
cuius Papa dominus eſt. Sed hoc nõ
obſtante, Reſp. quod præd. prono-
106 men, † NOSTRVM, & alia ſimilia
non ſemper habent ſignificare domi-
nium abſolutum, quãuis regulariter
& ſtricte ita ſumantur, *vt dicit Bart.*
*in Rubr. ff. de Oper. noui nunt. num.*5.
in fi. Sed quandam communitatem,
prout vulgo dici ſolet, Le galere no-
ſtre: la noſtra Citta: hoc eſt, Trire-
mes Noſtræ, Ciuitas Noſtra, & ſimi-
liter: Non tamen ſequitur, quod hæc
ſupradicta ſint vere, & omnino no-
ſtra, ſed omnibus nobis communia,
nempe noſtra Panormitanorum, vel
Siculorum: ſicuti etiam dicimus, Pa-
ter Veſter: Frater Tuus: Proximus
Noſter, &c. Non tamen hos poſſide-
mus: Atq. etiam aliquando ſignifi-
cant quandam reuerentiam, vt Deus
Noſter: Dominus Noſter, &c. *vt in*
princ. Digeſtorum. & in princ. Inſtitt.
In Nomine Domini Noſtri Ieſu Chri-
ſti, &c. & in Oratione Dominicali, Pa-
ter

ter Noſter, qui es in cælis, &c. Et dicit Bart. *d. num.* 5. quod antiqui Grammatici dicebant, quod genitiuus regitur quandoque ex natura poſſeſſio-
107 nis. Vnde illud † pronomen, NOSTRVM, debet intelligi pro Mare Chriſtianorum: quia quoad Mare nobis Chriſtianis cõmune eſt. Quid mirum ergo ſi Summus Pontifex nõ fecerit mentionem aliorum Regnorum, ſed locutus eſt in communi: nã tẽpore Nauarri illud ſimpliciter conſtitutum fuit: quia in Bulla dicebatur, Anathematizam° omnes Piratas Latrunculos marinos, & illos præcipue, qui in Mari noſtro a Monte Argentario vſque ad Terracinam, &c. Sed poſtmodum ab alijs Summis Pontificibus fuit mutatum, vt apparet in Bullis ab ipſiſmet editis, in ea præſertim S. D. N. D. Pauli V. vbi prædictum pronomẽ præponitur aduerbio, PRÆCIPVE, his verbis:

„ *Diſcurrentes Mare Noſtrum,*
„ *PRAECIPVE a Monte Argen-*
„ *tario, &c.*

Hinc clarius apparet, quod præd. 110
pronomen, NOSTRVM, comprehendat totum Mare Chriſtianorum, per illa verba reſtrictiua, Præcipue a Monte, &c. Ergo reliquum ſumitur pro Mare aliorum Regnorum: Sin aliter ſecus eſſet, ſufficeret dicere, Excommunicamus Piratas, ſeu Latrunculos marinos diſcurrentes Mare noſtrum a Monte Argentario vſque ad Terracinam. Vnde illud additamentum, PRÆCIPVE, diſtinguit Mare Eccleſiæ a Mare aliorum Regnorum .i. Chriſtianorum, *Graff. d. cap.* 18. *num.* 53. *eadem Rubr. Mare noſtrum.* Quapropter ex hoc habes vnam limitationem notabilem: quia Diſcurrentes Mare Saracenorum, & aliorum Infidelium, etiam prædandi 111
cauſa Chriſtianos, non incurrunt in pœnã Bullæ. Et hæc ſufficiant quoad hanc rem *ſuper d. cap.* 3. *Bullæ.* Deueniamus ergo iterum ad rem noſtram.

Adde pro maiori dilucidatione huius rei, in eo, quod diximus ſupra *in verſic. Aduertendum tamen eſt. num.*
108 46. vt. ſ. in illa † præd. Pragmatica ſub tit. de Furtis, & rapinis, non compræhendi alios, niſi tantum facientes, quod nõ intelligitur pro illis, qui aſſociauerint Latrones, vt habetur in eademmet Pragmatica, ibi,

„ *Che ſoli, o in Compagnia d'altri*
„ *in la ſtrada publica de'lla campa-*
„ *gna, &c.*

Quia etiam ad hos extendetur: ſimilem quoq. Textum habemus in l. Vnica. §. *Pœnas.* C. de Raptu Virg. qui cõcordat cum alio textu in l. Raptores. §. *Pœnas.* C. de Epiſc. & Cler. vbi hoc habetur:

109 „ *Pœnas † autem, quas prædiximus,*
„ *id eſt, mortis, & bonorum amiſſio-*
„ *nis, non tantum aduerſus rapto-*
„ *res, ſed etiam contra eos, qui hos*
„ *comitati in ipſa inuaſione, & ra-*
„ *pina fuerint, conſtituimus. Cæte-*
„ *ros † autem omnes, qui conſcij, &*
„ *miniſtri huiuſmodi criminis re-*
„ *perti, & conuicti fuerint; vel qui*
„ *eos ſuſceperint; vel quicunque o-*
„ *pem eis tulerint, ſiue maſculi, ſiue*
„ *fœmina ſint, cuiuſcunque condi-*
„ *tionis, vel gradus, vel dignitatis,*
„ *pœna tantummodo capitali ſubij-*
„ *cimus: &c.*

De his Raptoribus vide Anton. Gomez. *ſuper ll. Tau.* 80. *vbi ſatis plenam materiam habes:* & poſt eum, & quamplures alios videri poteſt Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 291. *toto.* Sed pro hoc faciunt relata a Guid. Pap. *quæſt.* 423. *poſt num.* 2. *verſic. Sed an in aliquo, & num.* 4. *in prinč.* qui reſpondet ad quædam contraria, quando † quis dicatur ferre auxilium, vel fauorem, qui diſtinguitur ab eo, qui aſſiſtit tanquam ſocius in ipſo deli-

T 2 čto:

ćto: quem omnino vide. Ergo hu-
iuſmodi ſocij nō gaudebunt hac Im-
munitate, inſtar eorūdem auctorum.
In hoc autem caſu oportet conſtare,
quod huiuſmodi comites aſtiterint
in ipſis rapinis ad effectum furandi,
ad hoc, vt eadē pœna puniri poſſint:
& merito eadē pœna puniuntur; quia
ex eorum aſſiſtentia redduntur auda-
ciores ipſi Latrones: & ſpoliatus in-
firmior fit: Vide Clar. *in* §. *fi. quæſt.*
90. verſic. Quæro nunquid ille. qui tra-
dit, quando quis dicatur opem ferre:
Item quomodo, & quando puniendi
ſunt, latiſſime Menoch. *d. caſu.* 350.
ad quos breuitatis cauſa me refero.
Vnde ea, quæ ſupra diximus de fau-
toribus, ſeu auxiliatoribus intelligi
debēt pro ſimplici fauore, ſecundum
Gloſ. *in c. fi. §. Illud. in verbo, Simpli-*
ci fauore. de Pœnis. lib. 6. dicentem,
quod ſimplex fauor intelligitur illius,
qui nihil adijcit ad maleficium faci-
112 endum, non vt † voluit Guido Papa
d. num. 4. poſt verſic. Imo quod plus eſt.
qui prędictam Gloſſam capit pro eis,
qui aſſiſtunt in delicto, aſſociando ip-
ſos Delinquentes, dicens, hos ſimpli-
cem præſtare fauorem; ideo, *iuxta di-*
ſpoſitionem d. §. Illud autem. pœna ar-
bitraria puniri debent: quod omnino
reijciendum eſt: Nam quis negabit,
quod huiuſmodi aſſiſtentes non au-
geant delictum, reddentes ipſos La-
trones audaciores, & ſpoliatos infir-
miores, prout ex Claro ſup. dictum
eſt? Vnde non poſſunt dici præſtare
ſimplicem fauorem: quare eadem
pœna omnino plecti debent, qua &
ipſi facientes: & ita dicit alia Gloſ.
præcedens in d. cap. fi. in princ. verbo,
Socius.

Non oberit hic addere, quod quā-
113 uis † alij fautores, receptatores, & ſi-
miles, (de quibus ſupra egimus) non
teneantur pœna prędictæ Pragmati-
cæ, ſi tamen ex illa rapina ſequatur
homicidium, non eximerem illos ab
homicidij pœna: Nam aliud eſt cri-
men homicidij, & aliud rapinæ: ſed
in præd. Pragmatica agitur de rapi-
nis; ergo ad alios terminos non ex-
tenditur, niſi inibi contentos. Quan-
do.n. interuenit homicidium, tunc
non vi præd. Pragmaticæ fautores,
mandantes, & alij tenentur, ſed com-
114 munis Iuris: quia mandantes, † vel
auxilium dantes ad occidendum, ho-
micidij pœnæ ſunt obnoxij, tanquā
ſi fuerint ipſimet principales interfe-
ctores: *patet per ea, quæ tradit Clarus*
d. §. fi. Quæſt. 89. quæ concluſio eſt
115 apud omnes notiſſima. Nec † vale-
bunt ſe tueri, eo quod forſan prote-
ſtati fuerint, ne raptor ſpoliatum oc-
cidat: quia huiuſmodi proteſtatio pœ-
nam non alleuiabit; ſed ſibi imputa-
ri debet, *iuxta textum in cap. Is, qui*
mandat. de Homic. lib. 6. & faciunt tra-
dita per Clarum, d. quæſt. 89. verſic.
Pone aliquis. in fi. Sed an in tali caſu
debeat Immunitate gaudere, dicetur
inf. loco ſuo, *in* §. *IIII.* huiuſmet Ca-
pitis.

116 Solet etiam dubitari, an † huiuſ-
modi Raptores, ſeu Latrones teneantur
tur pœna d. Pragm. ſi non perfece-
rint crimen, ſed attentauerint? Reſp.
reſolutiue, quod non: quia eadem
Pragmatica loquitur de delicto con-
ſummato, non attentato, per illa
verba:

„ *Con Violentia commetteranno rob-*
„ *barsa, &c.*

Ideſt,

„ *Violenter furtum committens.*

Quæ verba indicant delicti, ſeu cri-
minis conſummationem: imo Sta-
117 tuta † edita contra criminoſos ſemper
intelliguntur pro criminibus cōſum-
matis, *Boer. Deciſ. 316. num. 2. Nauar.*
in cap. Si quis non dicam. num. 17. de
Pœnit. diſt. 1. poſt Bald. in l. 1. ff. Ad
L. Cornel. de ſicarijs. & Imol. in c. 1.
de

de Præſumpt. Et facit optimus Text.
in l. 1. ff. de Extraor. crim. qui Text.
eſt canonizatus in d. Diſt. 1. incip. Sol-
licitatores alienarum nuptiarum. ob il-
118 lam rationem: quia verba † in Statu-
tis proprie debent intelligi, *l. 3. §. hæc*
verba. ff. Nego. geſt. & latius dicam
in Rub. d. cc. Ritus huius Regni. At co-
119 natus † nō eſt vere delictum, ſeu illud
crimen in quod intenditur, ſed ficte,
Nauar. lo. cit. Sed licet huc vſque lo-
120 cuti ſimus de Statutis; hæc † tamen
vendicant ſibi locum etiam in omni-
bus Legibus communibus, *Viu. in*
ſuis Comm. opinn. Statutum puniens
delicta. circa med. Gabr. Rom. in ſuis
Comm. concluſſ. lib. 7. Concl. 12. num.
19. Clar. in §. Homicidium. verſic. vlt.
& d. §. fin. quæſt. 92. in princ. vbi infi-
nitum Doctorum numerum tradit: & in
verſic. ſeq. Boer. d. Deciſ. 316. num. 3.
ſeq. Gail lib. 1. de Pace publ. cap. 14. nu.
3. verſic. Et licet. Mynſing. Obſer. 9.
Cent. 3. Grammat. Deciſ. 2. num. 6. cum
13. numm. ſeqq. & num. 32. cum quin-
que ſeqq. Item Deciſ. 74. fere tota.
121 Nota † ergo perpetuo, quod ad
hoc, vt præſens Pragmatica d. tit. de
Furt. & rap. locum habeat, oportet
conſtare de diſrobatione, vt. ſ. actus
ſit perfectus, & conſummatus; alias
puniri non poterunt huiuſmodi De-
linquentes pro ſola violentia illata
eadem pœna, quæ in ea ſtatuta eſt:
& in his terminis poſt Afflict. *in cap.*
1. §. Publici Latrones. num. 9. de Pace
ten. loquitur Catal. *de Indult. Caſu*
35. limit. 8. num. 9. Et in conſequen-
tiam neque eos hac Immunitate pri-
uandos eſſe, cenſerem.
122 Ad probandum † autem hanc diſ-
robationem, non ſufficiet ſemiplena
probatio, ſed oportet plene probari,
vt dicitur in eademmet Pragmatica:
imo niſi diceretur, ita de Iure commu
ni intelligi debet, *vt poſt Bald. dicit*
Iaſ. in l. Si quando. num. 12. C. de Vi.
per eundem text. Nam vbicunque
123 † Lex, vel Statutum aliquid diſponit,
vel inducit contra Delinquentem, vt
diſpoſitio illius Legis, vel Statuti lo-
cum habeat, oportet illud crimen ple
ne probari, ita vt neque ex præſum-
ptionibus, ſeu cōiecturis eius violen-
tia probari poſſit: quia ſicut metus
124 † non præſumitur, niſi probetur, *l.*
Metum. C. de His, quæ vi, metuſue
cauſa. Decius, Conſil. 219. num. 16.
Pariſ. Conſil. 10. nu. 36. lib. 1. & Conſ.
5. num. 168. lib. 4. & poſt hos Menoch.
in Reſpon. 2. Cauſa Finarienſis. art. 4.
125 *num. 90.* Sic etiam nec † Vis præſumi-
tur illata: vnde clare probari debet, *l.*
Non eſt. ff. Quod metus cauſa. Alciat.
Reſp. 54. num. 7. Menoch. vbi ſupra,
126 *num. 5.* quæ † Vis nec poterit per iura-
mentum actoris, ſeu ſpoliati probari,
Text. *in d.* l. Si quando in illo verbo,
ibi, (Patefacta.) quod Gloſ. expo-
nit. i. liquide probata. Ideo Iaſ. *ibi-*
dem. num. 8. & ſeq. dicit, quod ſi re-
127 quiritur † liquida probatio, non ſuffi-
cit probatio per iuramentum: quia
illa probatio ſufficit quantum ad pro
bandum damnum, & intereſſe: ſed
Violentia debet plene probari, quod
etiam Viu. *in dd. ſuis Comm. opinn.*
verbo, Statutum diſponens quod de dam
no dato. extendit hanc limitationem
128 ad Statuta † diſponentia de damno
dato vt ſtetur iuramento damnum
paſſi: Nam in hoc caſu, ſi alicui ſit
commiſſum furtum, nō ſtabitur eius
iuramento, cum furtum ſit mere cri-
minale, licet in furto inſit damnum:
quod multis comprobat auctoribus.
Aduerte, quod id, quod dicit Plotus.
in d. l. Si quando. §. 4. num. 2. non ob-
ſtat; quamuis videatur dicere, quod
damnum ex rapina, vel violentia da-
tum poſſit iuramento probari: nam
alibi idem Plotus, *inf. ea l. §. 49.*
num. 4. optime ſe declarat, dicens,
conſtito prius de furto, vel ipſo dāno
dato

dato, poterit poſtmodum eius æſtimatio probari: *hoc in antiquis eſt ſub num.* 823. *vt refert idem Viu. lo. cit.* Vide tamen eundem Plotum, qui ponit aliquas limitationes: *Sed de hac concordantia ſupradicta vide eundem in nouis, d.* §. 4. *num.* 6. *&* 7. Hinc Salicetus *in d. l. Si quando. per illam præd.*
129 *Gloſ.* 1. ait, quod iuramentum † non eſt liquida probatio: & ſic vbi a Lege, vel Statuto in aliquo caſu requiritur liquida probatio, iuramentum non ſufficeret: hoc refert idem Iaſ. *d. num.* 8. Et ſequitur *in num. ſeq.* dicens, quod iuramentum non venit appellatione legitimæ probationis, tradens ad hoc Gloſ. reputatam ſingularem *in l. Cum in debito. in princ. verbo, Legitimis. ff. de Probatt.* & alia Iura, qui apud eum videri poſſunt. Quæ autem dicatur legitima probatio, traditur a Gloſ. ordin. *in l. Proprietates. verbo, Legitima. C. d. tit. de Probatt.* Et plene, ac copioſe refert Gabr. Rom. *in præcitatis Comm. Concluſſ. lib.* 1. *eo. tit.* Vnde in præſenti caſu concludendũ eſt cum Iaſ. *in d. l. Si quando. in ſubſeq. num.* 10. qui tenet, &
130 concludit, quod iuramentum † non eſt nec liquida, nec legitima probatio: imo nec ſpecies probationis, ſed releuatio ab onere probandi, *& ibi infinitum LL. & Doctorum numerum tradit:* & tandem ait, pro hoc eſſe optimum text. in c. Forus. inf. de Verb. ſig. Et *ibi* Abb. *in num.* 2. *in fi.* traditus ab eodem Iaſ. *lo. cit.* tenet *per eundem*
131 *textum*, quod illa † dicitur propria probatio, quæ fit per teſtes, vel inſtrumentum: ea verò, quæ fit per iuramentum, nõ dicitur propria probatio. Sed de huiuſmodi probationis ſpeciebus copioſe dicam in Tractatu meo, De Officio Iudicis. Regula 6.

132 Collige ergo ex his, quod in † caſu præd. Prag. non valebit probari furtum violenter commiſſum: eo quod aliquis videns homines armatos, vel quos ſuſpectos putauit ad ſe venire, illorum timore perterritus, aufugit: & veſtes, vel quid aliud ſimile geſtans, proijcit, etiam ſi illi bona proiecta capiunt, cum fortaſſis alio tendere poſſent, & non ad eum finem: quare non eſt præſumendum contra illos; quia Pragmaticæ diſpoſitio ea eſt, vt ſcilicet furtum Vi perpetratum fuerit: niſi in caſu, qui dicetur inf. *num.* 146. Quare niſi conſtiterit de hac violentia, iuxta ea, quæ diximus *in verſ. præced.* nõ poterit eius diſpoſitio procedere; quia præſumptionibus non eſt iudicandum, ſed claris, & liquidis
133 probationibus. Vnde in hoc caſu † dubio benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſt, quam tutius, *l. Semper in dubijs. & l. Ea quæ. in fi. ff. de Reg. iur. l. Si fuerit.* §. *fi. ff. de Rebus dubijs. cum ſimilibus.* Et Reis
134 † potius fauendum eſt, quam actoribus, *vulgata illa regula in l. Fauorabiliores. ff. de Reg. iur.* Sed ne prædicti homines impunes omnino euadant;
135 quia dicere ſolemus, in obſcuris † minimum eſſe ſequendum, *c. In obſcuris. de Reg. iu. lib.* 6. *& inibi Doctores, præſertim Dyn. num.* 17. *vbi quodam*
136 *ſimile exemplum refert:* ideo licet † impunes euadent quoad Vim; non tamen a furti pœna liberabuntur, hac
137 potiſſimum ratione: Nam qui † alienum quid iacens, ſibi gratia lucrifaciendi ſubſtulit, furti obſtingitur, ſiue ſciat cuius ſit, ſiue ignoret: nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius ſit ignoret, *l. Falſus.* §. *qui*
138 *alienum. ff. de Furtis.* Niſi † mihi dicas, quod illud iacens ſubſtulit, non vt ſibi lucretur, ſed redditurus ei, cuius fuit: quia neq; in hoc caſu furti tenebitur, *d.* §. *Qui alienum. &* §. *Si iactum. eiuſdem legis.* Nec obſtabit Textus in l. 1. §. Idem Labeo. & Text. in l. 3. §. Quod quidem, ff. de Vi, & vi arma-

armata. Item & Text. in l. Metum. §. 1. ff. Quod metus cauſa. Nec etiam ea, quæ tradit Gail. *de Pace publica, lib. 1. cap. 7. num.* 14. poſt hæc, & alia Iura, quibus in locis dicitur, quod Si
139 quis † viſis armatis, qui alio tendebãt, metu hoc deterritus, fugerit, Vi deiectus videtur, ſi prædicti homines poſſeſſionem occupent, ſiue verum, ſiue falſũ ille putaſſet; Vnde ſpoliato dabitur Interdictum Vnde Vi. nam Reſp. quod illud in ſuis tantum terminis procedit, hoc eſt, in rebus ſoli, quamuis illud Interdictum † Vnde Vi quandoque detur in rebus mobilibus, ſi ſtabilibus, vel ſolo cohæreant, *d. l.* 1. §. *illud vtique. verſic. proinde. &* §. *ſi fundus. verſic. plane. Item, d. l.* 3. §. *cõſequenter. & l. Sed ſi. ff. d. tit.* Quare
141 ſi quis † loci vacantis, vel alicuius abſentis poſſeſſionem occupet, licet nullam Vim faciat, ſemper tenebitur illomet Interdicto, *text. in l. fi. C. Vnde Vi.* Quod euenit in caſu noſtro: quia alienum quid iacens, capiens, niſi domino reſtituere vellet, vt dictũ eſt, furti actione tenebitur, ſciat, aut ignoret cuius ſit: vnde præter hos terminos, non eſt excedendum in ſupradictis caſibus: & hoc modo non obſtabunt ſupradicta Iura. Sed vtriuſq.
142 caſus eſt ratio: quia omnes † ſcire tenemur quod noſtrum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, *d. l. fi. C. Vnde Vi.* Qua de re prædd. caſus ſuis ambulant terminis: vnde ſiue illi armati, ſiue alij poſſeſſionem occupent, ſemper eius detentores, vel occupatores illo tenebuntur Interdicto: ſic etiam in primo caſu, ſiue illi, ſiue alij rem proiectam capiant, non di-
143 minuetur pœna furti: Niſi † pro derelicto res fuerit habita; quia tunc nec furti actio competit, §. *penult. Inſtit. de Rerum diuis. vide etiam Abb. in cap. Ex literis. num.* 4. *inf. de Furtis. D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 5. *ad* 2. *& Couar. in regula, Peccatum. par.* 3. §. 1. *de Regulis iur. lib.* 6. Vel putauerint rem pro derelicto haberi, *d. l. Falſus.* §. *qui alienum. ibi, (Sed etſi non ſit.)* §. *ſi quis ſponte. & d.* §. *ſi iactum. in fi. ff. de Furtis. & faciunt illa Iura ſub illo tit. generali in. lib.* 41. *florum. tit.* 7. *qui inſcribitur, Pro derelicto.*

Non obſtabit ex aduerſo firmare, quod ideo aufugit, qui bona ferebat, illis bonis proiectis, quia timuit prædictos homines ad ſe venientes, qui ſolebant ſimilia facere: vnde ne in eorum manus incideret, aufugit, proiectis dictis bonis: Quia Reſp. hoc modo: Nam ſi prædicti homines ſimilia perpetrare ſolebant, nõ ex hoc, quod in huiuſmodi caſu bona occuparunt, condemnandi ſunt, ſed ex eis, quæ antea commiſerunt: ſi vero nulla alia rapina antea commiſſa probari poſſit, furti pœnæ tantum obnoxij erunt, iuxta ſuperius relata: Nam in
144 ſimilibus † criminibus, niſi conſtet per teſtes, aut per confeſſionem de aliqua diſrobatione, ſeu aggreſſura in particulari, non poteſt procedi contra aliquem, & puniri, *Pariſ. de Sind. in verſic. Latro. ca. Quia. & ca. Si latro. verſic. An ſi fiat inquiſitio. & in verſic. Tortus. cap.* 10. *incip. Quidam Latro. poſt Iſer. in tit. de Pace ten.* §. *Publici Latrones. & Ang. in Conſil.* 304. *incip.*
145 *Ex forma ſtatuti.* Sed laborante † fama publica de hac famoſitate contra eum per generalem, & ſpecialem inquiſitionem ex mero officio procedi poteſt, & torqueri, vt iure optimo tenet Muſcat. *in d. Tract. de Cognit. ſeu probat. d. tit. de Furtis, & rapinis, &c. in princ. num.* 51. *&* 52. *poſt Pariſ. ſupra cit.* & rationem reddit, dicens, Ideo in hoc caſu credo inquiſitionem valere, & eſſe ad torturam procedendũ, quia illa fama quæ laborabat de famoſitate, ſuccedit loco probationis delicti in genere: ad condemnationem

nem autem deueniri non poteſt, niſi in ſpecie eſſet confeſſus,&c.

Aduerte tamen,quod ea quæ diximus vſque huc,a num.ſ.132.non ita
146 ſimpliciter ſe habent: quia ſi † probari poterit,quod exportantes,vel rapientes bona iuiſsẽt cum armis,ſeu alio modo parati vim facere, ſi reſiſtẽtem inueniſſent, tales habendi ſunt perinde,ac ſi vim intuliſſent: & tenentur actione Vi bonor. rap. *Io. Andr. in Addit. Ad Specul. tit. de Rapt. & incend. &c.* §. 1. *in princ. verſic. Sed opponitur. Alex. Conſil.* 103. *num.9.vol.* 1. *Corſ. & alij, quos refert Plotus, d.* §.4.*num.* 2. *in d. l. Si quando. C. Vnde vi. Et vide eundem in num. ſeq.* Inde ex his probatur,quod tenentur etiam pœna præd. Pragmaticæ.

147 Limita † quoque eãdem Pragmaticam quoad res comeſtibiles,vt ſunt fructus,nempe ceraſa, pera,vua,& ſimilia:& ratio quidem efficax eſt:quia nemo præſumi debet,quod alium interimere velit pro tam parua, & modica re: quia ſæpiſſime accidere ſolet, vt homines recreationis cauſa campos deambulent, & obuiam ſibi eat aliquis geſtans vuas,vel alios fructus; & cum prædicti vellent illos emere, aut forſan gratioſe aliquid, vel partem illorum peterent: ille vero renitenter negaret: vnde violenter ab eo auferrent; quis enim hos mortis pœna dignos iudicabit? ſane nemo. Vnde cogita optime iudex, & bene conſcientiam diſcute; poſtea vero iudicium da: quia non ea eſt Legiſlatoris intentio, vt pro tam modica re, quæ pro nihilo reputatur, velit homines mortis pęna afficere. Nec d. Pragmatica impoſita eſt ad deſtruendum,ſed
148 potius ad ædificandum:cũ † nulla iuris ratio,aut æquitatis benignitas patiatur, vt quæ ſalubriter pro hominũ vtilitate introducuntur,ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem, *l. Nulla.ff.de Legibus.* Hinc igitur reſtringẽda ſunt illa verba eiuſdem Pragmaticæ, vbi dicitur:

,, *Commetteranno robbaria, o furto*
,, *di denari, di robbe, di animali di*
,, *qualſiuoglia valore, etiã minima*
,, *che foſſe,&c.*

149 Nam licet appellatione † bonorum regulariter veniant mobilia, ſtabilia, iura,& actiones, *ſicuti volũt plura Iura, vt eſt vterque text. in ll. Bonorum appellatio. ff. de Verb. ſign. & ibi Doctores, cum alijs ſimilibus ibi ſubnixis:*
150 tamen in præſenti † caſu præd. Prag. reſtringitur tantum ad quædam bona ſpecialia, per illam diſtinctionem, quæ fit in ea,ex illo verbo, DI ROBBE, quod, quia ſeparatur ab alijs, non vt genus ponitur,ſed vt ſpecies, & ad quædam bona ſpecialia ſe reſtringit: Nam genus per enumerationem præcedẽtium ſpecierum reſtringitur, *l. vlt. §. fi. ff. de Tritico, vi. & ol. leg. & ibi Bart. & plene per eundem Bart. in l. Quæſitum. §. ſi quis fundum. tit. ſeq. de Inſtr. leg.* Vnde cum ſimus in materia Statutorum,quorum verba ſecundum communem loquendi vſum debent intelligi, *vt dicetur infra §.111. num.26. in verſic. Et primo facit.* Illud prædictum verbum, DI ROBBE, nihil aliud denotat, niſi tantum veſtimenta,& ſimilia,vt ſunt panni,lana,linum,& alia huiuſmodi: quamuis aliquando veniant etiam alia bona, vt ſunt funes, caſci, mella, & ſimilia. Sed quicquid ſit,hoc vnum ſcio,quia dum dicimus aliquem fuiſſe ſpoliatum pluribus,vel quibuſdam bonis,vel rebus,quæ vulgo nos Siculi, ROBBE, vocamus, (vt dictum eſt) nunquam intelligitur pro dictis fructibus,vt nemo eſt,qui ignoret:& hic communis vſus loquendi tam in pœnalibus, quam in fauorabilibus ſeruari debet. Nec me latet, quod licet

151 licet † verba aliquando aliter, quam
Legiſlatoris intentio ſonare videan-
tur, potius intentione, quam verbis
vti debemus, *l. Contra legem. ff. de*
Legibus. l. Labeo. ff. de Suppell. leg. &
l. Cum de lanionis. §. optimum. ff. de
Inſt. leg. Quapropter quis eſſet ille
fatuus Legiſlator, qui pro tam vili re
mortis pœnam infligere vellet, cum
152 legibus † nil aliud, præter æquitatem
conueniat, *l. 1. §. 1. ff. de Iuſt. & iu.*
153 Eiſque † ſimplicitas amica ſit, *Inſt. de*
Legit. agn. ſucceſſ. §. Cæterum. &
copioſe tradit Alex. Turam. in lib. 2.
cap. 7. ad Rub. de Legibus. Vnde in
præſenti caſu quamuis iudicanti ali-
ter forte, quam ſupradiximus verba
videantur, non erubeſcet ab illis rece-
dere: quia licet, etiam quandoque
verba legis offendere, nempe cum of-
fendendo menti deſeruimus: verba
154 † enim potiora ſenſu exiſtere non de-
bent, *Turam. d. tract. de Legibus, in l.*
Trans. num. 2. post Accurs. & alios:
accedant ea, quæ tradit Vaſq. Illuſtr.
contro. lib. 1. cap. 30. num. 4. cum ſeqq.
& cap. 31. toto. Item cap. 34. num. 4.
cum ſeq. & cap. 46. num. 2. cum ſeptem
ſeqq. numm. Guido Pa. Quæſt. 373.
verſic. Quicquid ſit. & plenius dice-
mus inf. §. IIII.

155 Limitatur † poſtremo præd. Prag.
in eo, qui rem ſuam rapuerit, credens
ſibi licere, quia ſicuti non tenetur illa
actione, Vi bon. rapt. ita nec per cõ-
ſequens pœnæ Prag. præd. obnoxius
erit, ſed aliter multabitur ex Cõſtit.
l. Si quis in tantam. *C. Vnde vi.* Qua
de re diffuſe tractat Menoch. *de Re-*
cuper. poſſeſ. Remed. 9. & ita tenet Azo
in Summa, C. d. tit. Vi bon. rapt. num.
3. verſic. Si quis igitur rem. & habe-
mus textum rotundum in l. 2. §. hac a-
ctione. ff. eo. tit. Vi bon. rapt. Sed pu-
to, quod d. Conſtitutio, Si quis in
tantam, locum non habet, quando
quis rem ſuam capiat, vel extorqueat
ab alio in dictis locis. i. in Campis,
vel in eorundem vijs, vbi non poteſt
iudicis copia haberi: nam in ſimilibus
caſibus omnibus licitum erit rem ſuã
ab eo auferre, qui vere dominus non
eſt: *Vide quæ tradit Couar. lib. 1. Varr.*
Reſoll. cap. 2. num. 15. & in Reg. Poſ-
ſeſſor. par. 3. §. 2. num. 3. verſic. Quin-
to ſubdeducitur. vbi plenam huiuſce rei
156 *materiam habere poteris.* Quæ † Limi-
tatio ampliatur quoque ad eum, qui
aliquo errore ductus rem ſuam eſſe
exiſtimans, & imprudens iuris, eo a-
nimo rapuerit, quaſi domino liceat
etiam per vim rem ſuã auferre a poſ-
ſeſſoribus: nam abſolui debet. Cuiſc.
conueniens eſt, nec furti teneri eum,
qui eodem hoc animo rapuit, *§. Ita*
tamen. Inſt. eo. qui Textus Notabilis
eſt pro hac re, & deberet ſcribi literis
aureis: exemplum haberi poteſt in l. Si
quis ex bonis. ff. de Furtis.

Pro ſupplemento huiuſce rei vi-
157 dendum eſt, an † hæc præd. Pragma-
ticalis Conſtitutio, de Furtis, & rapi-
nis locum habeat in fœminis? Et re-
ſolutiue dicas, quod ſic, per ea, quæ
tradit Menoch. *de Recuper. poſſeſ. Re-*
med. 9. num. 9. cum aliqq. ſeqq. nam &
mulieres vim quoque facere poſſunt,
Caſtren. in l. Si conſtante. §. ſi bona.
num. 3. ff. Sol. matr. Et pleniſſime per
Iaſ. in l. Si id quod. ff. de Iuriſd. omn.
158 *Iud.* Et dicit, quod Conſtitutio † *d. l.*
Si quis in tantam. C. Vnde Vi, locum
obtinet etiam cõtra mulieres, parum
159 curans de ea regula † maſculinum gé-
nus in odioſis non complecti fœmi-
160 ninum: quia vbi † odium eſt rationa-
bile, maſculinum, inquit, concipit e-
tiam fœmininum, *per d. l. Si id quod.*
vbi Iaſ. num. 1. & 2. Sed *poſt hos, &*
161 *alios plures,* quando † maſculinum fœ-
mininum concipiat, latiſſime tradit
Tiraq. *de Retr. lib. 1. §. 1. Glo. 9. num.*
213. & alijs ſeqq. Et plus dicit Me-
noch. *in ſubſeq. num. 11.* quod ratio

V †com-

162 † comprimendæ audaciæ tam fœmi-
nas, quam mares afficere debet, cum
nemini liceat ſua manu ſibi ius dice-
re. Vnde ſi præd. l. Si quis in tantam,
procedit contra mulieres, quæ forte
poſſent prætendere dominium, vel a-
liquod ius ad illam rem; multo for-
tius procedere debent ſupradicta ad-
uerſus eas, quæ rapinas committunt,
vbi nullum ius habent: & quamuis
illud frequentius accidat inter viros,
non tamen caſus minus frequẽs cen-
ſeri debet excluſus, vt optime dicit
Menoch. *lo. cit. num. 12. poſt Gloſ. no-
tab. in l. vnica. C. de Raptu virginum.
verbo, Sponſam. & alia Iura, & Docto-
res.* addens etiam *in num.* 13. quod
163 mulier † non poterit ſe excuſare ob
ignorantia iuris: quia ſolum in caſi-
bus a iure expreſſis excuſatur, *tex. in l.
fi. C. de Iu. & facti ignor. Adde mo-
dernos in l. Iuris. C. d. tit. Bart. & alios
in l. 1. §. nuntiatio. ff. de Oper. no. nun-
tiat. Bal. in l. fi. in princ. quaſt. 3. C. de
Iure deliber.* Et ſicuti Menoch. *ibi* ex
quodam Statuto Papiæ 31. de Pœna
illius, qui vim alicui fecerit in eius
poſſeſſione. *quod refert in dict. Rom.
9. num.* 16. dicit, quod per illa verba
d. Statuti, vbi dicitur, quod Si aliqua
perſona, &c. comprehenditur vterq;
ſexus; multo magis in hoc noſtro Sta-
tuto, ſeu Pragmatica comprehendi
debent non tantum viri, ſed etiam fœ-
minæ: nam ibi dicitur:

„ *Tutte, & qualſiuoglia perſone.*

Quæ verba ſunt generaliſſima, & ne-
minem excipiunt.

Sed, his omiſſis, patet, & firmatur
ſententia noſtra ipſomet Iure com-
muni, quod de vtroque ſexu loquitur
in caſibus latrociniorum, dum Text.
*in l. 1. C. de Iis qui latrones, vel alijs
crimin. reos occult. in princip.* dicit:

„ *Reos occultando, EVM, EAMVE*
„ *ſociauerint.*

Quæ relatiua referuntur ad ipſos La-
trones. Nec mirum, ſi hæc ita ſe ha-
164 beant: quia ſcio aliquas † mulieres ex
bannitas, & campanias dicurrentes,
ſecum prohibita ferentes arma, ab
alijs bannitis, & Camporum diſcur-
ſoribus apportari ſolita, quæ plures,
& diuerſas commiſiſſe rapinas fe-
runtur; Sed tandem captis, miſericor-
diter aduerſus eas proceſſum fuit: qua-
rum vna pœnitentia ducta, nunc ad
præſens eleemoſinas pro miſeris in-
carceratis elargiri rogat. De quadam
vero alia retulit mihi admodum Sp.
Dominus Marius Giurba I. C. Meſ-
ſanenſis, ad præſens Regius Conſ. &
in Tribun. Conſiſtorij S. R. C. Iudex
integerrimus, quæ, cũ is Meſſanæ Iu-
dicis Straticotialis officio fũgeretur,
capta fuit cũ duobus Scopettonibus,
diſcurrens campaniam: quam non
ſecundum eiuſdem Pragmaticæ ri-
gorem puniuit, ſed tantum ab eadem
vrbe exulare iuſſit.

Vltimo loco videre eſt, an omnes
admittantur in teſtes ad huiuſmodi
rapinas, præſertim mulieres, quarum
atteſtatio vacillat in iure? Et quan-
tum ad hanc rem attinet, prima facie
videretur dicendum, quod quamuis
ſupradicta locum obtineant in mu-
lieribus, non tamen illatum teſtimo-
nium admittendum eſſet, per ea quæ
tradit Gandinus *in tract. Malef. ſub
Rubr. de Fur. & latro. num.* 8. dum di-
165 cit, quod nec atteſtatio † trium mu-
lierum de ſcientia, & de viſu admit-
tenda eſt in caſibus latrociniorum.
Sed Plotus *in d. l. Si quando. C. Vnde
vi. in notis, §. 4. num. 22. & aliqq.
ſeqq.* contrarium probare videtur, di-
166 cens, quod quando † veritas aliter ha-
beri non poteſt ex natura negocij, pu-
ta, ſi agitur de probando factum de
nocte, vel in nemore, vel in ludo gram
maticæ, etiam minores admittuntur;
& inter alios quos allegat, tradit Iaſ.
in l. fi. C. de His quibus, vt indig. col. fi.

quod

quod eſt ſub num. 6. vſque in fi. qui dicit, quod quando veritas aliter haberi non poteſt, in ſubſidium teſtes inhabiles admittuntur; & ſubdit *in nu.* 7. poſt Io. And. *in Add. ad Specul. in tit. de Teſte.* §. 1. *verſic. Item excipitur.* quem etiam allegat Plotus *lo. cit.* dicens, quod licet fœmina in criminalibus nõ admittatur in teſtem, *c. Forus. cum ſua Gloſ. inf. de Verb. ſign.* tamen ſi aliæ probationes haberi non poſſunt, duæ fœminæ in criminalibus plene probabunt delictum: quod ſequitur Alex. *Conſil.* 24. *vol.* 2. Et plus in ſubſequenti *num.* 8. dicit, quod quando ex natura illius actus, vel negocij alij teſtes actu, nec habitu veriſimiliter haberi poſſunt, tunc minus idonei reputãtur omnino idonei: ſed quando potẽtia potuiſſent plures interueniſſe, licet actu, niſi iſti inhabiles interuenerint, nõ procedet limitatio, *allegat ibi D. Ant. & Abb. & vltra hos, plures alios tradit Plotus. d.* §. 4. *num.* 32. Vnde pro cõcordantia iſtius quæſtionis dicẽdum eſt, quod illud Gandini non procedet in caſu præſentis Pragmaticæ, cuius difficilis eſt probatio, vt in rapinis perpetratis in Cãpis, vel nemoribus: & ita videtur tenere in ſubſequentibus verbis, dũ dicit:

» *Niſi in caſibus, in quibus infames*
» *admittuntur.*

Sed licet Iaſon *ibi* dicat, quod fœminæ in his caſibus faciant plenã probationẽ, hoc tamen nõ ita ſimpliciter tranſit; quia Plotus *in d.* §. 4. *num.* 29. tenet, quod quando ſimiles perſonæ inhabiles ad teſtificãdum admittuntur, nõ aliter eis fides adhibenda erit, niſi ſuum dictum ſubſtineant in tortura, *ibique plures pro hoc allegat*. Sed aduertẽdum, quod in hoc Regno huiuſmodi practica non ſeruatur quantum ad fœminas, quia eis abſque tortura creditur. De his autem teſtibus in habilibus pleniſſime tractat Farin. *in ſuis Quæſt. Criminu. quæſt.* 43.

167 Vnum tandẽ Nota, † qđ in caſibus huiuſce Pragmaticæ, vel alijs latrocinijs nõ datur Appellationis remediũ, quia a ſentẽtia latrociniorũ reis denegatur appellatio: nec ſuperſedetur executio, *Maran. in ſuo Spec. par. 6. rub. Et quandoque appellatur. nu. 296. vbi ſunt etiã Addit. Folery.* Et his ſcriptis cõcludiẽ in hoc præsẽti Paragrapho. §.

S V M M A R I A.

1 *Depopulatores agrorum excluduntur ab hac Immunitate.*
Qui ſint? num. 3.
An differãt a Latronibus? n. 4. *& ſeqq.*
Criminis huius actio quæ? num. 7.
Aliter videntur excluſi in Iure nouo, quam in veteri, num. 8.
2 *Furtum quid?*
5 *Raptor quib⁹ actionibus cõueniri poteſt?*
6 *Reſtitui debet ablatum, ut dimittatur peccatum.*

§. II.

1 SECVNDO a regula † sũt excepti DEPOPVLATORES AGRORVM, qui licet includi videantur inter ſupradictos Latrones, in aliquo tamen differunt; ideo & nos Caſum hunc diſtinctum ab illo ſupradicto ponimus: quod ratione quidem factum eſt: nam poteſt quis eſſe agrorum Depopulator, & furtum, ſiue latrocinium nullum committere: loquor autem de furto in ſpecie, iuxta definitionem Iuriſconſulti, *relatam in l.* 1. §. *fi. ff. de Furt.* quam ſecutus eſt Iuſtinianus *in* §. 1. *Inſtit. de Oblig.*
2 *quæ ex delic. naſc.* dicens: Furtum † eſt contrectatio rei fraudoloſa, lucrifaciendi gratia vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere; Et

 ſic

ſic fur, ſiue latro dicitur contrectator rei,&c.& inter furem,& latronem illa eſt differentia, quam poſuimus ſupra §.*praced. num.*4.quia fures abſque vi furantur: latrones autem violenter.

3 Sed Depopulatores † agrorum ſunt, qui ſegetes, aut meſſes, vel alios fructus deuaſtãt,aut comburunt, vt tradit Gomez. *d. cap.* 10. *num.* 2. *verſic. Secundus caſus.* Nauar.*d.cap.*25 *num.* 20.*verſic. Non item gaudet.* & communiter omnes ſcribentes *in d.c. Inter alia. inf.eo.* qui licet non contineantur ſub illa furti definitione; nõ tamẽ differunt a definitione generali a me tradita *in pracit. Tract. de Furtis.*

4 Nam dum † Iuriſconſultus in d.definitione tractat de contrectatione, & lucro, dicens, furtum eſſe contrectationem rei fraudoloſam lucrifaciendi gratia, &c. non intendit includere eum, qui rem nullam contrectat: nec eum,qui ſibi rem non lucrifacit,vt eſt in caſu pra ſentis Quæſtionis: quia dum Depopulator ſegetes,aut meſſes deuaſtat, vel comburit, aut quid ſimile facit, puta eijcit, nullum quidem ex hoc ſibi quærit lucrum: Vnde in præd. definitione furti illi duntaxat continentur; qui rem mobilem contrectauerint; & tenentur ſpeciali actione furti,vt apparet etiam in precedenti §.Imo & latrones alia quoque ſpeciali actione coueniri poſſunt, vt d. §. diximus: & tamen quis negabit raptorem dici furem? imo improbriorem eum vocat Iuſtinianus *in princ. Inſtit. Vi bon. rap.* dicens:

„ *Qui res alienas rapit, tenetur*
„ *quidem etiam furti: (quis enim*
„ *magis alienam rem inuito domi-*
„ *no contrectat, quam qui vi rapit?*
„ *ideoque recte dictum eſt, eum im-*
„ *probum furẽ eſſe) ſed tamen pro-*
„ *priam actionem eius delicti nomi-*
„ *ne Prætor introduxit, qua appel-*
„ *latur, Vi bonorum raptorum:&c.*

Et alibi Vlpianus *in l.*2.§.*rerum.ff.d. tit. Vi bon. rap.* rerum, inquit, raptarum † nomine etiam furti,vel damni,

5 iniuriæ,vel condictione agi poteſt. Et etiã alibi ſæpe ſæpius legitur, vt plenẽ ipſe *in d. meo Tract.* dixi. Hinc ergo cognoſci poteſt differentia Depopulatorum, & Latronum: quia ſicuti ſpecie diſtinguũtur fures ab ipſiſmet Latronibus; ita etiã & Latrones differunt a Depopulatoribus, quamuis omnes quoad furtum generice ſumptum ſub eodem contineantur: quia

6 omnes † reſtitutionis pœnæ ſunt obnoxij, alias peccatum eis non dimittetur,*c. Peccatum.de Reg.iu.in* 6.Quo vero ad furti ſpeciem in foro iudiciali

7 omnino diſtinguuntur;quia hoc † crimen pertinere videtur ad actionem Legis Aquiliæ: Caſus vero ſupradictus continetur ſub d. actione Vi bonor. rapt. Quapropter dũ Doctores hos Caſus,&alios ſimiles ſub illa ſpeciali furti definitione adaptare conantur, malefaciũt, ſicuti diximus in illa noſtra definitione eiuſdẽ Tractatus. Hinc bene hic præſens vt Caſus diſtinctus a ſupradicto fertur, ob eorũdem ſpecialẽ actionẽ:& ita a noſtratibus vt diſtinctus traditur, vt videre eſt Gomez. *d. verſic. Secundus caſus.* Rebuff. *in d. Gloſ.* 1. *num.* 14. Innoc. Abb. & alios *in d. c. Inter alia.inf.eo.*

8 Differre † tamen videtur præſens Caſus Conſtitutionis noſtræ a iure veteri,ex eo,quia ibi Nocturni agrorum Depopulatores excludebantur; hic autem nulla fit mentio noctis,ſed ſimpliciter abſque illa adiectione;vnde omnes tam diurni, quam nocturni,ſeu quomodolibet fuerint,ſunt excluſi; Et hoc etiam tenet Decianus *d. lib.* 6. *cap.* 28. *alias* 29.*num.*3. *in fine.* quamuis moueatur ex iure antiquo,a fortiori ratione: ſed quia in hac noſtra Cõſtitutione nulla fit diſtinctio; ideo nos ſimpliciter omnes excludemus.

mus. Plura ad hunc Caſum pertinentia traduntur in §. ſequenti, quæ his addi poſſunt; ideo quę hic deſunt, iiſdem ſupple.

SVMMARIA.

1 *Homicidia, membrorumue mutilationes committentes in Eccleſijs, vel in Cœmiterijs non gaudent hac Immunitate: & num. 20. cum aliqq. ſeqq.*

Moderare tamen Conſtitutionem noſtrã in verbo (Mutilare) prout habetur in num. 18.

Limita, num. 23.

Amplia, num. 47. cum duobus numm. ſeqq.

Secus ſi prope Eccleſiam, reiecta contraria opinione: & num. 4.

Pœna contrauenientium de iure Regni quæ? num. 24.

Et quæ de Iure communi? num. 45.

2 *Abbas Panormita ſibi contrarius: & num. 14.*

Confutatur dum dixit, quod Statua puniendia delicta in Eccleſia, non habẽt locum in ea, quæ non fuerit conſecrata, num. 28. in fi. & num. 29. ſeq. Item, num. 35. & 40.

3 *Intellectus, ſeu moderatio Textus in Cap. Regis Alfonſi huius Regni: & aliqq. numm. ſeqq.*

5 *Villagut in Conſultatione deciſiua, poſt num. 102. confutatur.*

6 *Peccans ſpe conſequenda indulgentiæ, & abſolutionis virtute literarum Apoſtolicarum an poſſit vi illarum abſolui?*

7 *Marius Muta ſuper Cap. 71. Regis Alfonſi, in Verbo (Prope,) numero 36. confutatur: & ibi Hoſtienſis.*

8 *Membrum quid? Item,*

Mutilans membrum inutile an teneatur pœna Statutorum punientium mutilantes membra? nu. 17. & ibi remiſſiue.

9 *Digitus, Dens, Auricula, Mammilla, & ſimilia an ſint membra? & num. 13.*

10 *Mammilla in fœminis an ſit proprie membrum?*

11 *Mulieres an proprios lactare filios teneantur? & num. ſeq.*

12 *Præpoſitus Cardinalis Alexandrinus, & alij relati a Couar. de Matrimonio, cap. 8. §. 6. num. 13. dum de lactãdis infantibus matres in quodam caſu excuſant, reijciuntur.*

13 *Irregularitatem an incurrat, qui alicui pollicem abſciderit, ex quo abſciſſus irregularis remanſerit? Vel,*

Si Aliquem mancum percuſſione effecerit? & ibi vide quid ſignificet, Mutilare, num. 14. 15. & 16. vel,

Mancum efficere.

16 *Debilitans membrum, reddens illud inutile, an teneatur pœna mutilãtis?*

18 *Leuia committens crimina in Eccleſijs, vel Cœmiterijs an priuetur hac Immunitate?*

19 *Sanguinis effuſione Eccleſia, & Cœmiteria polluuntur: & num. ſequenti.*

20 *Interdicto cauſam tribuens, vel Immunitatem violans eo in caſu hac Immunitate priuatur.*

21 *Delinquens in vna Eccleſiarum, vel Cœmiteriorum priuatur omnium aliarum Eccleſiarum, vel Cœmiteriorum Immunitate.*

22 *Eccleſiarum alicui cum infertur iniuria, omnibus vniuerſaliter illata videtur.*

Appellatione Eccleſia an etiam non conſecrata veniant? num. 36. cum aliqq. ſeqq.

Maiores quomodo appellata? num. 33.

Earundem conſecrationis ritum olei ſãcti vnctione quis primus inſtituerit? num. 3.

Vnde deſumptus? num. 43. & ſeq.

24 *Pragmatica vnica ĩ fi. lib. 1. Pragmatt. huius Regni, tit. 42. ſiue Statutum illud, de quo loquitur Dominus de Maſtrillo in Deciſ. 22. Limitatur per hanc Immunitatem.*

Pœna

Pœna in ea contenta in ea parte, cui non eſt derogatum per hanc Immunitatem, conſonat cum Iure communi, nu. 45. ubi etiam ampliatur.

An locum habeat in Eccleſijs non conſecratis? num. 25. & aliqq. ſeqq.

26 Statuta quomodo intelligenda?

Non debent eſſe eluſoria, ſed aliquid operari, num. 27.

Conſonantia cum Iure communi quomodo interpretanda? num. 29.

27 Leges omnes ſiue generales, ſiue ſpeciales ſemper aliquid operari debent, ne reddantur eluſoria.

Illarum verba quomodo ſumenda? num. 28.

Ad qua adaptentur? num. 51.

Animarum ſaluti vbi conſulitur, ibi ex mẽte Legiſlatoris extẽdenda, quamuis pœnales, num. 52.

30 Celebrare prohibitus in Eccleſia, de qua intelligendum: & quam incurrat pœnam?

31 Baſilica quid apud Gentiles: & Vnde dicta? & inibi plura de Baſilicis, & de earum inſcriptionibus apud veteres auctores.

Via quædam Baſilica appellata, nu. 32.

Templa maiora, ſiue maiores & Cathedrales Eccleſia Baſilica appellata, num. 33.

Omnium Eccleſiarum fundamenta, nu. 34.

Regulariter, ſeu principaliter pro Eccleſijs conſecratis ſumuntur, reiectis opinionibus Io. Andr. Abb. & omnium aliorum contrarium dicẽtium, num. 35. & 40.

38 Conſtantinus Imperator & Diuus Lateranenſe Palatiũ ſancto Ioanni Baptiſtæ dicauit.

Intellectus, ſeu declaratio Canonum ſub Diſt. 1. de Conſecr. loquentium de Eccleſiarum conſecratione.

Hieronymi Romani opinio, dum dixit, quod Eccleſiarum conſecratio, quæ fit per Olei ſancti unctionem, ab initio Rom. Eccleſiæ, ſtatim poſt SS. Apoſtolos inceperit, confutatur.

44 Iacobi Patriarchæ Viſio.

46 Supplicium vltimum quid?

46 Occidens, vel mutilans exiſtens extra Eccleſiam, vel Cœmiterium aliquem in Eccleſia, vel Cœmiterio an Immunitate priuandus ſit?

Quid e conuerſo? num. 48.

49 Mandans committi homicidium exiſtẽs in Eccleſia, vel Cœmiterio num gaudeat hac Immunitate?

50 Carnaliter ſe commiſcentes in Eccleſijs, vel Cœmiterijs an gaudeant hac Immunitate?

A quo ſunt puniendi? num. 53.

54 Sacrilegium quid, & quotuplex?

In res quot modis committitur? nu. 67.

An committentes ſacrilegium gaudeant hac Immunitate? num. 79.

Grauiſſimũ omnium quod ſit? num. 80.

55 Incendiarij Eccleſiarum, aliorumue Religioſorum Locorum nũ gaudeant hac Immunitate?

Et quid in alijs Incendiarijs? num. 56.

Et an inter hos comprehendantur mandantes incendium mitti, vel conſulentes, aut auxilium dantes? nu. 57.

An ſint excommunicati? num. 60.

58 Intellectus ad cap. Si quis Eccleſiam. 17. quæſt. 4. & in num. ſeq.

59 Poteſtas Eccleſiaſtica quando vigere cœpit?

61 Intellectus ad cap. Tua. de Sent. excommun.

62 Intellectus ac cap. Conqueſti. de Sent. excomm.

63 Excommunicationis denũtiatio an reddat quem excommunicatum?

64 Intellectus ad ca. Omnes Eccleſiæ. 17. quæſt. 4. opinione Deciani confutata.

65 Clarus in §. fi. Quæſt. 77. verſic. Incendiarij. & verſ. ſeq. reiectus.

66 Menoch. de Arbitr. Iud. caſu. 390. nu. vlt. reprobatus.

67 Euchariſtiæ pixidem, ſeu vas ſurripiẽs

qua

qua pœna teneatur: & an hoc priuilegio gaudeat?
Quot criminum ſpecies committat? nu. 71.
Quomodo puniatur in Germania? num. 72.
Et an percutiens Euchariſtiam incidat in excommunicationem? num. 73. & 74.
69 *Maieſtatem Æternam grauius eſt lædere, quam temporalem, & ad omnium iniuriam tendit.*
70 *Oza a Deo peremptus, quia manus ad Arcam tenuit.*
74 *Caietanus 2. 2. quæſt. 99. verſic. Ad ſeptimum dubium, declaratur.*
75 *Sacras res furans an gaudeat hac Immunitate?*
76 *Incluſio vnius, alterius excluſio.*
77 *Illatio non fit ex diuerſis.*
78 *Effectus dummodo ſequatur, non conſideratur quomodo ad illum deuentum ſit.*

ſ. III.

1 TERTIO ab † huiuſmodi Immunitatis beneficio ſunt ſecluſi omnes,
» *QVI HOMICIDIA, ET MVTILATIONES*
» *MEMBRORVM IN IPSIS*
» *ECCLESIIS, EARVMVE*
» *COEMITERIIS COMMITTERE NON VERENTVR.*

Ita ſe habẽt verba Textus noſtri, quæ deſumpta videntur ex textu in c. fi. inf. eo. Vnde Hunc præſentem Caſum ſecundum interpretum eiuſdem Iuris veteris ſententias examinari oportebit.

Itaque ſciẽdum, quod Doctorum opiniones hinc inde claudicare videntur: quidam.n. dicunt, quod Delinquentes in Eccleſia ſub ſpe eiuſdem Immunitatis, non debent gaudere: ſecus autem ſi ſine ſpe; aliqui tenent quod qui prope Eccleſiam deliquerit, quia ſub eiuſdem ſpe Immunitatis delinquere videtur, eadem priuari debet; quidam vero indiſtincte loquuntur, dicentes: qui deliquerit in Eccleſia, ſeu Cœmiterio, etiam ſine huiuſmodi ſpe, gaudere minime debet; qui vero extra Eccleſiam, vel Cœmiteria, quamuis prope illa deliquerit, non erit hac Immunitate priuandus; qui tres caſus vnica deciſione patebunt.

Quantum ad primum attinet, de eo, qui ſub ſpe Immunitatis conſequendæ in Eccleſijs, vel Cœmiterijs
2 deliquerit, reperio Dominum † Abbatem in d. c. Inter alia *num. 13. circa fi. ibi: (Præterea, & vltimo, &c.) & in num. 17. & 18. in princ. & num. 21. ibidem in princ. (quod tradit Villagut in d. Tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ. poſt num. 49.) & in num. 25. circa fi. ibi, (Hic enim, &c.)* dicentem per argumenta, quæ ibi facit *ex c. fi. inf. eo.* quod tunc gaudere non debet delinquens, cum ſub huiuſmodi Immunitatis ſpe deliquerit: ſecus autem ſi nõ ex propoſito. Sed alibi *in d. cap. fi. nu. 8.* indiſtincte tenet, quod delinquens in Eccleſia, omni ſpe remota, etiam ſi non ex propoſito, penitus gaudere non debet; ex quo ſibimet contrarius apparet. Sed hæc controuerſia in ſequentibus melius patebit.

Quod ad ſecundum attinet, quando. ſ. aliquis prope Eccleſiã deliquerit, videretur dicendum, quod nullo modo debeat gaudere, cum approba-
3 ta ſit hæc opinio per quodam † Capitulum Regni inter Capitula regis Alfonſi, ordine ſuo 71. vbi tum de hoc præſenti, cum etiam de alijs duobus ſupradictis caſibus in præcedentibus §§. traditis, agitur: & ſecundum eius diſpoſitionem refert fuiſſe deciſum Rebuff. *in d. Gloſ. 1. num. 2.* & ita tenent aliqui, prout diximus, quos omnes,

nes, præter rationes infra proxime dicendas, ſententia noſtræ Conſtitutionis reijciemus.

4 Clara † res eſt, quod tam de iure veteri, quam nouo ij, qui deliquerint, ideſt, occiderint, vel mutilauerint aliquem in Eccleſijs, vel Cœmiterijs eorundem Beneficio priuari debent, vt ſonant verba ipſorummet iurium; ergo qui extra Eccleſias, vel Cœmiteria ſimilia commiſerint, hac Immunitate gaudere debent, cum non dicantur in Eccleſijs, vel Cœmiterijs delinquere, quantumuis prope, etiam ſi in earum oſtijs delinquant: quia non poteſt dici delictum commiſſum in Eccleſia, vel Cœmiterio aduerſus Delinquẽtem, cum ſimus in pœnalibus, & exoſis, quæ ſecũdum ſuos proprios terminos intelligenda ſunt, prout diximus ſup. Cap. præced. §. VII. vbi hæc eadem materia tangitur: nam per illã præpoſitionem, IN, reſtringitur præſens Caſus ſolum ad eos, qui intra Eccleſias, & Cœmiteria deliquerint, vti etiam dictum eſt in præcit. §. VII. Et hanc eſſe veram, & propriam Iuris deciſionẽ, tenuit Nauar. *d. cap. 25. num. 22. verſic. Neque qui prope Eccleſiam.* dicens, non eſſe textum diſtinguentem, an quis prope, vel in ipſa Eccleſia ſub ſpe Immunitatis deliquerit: & in hanc ſententiam inclinatur Couar. *d. cap. 20. num. 15. verſic. Viceſimoſecundo.* Hinc reijciendum eſt prima opinio Abb. altera vero, quam ſecuti ſunt Nauar. & Couar. firma remanente: qui etiam Auſi. *in Deciſſ. Cappellæ Tholoſ. deciſ. 422. alias 423.* allegat: aitque Auſi. poſt eundem Abb. *in d. cap. fi.* quod ita ſeruatur. idem ſeruari tradit Clarus *in d. quæſt. 30. verſic. Item quæro. in fi.* quem ſecutus eſt Farinat. *d. quæſt. 28. num. 54.* & hanc eandem poſt Alciat. & Decia. tenet Ambroſ. *hic, Cap. 5. num. 2. & num. 4. præſertim in verſic. Præterea in d. cap. fi. vbi prædictorum, Alciati. ſ. & Deciani meminit.*

Cui quidem ſententiæ aſſipulari videtur deciſio Textus in c. Frater, & coepiſcopus. 17. quæſt. 4. in illis verbis:

„ *Nec enim ad ſupplicandum debet*
„ *admitti qui admittere Sacrilegiũ*
„ *non dubitauit. Nullus enim intra*
„ *limina tantæ venerationi deputa-*
„ *ta vtrumque ſibi licere exiſtimet*
„ *pro ſua voluntatis arbitrio, vt &*
„ *humanitatem ſibi vendicet, & fu-*
„ *rorem.*

Suffragatur etiam huic ſentẽtiæ alius Textus in §. His quoque. Auth. Vt lic. ma. & auiæ. cuius verba traduntur infra, *in fine num. 51.*

5 Hinc † (ſaluo ſaniori iudicio) reijcienda mihi videtur opinio Domini Alfonſi Villagur in ſuis Conſultationibus deciſiuis, (vulgo dictis Deciſionibus) qui *in Conſult. 29. in verſic. Octauum, & vltimum. num. 102. per totum reſtans, ad finem vſque,* contrarium ſubſtinet poſt Hoſt. quem Io. And. Ant. de But. & Henric. Boich. *in d. c. fi.* fuiſſe ſecutos, refert: quam opinionem apud Abb. communem eſſe teſtatur: eandemque communem etiam dicit Remig. relatus a Claro, & poſt eum a Farin. *locis cit.* Sed dũ idem Villagut *poſt num. 70. & aliqq. ſeqq.* inquit, huiuſmodi homicidas Eccleſiaſticæ fieri Immunitatis Violatores, contra eundem rotoſque decidit, ſio præd. Text. in c. Frater. Nam ſi quis modo prædicto Eccleſias violauerit, ſacrilegus eſt, vt patet fere omnibus in Iuribus ſubnixis d. quæſt. 4. præd. Cauſæ. 17. & in terminis videri poteſt Dominus Abb. *in d. c. fi. num. 5. poſt med. ac etiam in d. c. Inter alia. inf. eo. poſt num. 29. ibi, (Committit enim iſte Sacrilegium, &c.)* Quod etiam patet ex definitione eiuſdem Sacri-

Sacrilegij infra *in num.* 93. tradita. Sed qui ſacrilegium commiſerit, ad ſupplicandum, &c. vti habitum eſt *in præcitt. verbis d. c. Frater*. Ergo.

Nec ad rem facit quod d. Villagut tradit *in ſeq. num.* 105. *circa med.* dicens Abbatis ſententiam ſibi ſuffragari, in illis verbis, quæ refert *in d. c. ſi. num.* 8. *circa ſi.* ibi:

„ *Quia præterea poteſt eſſe, quod*
„ *non ſuberat vetus inimicitia, &*
„ *nihilominus non commiſiſſet deli-*
„ *ctum, ſi ſciuiſſet ab Eccleſia non*
„ *defendi.*

Ex quibus probari intendit, quod ſi quis calore iracundiæ deliquerit in aliqua Eccleſiarum, & poſtea ex ea ad aliam aufugerit, debeat hac Immunitate gaudere: quia illa præſumptio, qua colligi poſſet, ſub ſpe huius Immunitatis deliquiſſe, eo in caſu ceſſare videtur; Nam ſi bene Abbatis verba ponderentur, vel (vt eiuſdem Villagut verbis vtar) ſi recta ſtatera librabuntur, omnino aliena apparebũt ab hac ſentẽtia: quia Dominus Abb. in præcedd. verbis audacter contrarium defendit, reddens pro ſe duplicem deciſionem *eiuſdem Textus d. c. ſi. inſ. eo.* quarum prima hæc eſt:

„ *In eo, in quo delinquit, puniri*
„ *quis debet.*

Altera vero:

„ *Fruſtra legis auxiliũ inuocat, qui*
„ *committit in legem.*

Quarum alteram tãtum ſufficere voluit ad excludendum ſimiles Delinquentes ab hac Eccleſiaſtica Immunitate, abſque eo, quod ſub eiuſdem ſpe deliquerint: ſed ſufficit, quod delictum fuerit in Eccleſia commiſſum: quas deciſiones finales appellat, vt eum videre eſt *lo. cit.* & ſic illum ſimpliciter allegat Aufr. *Capp. Thol.* 423. & poſt eum Couar. & alij ſupra relati. Vnde poſtea ex illis verbis ſubſeqq. ſupra proxime traditis non eſt cenſendum, contrarium voluiſſe: ſed illa potius ob quendam loquẽdi modum (ſicuti & quilibet noſtrum aliquoties ſolet loqui) tradidiſſe.

Præterea, neque ex eo, quod poſtea *in ſubſeq. num.* 9. refert, priori ſententiæ contrarius cenſeri debet: quia licet dicat, prædictas rationes *illius Textus* non eſſe extendendas ad alia inferiora delicta, cum ſit odioſæ, & ſic reſtringendæ, & non ampliandæ, *vulgaris Iuribus in c. Odia. de Reg. iuris. in* 6. *& alijs ſup. relatis hoc eo. Cap. §.* 1. *num.* 47. Non tamẽ colligitur, quod ſi probari poſſet, aliquem deliquiſſe in Eccleſia, vel Cœmiterio abſque huiuſmodi ſpe, eadem gaudere debeat Immunitate: imo potius (vt mea fert opinio) priſtinam ſententiam confirmat, dum tenet, quod præter illa crimina excepta duntaxat, ad alia non ſint extendẽdæ, quemadmodum Curioſus Lector eundem videre poteſt.

Sed licet alibi *in d. c. Inter alia. locis ſupracitt. in princ. huius* §. hanc Villagut ſententiam confirmare videatur, per illa argumenta, quæ facit ad quædam contraria; nihilominus non me extendam amplius, ſed illud tantummodo dico, quod ibi non eſt proprius locus materiæ noſtræ, ſed ſuus locus congruentior ibi eſt, vbi de eadem re plenius agitur: cum Textus ab eo declaratus, vbi hoc confirmat, de hac re pertractet.

Et tandem, licet per ſupradicta ea, quæ infra proxime dicenda ſunt, conculcari videantur; attamen vt ſpecifice cuilibet oppoſitioni reſpõdeamus, dico, quod nec ſuaderi potui, ſententiam Conſtitutionis noſtræ prædictis in aliquo aduerſari, & opinioni Villagut fauere, prout ipſemet *in ſi. dictæ Conſultationis* 29. tradit, dicens, ex illis verbis eiuſdem Conſtitutionis relatis in princ. præſentis §. colligi, ſo-

ſummodo illum priuandum fore hac Immunitate, qui ex temeritate præſumpſerit aliquem occidere, vel mutilare in dictis Locis; Primo, quia dũ noſtra Conſtitutio vtitur illis verbis Textus Iuris veteris *in præd. c. fi. in fi. eo.* ita quoque debet intelligi eadem Conſtitutio, quemadmodum communiter illud Ius interpretatur: cum ex relatis liquido appareat, communiorem, & magis iuridicam contrariã perſiſtere ſententiam. Secundo, quia ponderando illud verbũ, VERENTVR, dum vterque Textus inquit:

„ *Committere non VERENTVR.*

Satis colligitur noſtram communem ſententiam veritati conſonam eſſe, cum idipſum verbum nil aliud denotet, niſi vt debitus honor, & reuerentia Eccleſijs, vel Cœmiterijs deferatur: quapropter qui ipſa violant, merito ab eorum beneficijs excludi debent.

Quibus omnibus a me diſcuſſis, & in ſcriptis redactis, cum poſtea, (vt ipſum teſtor Deum) perueniſſet ad manus meas Tractatus ille, (cuius ſupra ſæpe memini) dictus, De Extenſione Legum, editus ab eodem Domino Alfonſo Villagut, reperi fere eaſdem rationes, ac eoſdem Textus ab eo inducta in pœnam eorum, qui hanc eandem violant Immunitatem: dicente, ea gaudere non debere, cum illa Loca polluant, vel violent: quæ, vt breuitate gaudeamus, huc tranſcribere omiſi: ſi quis autem illa videre cupit, legat d. Tractatum ſub tit. de Extenſione pœnarum inflictarum a iure Violantibus Immunitatem Eccleſiæ, *poſt num. 59.* qui eundem Nauar. & Clarum, *locis a me citt.* tradit. *Ac etiam idem dicere videtur in num. 50. circa med. ibi, (Nã patet, quod is, &c.)* quamuis ibidem, *antea in nu. 47.* eandem conetur defendere ſententiam.

Illud autem, quod noſtrates tradunt de eo, qui deliquerit prope Eccleſiam, intelligendum eſt, an caſu vel data opera: quia ſi data opera, nedum ſi prope, ſed etiam ſi longiſſime quis alium occiderit, hac Immunitate priuandus eſt, quod voluit Nauar. *lo. ſup. cit. in d. verſic. Neque qui prope.* multis quoque comprobat auctoritatibus Couar. *in d. nu. 15. verſ.*
6 *Viceſimoſexto.* dicens peccantem ſub ſpe conſequendæ veniæ, vel abſolutionis virtute, & ratione indulgentiarum, & Apoſtolicarum literarum non poſſe ex vi ipſarum abſolui: quod etiam confirmat Dominus Abbas *in d. c. fi. nu. 2.* qui dicit, fortius eos delinquere, qui ſub ſpe veniæ peccãt, per illud:

„ *Maledictus homo, qui peccat in*
„ *ſpe.*

Et faciunt ea, quæ tradit Farinat. de quæſt. 28. num. 56. circa fi. quæ videas. Sed de hoc vide D. Tho. 2. 2. *quæſt. 21. art. 2. ad 3.* & *ibi* Caiet. *vbi melius, quam alibi:* quia non omnino ſic ſimpliciter ſe habet hæc ſententia: *quod etiam tradit in 3. Sententt. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. ad 5.*

Dic tamen, quod quando extra Eccleſiam, vel Cœmiterium homicidium fuerit commiſſum, debet probari an data opera, vel caſu factum fuerit; alias non eſt præſumendum contra Delinquentem, ſicuti ſupra relati Doctores tradunt, vltra quos plures refert Ludouicus Gomeſ. *in d. §. Pœnales. eo. num. 50. Inſtit. de Actio.* & tradit Anton. Gomez. *d. cap. 10. eo. num. 2.* & ita reducuntur ad concordiam opiniones contrariæ, quarum plures refert Addit. ad Abb. *in d. c. Eccleſiæ. nu. vlt. inf. eo.*

Quod autem dicitur in præcitato Cap. regis Alfonſi, nihil obſtare poteſt, cum ſit Ius ciuile, quod huic Immunitati minime derogare poteſt; nã ſolo Iure Pontificio noſtris in ſcriptis vtimur, quo Caſus declarantur, in

quibus

quibus Delinquentes gaudere debẽt, vel non, prout diximus. *ſup. in Procemio, num. 2.* Nec † ad rem facit illud Domini Marij Mutæ ſuper eo. Cap. regis Alfonſi, *num.* 36. qui dictionem illam, ſeu præpoſitionem, Prope, reſtringit, & intelligit pro Cœmiterio: quia ſine eius dicto, ſecundum Ius noſtrum, patet; vnde verba d. Cap. omnino ſumi debent pro eis, qui extra Eccleſiam, non in Cœmiterio, ſed prope illam deliquerint: quod puto deſumptum ex eo, quod tradunt antiqui Doctores. Sed ſi forte intelligendum aliqui putant pro Cœmiterio, vt voluit d. de Muta, ſequitur magnum abſurdum: quia neceſſe eſſet, vt in qualibet Eccleſia deberet eſſe ſuum Cœmiterium: ac etiam eidemmet contiguum; ſed hoc negamus expreſſe per ea, quæ ſunt dicta *ſupra præced. d.* §. *VII.* Vnde illud Mutæ omnino reijcimus: imo ex eo colligitur quod fugientes ad Cœmiteria, non ſint ſecuri per illa verba ab eo ibi relata, quæ ſunt:

7

» *V. g. quia eſſet iuxta eam. ſ. Eccleſiam, vt in Cœmiterio, & in continenti ingreſſus eſt eam, intendens per Eccleſiam liberari,* » *&c.*

Quod puto ſumpſiſſe ex Hoſtienſi *in Sum. hoc tit.* §. *In quantum. ſub num. 8. in verſic. Si vero maleficium. vbi eadem verba habentur*, quamuis de eo nullam faciat mentionem. Sed miror etiam de Hoſt. tanto viro, qui non cogitauerit, quod abſque hac declaratione Iura aperte loquuntur, quod delinquentes intra Cœmiterium, veluti ſi intra eandẽ Eccleſiã deliqſſet, omnino ſecluſi sũt ab huiuſmodi Beneficio, prout patet in vtroque, tum veteri, tum nouo Iure. Qua propter cum non ſit congruẽs eius expoſitio, penitus reijcienda eſt. In hoc tamen caſu refert Farin. *d. quæſt. 28. num. 56.* quod in quadam noſtra Panormitana Immunitatis Eccleſiæ bo. mem. Clemens VIII. contrarium reſoluit, vt. ſ. non debeat is ad hoc admitti Beneficium, quia ſub ſpe Immunitatis deliquiſſe videtur, qui prope Eccleſiam delinquit. Sed hoc non puto verum, vt inferius apparebit. Imo dicit idem Farin. *in fine eiuſdem num. 56.* quod hoc tunc procedet, cum quis ſtudioſe, & malis artibus inducit ſuũ inimicum prope Eccleſiam, & ibi eum occidit: Qui ſane caſus potius pertinere videtur ad eam quæſtionẽ de eo, qui proditorie aliquem occiderit, de quo melius infra dicemus *in* §. *ſeq.* vbi etiam tradetur caſus, qui ſucceſſit hic Panormide quo loquitur Dominus Farin. ſuper quo conſultus reſpondit. Vnde firme dicas, quod illi duntaxat a iure ſunt excluſi, qui intra Eccleſias, vel Cœmiteria mutilauerint, vel occiderint, ſiue caſu, ſiue data opera. His quoque poſſunt addi quæ diximus ſupra d. Cap. præced. §. VII.

Hinc ſuboritur alia quæſtio ſuper illis verbis Cõſtitutionis noſtræ, quæ tractant de Mutilationibus Membrorum in ipſis Eccleſijs, ſeu Cœmiterijs perpetratis, qua de cauſa Delinquentes priuantur hac Immunitate: nam cum inter Doctores valde ſit controuerſum, quid nam veniat appellatione membri, vel quomodo capiendum ſit in hac præſenti Quæſt. cum de homicidijs nulla ſit dubitatio, quia qualitercunque ſit, ſemper idem iuris eſt, prout ſupra diximus; Ideo videamus, & inquiramus quid dicatur Membrum: & poſtmodum examinemus quomodo ſumenda ſunt huiuſmodi verba in hoc præſenti caſu noſtro.

Siendum itaque eſt, ſecundum Bart. *in l. Publicorum. num. 13. ff. de Publ. iud. vbi Imola*, & Doctores illa

8 † proprie membra eſſe, quibus diuer-

X 2 ſo, &

ſo,& proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur: vt Oculo,ad viſum: Pedibus,ad progreſſum: Auribus,ad auditum: Naribus, ad odoratum: Manibus,ad palpatum: Lingua, ad ſermonem: & alia huiuſmodi: *idem aſſerit Bald. in cap. 1. de Noua for. fidel. num. 5. & conſtat Ariſtot. auctoritate in lib. 1. de Partibus animalium. cap. 5. & lib. 4. Meteor. cap. vlt. & apud ICC. ſunt textus optimi in l. Non ſunt liberi. ff. de Statu hom. & in l. Idem Offilius. ff. de AEdil. ed.* Membrum enim corporis particula eſt, quæ nec omnino circumſcriptionem habet propriam, nec omnino alijs coniuncta eſt, ſecundum Galenum, quem citat Ludouic. Cœl. *lib. Lect. antiq. cap.* 21. Idem tradit Apoſt. *ad Rom. cap.* 12. *poſt nu.* 4. dum ait, quod omnia membra non eundem actum habent: & alibi, 1. *ad Corinth. cap.* 12. refert, dicẽs, membra in corpore diſtinctam operationem habere: *& ibi plura de membrorum officijs tradit.* Quod autem huc vſque dictum eſt, omnes fatentur: attamen

9 dicunt † quidam, quaſdam alias eſſe corporis partes, quæ membra dicuntur, vt ſunt digiti, dentes, auriculæ, barba, mammillæ, & ſi quæ ſint alia huiuſmodi: ſed hæc largo modo mẽbra dicuntur, *Bart. d. num.* 13. Quod dicitur de mammillis, intellige cum aliqua diſtinctione, *vt inf. verſ. ſeq.* Vnde illud Cicer. *lib. 3. de Fin.* qui quamlibet partẽ corporis, etiam quæ corpori peculiare, & diſtinctum non præſtat obſequium, membrum vocat, (cuius verba refert Couar. *in Clement. Si furioſus. in Initio 3. par. poſt nu.* 8.) largo modo intelligitur. Hinc Couar. *d. num.* 8. *verſic. Primum non eſſe.* ait, Non eſſe membri abſciſſionem, cum auricula abſcinditur, & amputatur: ſi quidem auris membrum eſt proprie: illa cartilago, quæ circa aurem eſt, & auricula dicitur, potius ad ornatum auris, & membri tutelam, quam ad peculiare corporis obſequium pertinet, & ideo membrum non eſt, nec eius abſciſſio efficeret quẽ irregularem: & pro hoc allegat Bald. *in l. Serui fugitiui. ad fi. C. de Seruis fugit.* cui adde relatos in Addit. ad Abb. *in cap. 1. inf.* Qui Clerici, vel vouen. in verbo, Membrum.

10 Diximus ſup. quod Mammilla † non eſt proprie membrum: obſtat tamen auctoritas eiuſdem Bal. *in l. Data operá. nu. 75. C. Qui accuſ. non poſſ.* quem ſecutus eſt ſimpliciter Fel. *in c. Cum illorum. num. 11. inf. de Sent. excomm.* qui voluit in fœminis mammillam membrum eſſe: cui tamen ſe opponit Couar. *in ſeq. verſic. Secundo. d. num.* 8. dicens, illam opinionem veram eſſe quoad ſignificationem latam, non autem quoad ſtrictam, & propriam. Sed putarem, quod in hoc Baldi auctoritas preualere deberet, quia ſi verum eſt, quod vnumquodque membrum peculiare, & diſtinctũ habet officium, vt ipſemet Couar. *d. num.* 8. fatetur: non videntur quoad hoc differre mulierum mammillæ ab his, cum proprium, & diſtinctum habeant officium; qua ratione mouetur Baldus, atque eum ſequitur Auguſt. *ad Angel. de Maleſic. ſub rub. Membrũ præciſum. poſt num.* 8. Nec intereſt dicere, mammillam nõ eſſe membrum, ea ratione, quia ex eius abſciſſione nõ generatur deformitas in corpore, vel quod infantes poſſent alijs tradi fœminis ad lactãdum, vti abuſus, & parentum impietas in filios obtinuit, quia idem poſſemus dicere de genitalibus virorum, præcipue ſi alicui viro Religioſo, vel ei, qui caſtitatem vouerit, amputata fuerint, cum nec deformitatem, aut minus vtilem reddãt illum: imo ſi quis hoc faceret, tolleret ei peccandi occaſionem: quod non poſſet eſſe in fœminis, cum Natura

† mam-

11 † mammillas non ornandi pectoris
cauſa, ſed alendorum liberorum eis
dederit, & Iure Naturæ mater pieta-
tis officio tenetur lactare filium, *Gloſ.
& Abb. in c. Cum haberet. inf. de Eo, qui
duxit in matr. quam pollu. per adult.
Gloſ. in l. Nec filium. C. de Patr. poteſt.
& in c. fi. inf. de Conuer. infid. allega-
tis ab eo. Conar. de Matr. ca. 8. §. 6. nu.
13. in princ.* Nec bene faciunt illæ fœ-
minæ, quę, contra huius naturalis of-
ficij pietatẽ, alijs, vt diximus, alendos
filios tradunt, de quo valde queritur D.
Gregorius *in Reſpõſionibus ad Auguſt.
Anglorum Epiſcopum. cap. 10. reſp. 4.*
cuius verba refert Gratianus *in c. Ad
eius vero. Diſt. 5.* tenoris ſequentis:
„ *Praua conſuetudo in coniugato-*
„ *rum moribus irrepſit, vt filios ſu-*
„ *os, quos gignunt, nutrire mulieres*
„ *contemnant: eoſque ad nutrien-*
„ *dũ alijs mulieribus tradant. Quod*
„ *videlicet ex ſola carnis inconti-*
„ *nentia videtur fuiſſe inuentum:*
„ *quia dum ſe continere nolunt, de-*
„ *ſpiciunt lactare quos gignunt. Hæ*
„ *autem ſciant, quæ filios ſuos ex*
„ *praua conſuetudine alijs ad nutri-*
„ *endum tradunt, niſi purgationis*
„ *tempus prius tranſierit, viris ſuis*
„ *non debent admiſceri: quippe, &c.*
Et Præpoſitus Alexandrinus *in d. c.
num. 1.* adducit cauſam, quia nihil
magis nutriat infantem recẽs natum,
quam maternum lac, ex Philoſopho-
rum ſententijs, quos non refert: ex-
preſſe tamen id fatetur Plinius, *Natu-
ralis hiſtor. auctor, lib. 28. cap. 9.* Sed
elegantius, imo omnium elegantiſſi-
mum de hac re extat illud Fauorini
philoſophi reſcriptum, penes Aulum
Gell. *lib. 12. cap. 1. Noct. Att.* inſinua-
tum: qui ſolertiam Naturæ admira-
tur, quæ poſtquam ſanguine illo opi-
fice penetralibus ſuis totum corpus
hominis effinxit, aduentante iam par-
tus tempore, in ſuperas partes ſan-
guinem illum profert, qui ad fouen-
da vitæ, atque lucis rudimenta præ-
ſto eſt: & recens natis notum, & fami-
liarem victum ſeſe offert; quamobrẽ
non fruſtra creditum putat, ſicut va-
let ad fingendas animi, & corporis ſi-
militudines vis, & natura ſeminis: nõ
ſecus ad eandem rem lactis ingenia
valere: nec in hominibus id ſolum,
ſed in pecudibus, ait, animaduerſum:
nam ſi ouium, (inquit) lacte hœdi,
aut caprarum agni alerentur, conſtat
ferme, in his lanam duriorem, in illis
pilos gigni teneriores. Hæc & alia
plura tradit Gell. *d. cap. 1.* ex Fauo-
rino. Sed & de hac eadem re tractat
etiam Macrob. *lib. 5. Saturn. cap. 11.*
Plutar. *in lib. de Lib. educ.* Tiraqu. &
alij quos recenſet Couar. *d. num. 13.*
& poſt eum Ioan. Garſia *in tract. de
Expenſis, & meliorat. cap. 3. num 30.*
12 Sed quamuis † aliqui in quibuſdã
caſibus matres ab hoc excuſent mu-
nere, vt eſt Præpoſ. *d. c. Ad eius. eo. nu.
1.* & alij traditi a Couar. *loco cit.* qui
dixerunt, tribus in caſibus excuſari
poſſe; nempe, Si ſit ita pauper, vt la-
ctãdo filio minime vaçare poſſit: Vel
in caſu, quo mater nobilis eſſet, cui
iuxta morem patriæ dedecus foret ei
proprium lactare filium: Vel ſi care-
ret lacte: his enim caſibus infantem
tradi poſſe alijs nutricibus, dixerunt;
illũ tamen prędictum caſum de nobi-
libus, quem defendit Præpoſitus, nec
auctoritatem, nec rationem habet, vt
idem Garſia, *dicto cap. 3. num. 31. ſeq.*
tradit, dicens, neque ipſam Reginam
Hiſpaniæ, qua nihil maius videt Ori-
ens, & Occidens ſol ab alendis, ſeu nu-
triendis filijs ſuis excuſandam fore:
idque obſeruata ratione Naturæ, quę
Reginis, & reliquis communis eſt,
omnibus penitus non licere: quod &
Couar. *d. num. 13. verſic. Verum ego.*
tenet, dicens, ob quamlibet nobilita-
tem minime excuſandas eſſe mulie-
res

res a lactandis proprijs filijs: nec Reginis id eſſe dedecus opinatur: atque etiam fœminis proprios lactare filios detrectantes, mortalis criminis reas, iudicat: niſi in eligenda nutrice, atque alendo filio, curam cōuenientem impenderent.

Quapropter ſi res hæc ita ſe habet, vt ex relatis apparet, quis negabit fœminarum mammillas peculiare ab ipſamet Natura præſtitum fuiſſe officium? porro nemo; Vnde vellem ab ipſomet Couar. ſciſcitari, Num voluiſſet a propria matre lac ſugiſſe? tacitè colligitur eius reſponſio ex eiuſdem relatis. Hinc omnino mihi videtur reijcienda eius opinio, cum Iuri naturali contraria ſit: & pro nobis aſſiſtit Sayrus *de Cenſuris, lib. 6. cap. 15. num. 18.* qui plures refert: ac etiam Plaça *lib. 1. Epit. delict. cap. 25. num. 11. in fi.* poſſet tamen locum obtinere in viris, prout idem Baldus dixit; & ratio eadem eſt: quia nullum ſimile peculiare officium, vt in fœminis, habent. Concludendum igitur, quod ſi quis in Eccleſijs, vel Cœmiterijs mammillam aliquam abſciderit, non erit hac Immunitate iuuandus: & Statuta loquētia de abſciſſione membrorum ad hos etiam extendi debent.

13 Diximus etiam, quod digiti † ſtricto modo ſumpti non ſunt membra, quod omnes communiter tenent, vt videre licet Angel. *de Malef. in d. rubr. Membrum prædictum*, & Auguſt. *eius Additionat.* Viu. *in ſuis Commun. opinn. verbo, Conatus. §. homicidium. num. 5. cum tribus numm. ſeqq.* Bart. *Conſil. 201. & ſeq. quorum primum incipit, Quæritur an digitus. alterum vero, Sed quæritur. vol. 1.* & copioſe Additiones ad eundem. *cuius Bart. conſilia omnes, qui de hac re tractant, allegant.* Clar. *in d. §. fi. quæſt. 69. verſic. Itē quæro.* & alios omnes, quos allegat Couar. *d. num. 8. verſic. Tertio. &* *verſic. Quarto. ſeq.* qui contra Caiet. *2. 2. quæſt. 65. art. 1.* & alios indiſtincte tenet, quod etiam ſi quis abſcinderet alij pollicem, non efficeretur irregularis, cum is digitus ſit, non proprie membrum, quamuis abſciſus irregularis fiat. Angelus autem *lo. cit. poſt num. 8.* dicit, quod ſi adeo debilitetur manus ob illius pollicis abſciſſionem, vt ſuum officium præſtare nequeat, tunc de membri debilitatione vult reum teneri: ſed quia ibi loquitur de Statuto puniente debilitantem membrum, & nos loquimur de membri mutilatione, ideo conſidera. Auguſt. autem *eius Additionator in Additione, quam ibi facit*, videtur ſe inclinaſſe in aliam partem, quamuis ibi plura congeſſerit & faſcinauerit, nulla certa tradita reſolutione: ſed melius in ſeq. verſic. dicetur.

Notandum eſſet hac in re ex illo verbo, MVTILATIONES, quod
14 mutilare † idem eſt, quod abſcindere: nam mutilus eſt, cui membrum eſt abſciſſum, ſicuti linguæ latinæ auctores tradūt, & probat Gloſ. *in c. Accuſaſti. ſup. de Accuſat. verbo, Debilitans.* & *ibi* Abb. quos refert Couarr. *d. Initio Clem. ſi Furioſus. num. 9. ſeq.* quamuis idem Abb. parum ſibi conſtans alibi contrarium dixerit *in d. c. Cum illorum. inf. de Sent. excom. num. 8.* qui vt diuerſa tradit mutilationem & detruncationem: nam mutilationem, ait, pertinere ad vulnus, quod efficit membrum debile; obtruncationem vero ad percuſſionem, quæ omnino membrum abſcindit: quod Felin. *in d. cap. num. 12.* non admittit; dicens, quod Abbas ex hoc dicto ſibi contrariatur; & eundem Fel. ſequitur
15 Couar. *d. num. 8.* dicens, hunc † qui membrum aridum, ſiue debilem habet, mancum vocari apud latinæ linguæ auctores: mutilū vero, qui membrum habet abſciſſum; atque ideo ait,

ait, frequentiori Doctorum ſententia
obtentum eſſe, non fieri irregularem
eum, qui alterum mancum percuſſio-
ne effecerit, adducẽs pro hoc eundem
Abb. Calder. Cardin. Præpoſit. Gon-
ſal. a Villad. Steph. Aufr. in Cappel.
Tholoſ. quæ eſt 208, alias, ſecundum
eum, 207. Vnde ex his dicendum eſ-
ſet, quod quemadmodum is, qui mẽ-
brum debilitat, nec omnino abſcin-
dit, nõ fit irregularis, ita etiam in Ca-
ſu noſtro non deberet is Immunitate
priuari, ſi membrum non abſcindat,
vel obtruncet in ipſis Eccleſijs, ſeu
Cœmiterijs: nam relata per Couar.
in d. Clem. conueniunt cum Iure no-
ſtro: quia ibi *in d. Clement.* agitur e-
tiam de homicidio, & membrorum
mutilatione: *ibi*, (*Hominem mutilet,*
vel occidat) ſicut in hac noſtra Con-
ſtitutione: quapropter idem iuris eſ-
ſe deberet: ſed hæc res melius videbi-
tur in alio verſic. ſequ. Conſideran-
dum tamen. poſt hunc verſic. proxi-
mum.

Adde tamen, quod Aufr. *in d. De-
ciſ.* non ita ſimpliciter loquitur, (licet
ibi dicat, quod quamuis inutile ſit
membrum quoad operationem, va-
let tamen quoad decorem: & in pœ-
nis mitior ſit interpretatio facienda)
quia quando ex toto debilitatur, ita
vt nihil facere poſſit, tunc debilitans
ſit irregularis, ex Anton. de Clau. *in
Summa, tit. de Homicid. verſic.* 8. Et
ſic, ait, debere intelligi Flor. in l. Bi-
nas. *ff. de Seruitt. vrb. præd.* qui vo-
16 luit, quod debilitans † membrum ali-
cuius puniri debet pœna Statuti de
obtruncante, quia id poſſet eſſe ve-
rum, quando ex toto debilitatur, &
ita tenet Iaſ. *in l. De quibus. num.* 37.
poſt Glo. *ff. de Leg.* & etiam Probus
in Addit. ad Monac. in c. Si tibi. num.
24. *de Preb. in* 6. & alij allegati a Da-
mhauderio Brugen. *in Encherid. pa-
rium. verbo, Manum mutilare.* quod eſ-
ſe poteſt, quia paria ſunt, Non habe-
re, & inutile habere, *Abb. in c.* 1. *num.*
9. *ſup. Qui Cler. vel uouen. & faciunt
relata per Damhaud. d. Encherid. parr.
verbo, Maritus inutilis.* Aufer. tandem
videtur eſſe pro Couar. quia tenet cũ
Siculo *in d. c.* 1. *Qui Cler. vel vouen.*
qui in mitiorem partem inclinatur,
cum quo tranſit etiam Abb. *d. num.*
9. reiecta Cyni opinione *in Auth. Sed
nouo iure. C. de Seruis fugit.* Ego ve-
ro inter tot controuerſias inuolutus,
quædam breuiter tradam pro huiuſ-
modi rei deciſione in ſeq. verſic. Sed
hic incidenter uidendum eſſet: Num
abſcindens, ſeu mutilans alicui mem-
brum inutile, debeat hac Immunita-
te gaudere, vel nõ? quod facit in ma-
17 teria † Statutorum, quibus cauetur
ſuper mutilatione membrorum, an
locum habeant in mutilante mem-
brum inutile? & Iaſ. *in d. l. De quibus.
eod. num.* 37. *poſt med. verſic. No. ta-
men, quod Statutum.* reſpondet cum
Baldo, dicens, quod non: Quod ego
tamen non auderem affirmare ita ſim
pliciter, ſed boni viri arbitrio relin-
quendum putarem: nihilominus pro
hac re vide relatos, vt eſt Clar. *d. queſ.*
96. Angel. & eius Addit. *in d. verſic.
Membrum prædictum.* Couar. *in dict.
Clemen. ſi furioſus.* Farin. *Quæſt. crim.*
19. & alios ibi relatos, ad quos me re-
mitto, cum parum, aut nihil huic rei
prodeſſe, vel obeſſe poſſint.

Conſiderandum tamen duxi in
18 hac † Quæſtione crimẽ, ſeu vulnus il-
latum in Eccleſijs, vel Cœmiterijs, an
ſcilicet leue, vel graue ſit, iuxta relata
per Couar. *dicto cap.* 20. *poſt num.* 15.
verſic. Viceſimo quinto. Hoſt. Abb. &
DD. *in d. cap. fi. inf. eo. vbi diximus
eadem verba haberi, quæ in hac noſtra
ſunt Conſtitutione poſita:* Henr. Boich.
& alios, quos refert Farin. *d. Quæſt.*
28. *Ampliat.* 8. *ſublimit.* 1. *num.* 67.
Nam ſi quis graue commiſerit crimẽ
in dd.

in dd. Locis, omninò priuandus eſt hac Immunitate; alias ſi leue fuerit, gaudere debet: hanc opinionem ex Paulo Caſtr. communem dicit Couar. & Farin. *locis citt.* Vnde non eſt adeo verbis inhærendum, licet ſimus in odioſis, vt Legiſlatoris omittatur intentio, quæ ea eſt, vt quando ex illa
19 percuſſione, † ſeu vulnere Eccleſia, vel Cœmiterium polluatur, tunc vtique vulnerans, vel percutiens excludi debet ab huiuſmodi Immunitate. Et hoc procedit quoties ex vulnere multum ſanguinis effundatur, quò Eccleſia, vel Cœmiterium polluta cenſeantur: pro qua re videndus eſt Dominus Abb. *in c. Propoſuiſti. à princ. vſque ad num. 5. ſup. de Conſecr. Eccleſ.* & Fel. *in d. c. Cum illorum. num. 3.* Hoc
20 autem † colligitur expreſſe ex Textu in c. ad Epiſcopos. 17. quæſt. 4. vbi Gelaſius ſcribens Epiſcopo Epiphanio, ait:

„ *Ad Epiſcopos cunctos direximus „ iuſſionē, vt eos, qui Eccleſias vio„ laſſe perhibentur, acceſſu earum „ iudicent eſſe indignos.*

Sed forte non erit improbanda deciſio præced. Text. in d. cap. Frater, & coepiſcopus. cuius ſupra, *in num. 5.* mentio facta eſt; ac etiam ea omnia, quæ ibidem *ſub d. num. 5.* tradita ſunt. & facit alius textus optimus in c. Alma mater. *de Sent. excomm. in 6.* vbi permittitur tempore Interdicti, vt certis anni temporibus in quibuſdam feſtiuitatibus, quas declarat ibi Couar. *in §. Feſtiuitatibus.* omnes ad audiendas Miſſas, aliaue diuina officia admittantur, præter eos, qui cauſam dederint d. Interdicto: & cum hoc concordat Decia. *in d. lib. 6. cap. 25. num. 20. & num. vlt.* qui mouetur ex Fel. *in c. A nobis. ſup. de Except. num. 5.* de quo ſup. *Cap. III. §. II. num. 2. poſt med.* mentionem fecimus: quod procedere debet in hoc tantum caſu, quando ſ. is, qui fugit ad Eccleſiam, vel alia Loca, cauſam dederit interdicto, & in illo crimine vult Immunitatem conſequi: quia ſi in hoc caſu eſt ei Eccleſiæ ingreſſus interdictus, minime gaudere poterit: in reliquis autem caſibus dic prout ſup. *in d. §. II.* dictum eſt. Et hoc idem dicendum eſt de Cœmiterijs, quia pari modo per ſanguinis effuſionem, vel per homicidium in eis perpetratum polluuntur, vt diximus *ſup. Cap. præced. §. VII.* Vnde ſi huiuſmodi Delinquentes nō ſolum ad Eccleſias, vel Cœmiteria confugerint, ſed etiam ad alia Loca ſupradicta, non debent hac Immunitate gaudere: & ratio eſt in promptu: quia ſi priuantur principali, priuantur etiam acceſſorio; cum illa Loca in quandam conſequentiam, non principaliter Reis indulgeant, *vt d. §. VII. dictum eſt.* Quomodo autem procedat huiuſmodi ſententia, vide *inf. poſt num. 52.*

21 Hanc † autem Limitationem ampliabis ad eos, qui non ad loca delicti, ſeu patrati criminis, ſed alio aufugerint; quia cuiuſcunque Eccleſiæ Immunitate priuandi ſunt ob illud crimen in aliqua Eccleſiarum patratum, ſeu Cœmiteriorum, *Henric. in d. cap. Eccleſiæ. & poſt eum Couar. d. cap. vlt. eo. num. 15. verſic. Viceſimotertio.* Et ratio ea eſt, quia iniuria,
22 † quæ infertur vni Eccleſiarum, vniuerſaliter omnibus videtur illata, *Clar. dict. quæſt. 30. verſic. Sed quid ſi. (vbi quoque plures refert contrarium inepte tenentes) & Villagut in dict. Tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ. num. 60.*

23 Reſtringe † tamen quod ſupradictum eſt ad alia crimina, nam licet delinquentes intra prædicta Loca, eorundem Immunitate priuari debeant, illud tamen procedit quoad illa crimina perpetrata in iiſdem Locis; pro

pro reliquis autem gaudere debent, *Couar. d. num. 15. verſic. Viceſimoquarto. per Botr. d. Deciſ. 110. num. vlt.* quamuis non veriti ſint aliqui contrarium tenere, quos *ibidem* Couar. citat: quod eſt expreſſe contra Ius noſtrum *in d. cap. fi. inf. eo.* quia in eo, in quo quis delinquit, puniri debet.

24 Hinc † limitandum eſt illud Statutum, ſeu Pragmatica, cuius ſupra mentionem fecimus *in d. Cap. praced. d. §. VII.* qua cauetur, quod percutiens aliquem cum armis in Eccleſia abſque ſanguinis effuſione, puniri debet pœna obtruncationis manus, vel deportationis: cum ſanguinis autem effuſione, pœna mortis naturalis. Quare quantum ad primam partem attinet, aduertendum, quod qui ſine ſanguinis effuſione aliquem in Eccleſia vulnerauerit, ex quo vulnere Eccleſia non redditur, nec cẽſetur polluta, (ſicut diximus) non debet hac Immunitate priuari, ſi noluerit ab eadẽ Eccleſia exire: quod omnibus aduertẽrem: & ſic exemptus erit ab illa pœna obtruncationis manus, vel deportationis: Vnde quoad hoc derogatum eſt illi Pragmaticæ; quia is duntaxat priuandus erit, qui cum effuſione ſanguinis in Eccleſijs, vel Cœmiterijs deliquerit, prout diximus *ſup. num. 19. & 20.* Nec diſtinguendum eſt, an cum armis, vel ſine, quemadmodum in prædicta Pragmatica dicitur: quia Iura noſtra non diſtinguunt; ergo nec nos diſtinguemus: ſed forte illud ibi dicitur, quia difficile eſt abſque armis aliquem vulnerare vſq. ad effuſionem ſanguinis. Quicquid autem ſit, quamuis Statutum prædictum, ſeu Pragmatica de eo, qui cum armis, &c. loquatur; nos tamen, eiuſdem Pragmaticæ deciſione omiſſa, ad Ius commune redibim⁹, vt ſtatim inf. patebit.

25 Dicet mihi forſan aliquis, an † prędictum Statutum locum habeat in eo, qui deliquerit in Eccleſia, quæ nõ fuerit conſecrata? & videtur dicendum, quod non, per doctrinam Abb. *in Rub. ſup. de Conſecr. Eccleſ. num. 3. in princ.* dicentis, quod ſi Statuto cauetur ſuper punitione Delinquẽtium in Eccleſia, non vendicat ſibi locum in crimine commiſſo in Baſilica, cum ſimus in materia pœnali, quæ ſtricte, & proprie intelligi debet, & interpretari: ſed proprie loquẽdo (ſecundum eum) Baſilica non dicitur Eccleſia: quia Eccleſia ea dicitur, quæ fuerit conſecrata, quæ vero non eſt conſecrata debet dici Baſilica: *quod etiam tradit Glo. in cap. vnico. d. tit. de Conſecr. Eccleſ. lib. 6. & idem Abb. in cap. Eccleſiæ. num. 2. inf. eo. & in cap. fi. nu. 2. d. tit. de Conſecr. Eccleſ.* ergo pœna prædictæ Pragmaticæ, vel Statuti ceſſare deberet: quia loquitur de Eccleſia, nõ autem de Baſilica. Sed hoc, atque alijs non obſtantibus, contrarium in Caſu noſtro eſt dicendum; imo etiam in quibuſuis alijs Statutis, quamuis pœnalibus: Nam ſi verum eſt, quod Abb. *in d. Rub. eo. num. 3.* dicit, vt. ſ. ſæpe vnum pro alio ſumatur, quamuis improprie; in caſu tamen prædicti Statuti Legiſlatoris intentio conſideranda eſſet, an voluerit eos comprehendere, qui etiam in Eccleſijs non conſecratis delicta perpetrauerint: & rationibus infra dicendis, ea probabitur intentio fuiſſe, non obſtante prædicta Abbatis ſententia, quia in pœnalibus, &c.

Et Primo facit illud, quod in in-
26 terpretandis † Statutis ſemper attendi debet communi vſui loquendi, vt in pluribus Iuribus habetur, *nempe in l. In vulgari. ff. de Verb. ſig. ibi, (Sed tamen vulgari ſermone) & alijs Iuribus traditis a Gail. in tract. de Arreſtis, cap. 1. nu. 6. copioſe Couar. de Matrim. cap. 4. §. 1. num. 2. & 3. & Variarr.*

Reſoll.lib.3.cap.5.num. 1. *Guido Papa,*
*Quæſt.*548.*Turz.in ſuis Comm.opinn.*
opin. 29. *Fichard. in Addit. ad Villal.*
in Collect. comm. opinn. lit. C. 18. 50.
& 170.*& plene vbique per alios,vt sũt*
relati in Add. ad Bart. ff. de Oper.noui
nunt. in Rub. num. 6. Sed quia in hoc
Regno,imo puto,quod in toto terra-
rarum orbe, dũ de Eccleſia tractatur,
indifferenter pro vtraque ſumitur, tã
pro conſecrata,quam non,cum nun-
quam Eccleſia non conſecrata vocati
Baſilica conſueuerit; imo hoc nomen
penes homines eſt adeo incognitum,
vt ſi quis interrogetur, quid ſibi velit
hoc nomen Baſilica? porro reſponſio
interrogationi cederet : ergo Legiſla-
toris intentio ea eſſe debuit, vt com-
prehendere eos quoque voluerit, qui
in quibuſuis Eccleſijs, ſiue conſecra-
tis,ſiue non,abſque diſtinctione,deli-
querint.

Secundo probatur ex eo, quia Le-
27 ges,† & Statuta tam generalia,quam
particularia non debent eſſe eluſoria,
ſed aliquid operari, quamuis exorbi-
tarent : quia extenduntur etiam ad a-
lios caſus,ad quos ſi non extenderen-
tur,vana,& eluſoria redderentur,*cap.*
Si ciuitas. de Sent. excom. in 6. *& tra-*
*dit Menoch. de Arbitr. Iud. lib.*2. *cent.*
28 5.*caſu* 436. *num,* 6. Nam verba † Le-
gis cum effectu ſunt accipienda, *l. Si*
per alium. §. *docere. ff. Ne quis eum,*
qui in ius vocatus, &c. & l. 1. §. *fi. ff.*
Quod quiſque iuris in alter. ſtat. Boer.
*Deciſ.*23. *num.*24.*& Deciſ.* 214.*num.*
2. *circa fi. ibi. (alias verba, &c.* Sed ſi
prædictum Statutum,ſeu Pragmati-
ce nõ haberet locum, niſi in Eccleſijs
conſecratis, redderetur fruſtratoria,
cum non ſolum in hoc Regno pau-
ciſſimus ſit conſecratarum numerus,
(præſertim in hac Vrbe Panormi,
quæ totius Regni Caput eſt, vbi non
ſuperſunt numero digitorum vnius
manus) verum etiam in toto mun-
do; quia huiuſmodi ritus conſecran-
di Eccleſias quaſi in deſuetudinem
abijt : quod mihi nunquam placuit;
ergo, vt prædicta Pragmatica ſuum
ſortiatur effectum, pro quauis Eccle-
ſia debet intelligi, ſiue conſecrata, ſi-
ue non: & ita accipitur in Iure noſtro
hoc nomen, Eccleſia : quia eodem
modo, quo polluitur Eccleſia conſe-
crata, polluitur etiam non conſecra-
ta, *cap. fi. ſup. de Conſecr. Eccleſ.* vtra-
que enim venit Eccleſiæ appellatio-
ne, *vt habetur in cap. Eccleſia. eod. tit.*
noſtro. quæ ſententia abſque contro-
uerſia ab omnibus approbatur, vt me-
lius *in verſic. ſeq.* videbitur. Quapro-
pter valde miror de Domino Abb. &
alijs,qui aliter de Statutis ſenſerunt,
29 cum non †debeat hoc Ius ſtatuarium
a Iure communi differre, quantum
ad hanc Rem : nam Iura ſtatuaria a
Iure communi interpretationem re-
cipiunt, præſertim ſi cõſona ſint cum
eodem Iure communi, vt in caſu no-
ſtræ Pragmaticæ,quæ conſonat cum
cap. fi. inf. eo. quod habet locum in
qualibet Eccleſia,ſublata penitus om
ni differentia: & nemo ab hac ſenten-
tia diſcedit. Hinc iure optimo Cal-
dericus contra hanc doctrinam Abb.
tenuit *in cap. Inter alia. inf. eo.* quem
ſequitur Gemin. *in cap. Is, cui. verſic.*
*fi. de Sent. excom. lib.*6. quos refert Se-
baſt. Sap. *in Addit. ad eundem Abb. d.*
*num.*3. *eiuſdem Rub. de Conſecr. Eccleſ.*
lit. C. qui,inter alia,hanc reddit ratio-
30 nem,quod is,† cui interdictus eſt Ec-
cleſiæ ingreſſus, non poteſt celebrare
in Eccleſia nõdum conſecrata, adeo
vt ſi audeat celebrare, irregularitatem
incurret : quamuis quoad hanc irre-
gularitatis pœnam contrarium tenu-
erit Spec. *in tit. de Diſpenſat.* §. 4. *num.*
36. *verſic. Quid ſi quis ſuſpenditur.*
ſed quidem male : Vnde eius Additi-
onator merito contrarium tenuit, *vt*
videre eſt in verbo, Concedimus. Itaq.

non

non valet illa ratio Domini Abbatis: quia ſumus in pœnis, ergo iura reſtringi debent.

Sed quia dominus Abbas ponit vt diuerſa Eccleſiam conſecratam a nõ conſecrata, hanc vocans Baſilicam, illam vero proprie Eccleſiam: ideo in hac Re aliquid dicere propoſui ſuper eodem nomine Baſilica, vt melius patere poſſit error talia dicentium.

Quoniam ſupra *Cap. praeced.* §. *t*actum eſt de Eccleſia, quæ pluribus poteſt vocari nominibus, (vt ibi diximus) inter quæ etiam Baſilica connumeratur; Ideo hic, cum nihil de hoc ibi dictum ſit, veluti cõgruentiori loco ad indagandam veritatem, an doctrina Abb. & aliorum, qui eãdem tenent opinionem, de Iure vera ſit, quædam dicere propoſui, quibus ſatisfacere curabo legentium opiniones.

Scire itaque conuenit, hoc nomen,
31 † Baſilica, olim ita commune fuiſſe inter Gentiles, ſicuti poſtmodum etiã inter Chriſtianos, quamuis diuerſo reſpectu. Principio enim dicta fuit Domus ampla, & ſpatioſa, cauſarum cognitioni deſtinata, ab eo dicta, quod Principes eo ad Ius dicendum conuenirent, vti Vitruuius refert *lib.* 5. *cap.* 3. Et *alibi* Alciatus *lib.* 1. *Praetermiſſorum. lit. C. verbo, Baſilica.* ex eõ. Vitr. ait, Baſilicam locum eſſe publicum, in quo iudicia exercentur, venialiaque proponuntur: idem fere quod Latini forum appellant: Ita vt in ſuperiori parte iudicia, in inferiori negocia exerceri poſſint: quod confirmari videtur cum iure ciuili *in l. Pediculus.* §. *item cum. ff. de Auro, & arg. leg. in l. Inter ſtipulantem.* §. *Sacram. ff. de Verb. oblig. & melius in l. Baſilicam. C. de Oper. publ.* quod etiam Plin. *lib.* 5. *epiſt.* 21. oſtendit, dicens, Baſilicam fuiſſe locum, in quo accuſationum, defenſionumue cauſæ agebantur: quia in Baſilica iudices ſedere conſueuere. & Sen. *de Ira, cap.* 33. Baſilicam vocat vociferationem, & acclamationem iudicum.

Romæ plures reperimus fuiſſe Baſilicas, quæ dubio procul ita nuncupabantur, quia erant Audientiæ: ita legitur apud Tull. *ad Att. lib.* 4. Plin. *lib.* 3. & Plutar. *lib.* 4. Baſilicam Pauli. & alibi idem Tull. *lib.* 2. *ad Att.*

„ *Baſilicam*, inquit, *habeo, non vil-*
„ *lam, frequentia Formianum.*

Quædam Baſilica fuerat, vbi Senatores, vel Seniores conueniebant: quæ Baſilica concordiæ dicebatur; de qua Mar. Var. *de Lingua lat. cap.* 37. Quædam alia Iulia nuncupata fuerat, cuius meminere Tranquillus *in Vita Caligulæ, & Quintiliani.* & Plin. *Epiſt.*

„ *Deſcenderam*, inquit, *in Baſilicã*
„ *Iuliam auditurus, &c.*

Quædam dicta fuit Percia, quam magnifice Cato Cenſorinus ædificauit, cuius mentionem facit Plinius *in ſuis Varr. Illuſtr. cap.* 47. & Plutar. *in Vita eiuſdem Catonis:* ac etiam Titus Liuius, quos refert Fr. Hierony. Rom. *d. par.* 1. *de las Republicas. lib.* 4. *cap.* 3. *col.* 1. *de la Rep. Chriſt. fol.* 217. late de his ſcribens; inter quas, alias plures refert.

Hinc Ambroſius Calep. *in ſuo Dictionario linguæ latinæ, verbo, Baſilica*, eandem deſcribens, ait, quod tunc temporis Baſilica templo perſimilis erat, ambulationibus ampliſſimis inſtructa, ad quam multi tota ex Vrbe, alij cauſas agendi, alij conſultandi, alij aliud agendi gratia confluebant. Refert etiam Calep. *eo. lo.* ex Vitr. quod Baſilicæ etiam ædificatæ fuerunt in vſum negociorum in locis foro proximis: quod tradit etiã idem de Rom. licet nullam Vitruuij faciat mentionem.

Inuenitur adhuc nomen hoc, Baſili-

32 ca, † attributum quibuſdam Vijs,
quas Conſulares, vel Prætorias vo-
cant, vt loquitur Textus in l.2.§. via-
rum. ff. Ne quid in loco publ. ſuper
quo Alciatus *lib. 2. Prætermiſſorum.*
ſub eadem Rub. Ne quid in loco publ.
&c. notat, quod hoc nomen apud an-
tiquos non ſolum regium, ſed &
quicquid magnum, & præſens ita
nuncupabatur. Præſens ibi intelligit
Alcia. i. præſtans, vel excellens, a ver-
bo, Præſum, præes, quaſi multum
præcellens.

Hoc † autem nomen poſtmodum
33 Templis, ſiue Eccleſijs attributum
fuit, ſicuti ante Chriſti aduentum le-
gitur in illo 2. Paralipp. 4. *poſt num.*
9. his verbis:

„ *Fuit etiam Atrium Sacerdotum,*
„ *& Baſilicam grandem: & oſtia*
„ *Baſilica, qua texit are.*

Et rurſus *cap. 6. num. 13.*

„ *Si quidem fecerat Salomon baſim*
„ *æneam, & poſuerat eam in medio*
„ *Baſilicæ, habentem, &c.*

Vnde Iſydorus *in ſuis Ethimologijs*,
ait, Baſilicas antea fuiſſe domus &
Palatia regia: poſtea vero Eccleſiæ
eodem cęperunt nomine vocari: nam
in eis Deus, qui Rex Regũ eſt, habi-
tat, ibique ei ſubminiſtratur; cuius
ſententia confirmat Amularius *in*
tract. Offic. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. &
Vualfridus *cap. 6.* relati ab eodem Fr.
Hierony. Rom. *d. cap. 3.* dicens quo-
que, hoc non ſolum inter Hebræos, a-
liaſue gentes, & nationes, ſed & inter
Chriſtianos conſtitutum fuiſſe: nam
Idolorum Templa, cæteraue ſpatioſa
Palatia, Baſilicæ nuncupata, in Eccle
ſias conuerſa, eodem nomine voca-
bantur: & refert optimum teſtimo-
nium Antonij Poetæ, qui ſcribens ad
Imperatorem Gratianũ propter con-
ſulatum, ad quem illũ erexerat, ſcias,
inquit, Baſilicas, quæ quondam ne-
gocijs plenæ fuerãt, mox Deo, vt pro
tua rogetur ſalute, dicatas eſſe. Quare
dicit ipſe Fr. Hierony. Rom. ex his
inferri, Baſilicas fuiſſe Templa maio-
ra: ideo Cathedralibus Eccleſijs, alijſ-
ne magnificis Templis hoc nomẽ Ba
ſilica conueniens eſt: quod etiam re-
fert Decianus *d. lib. 6. cap. 24. num. 29.*
& probatur in illo, quod legitur ex
Põtificali, & in vita S. Leonis Papæ,
vbi de tribus Baſilicis Petri, & Pauli,
& Conſtantiniana tractatur, reliqua
vero Loca Diuino cultui dicata Ec-
cleſiæ ibi vocantur. Hoc poterit legi
in Breuiario Rom. *lect. 3. ſecundi no-*
cturni, quæ eſt 6. in die feſtiuitatis e-
iuſdẽ S. Leonis, *die 2. Aprilis.* Vnde
reliquæ Eccleſiæ minores non pote-
runt Baſilicæ appellari: & idem tra-
dit Præpoſitus Mediol. *in cap. Non o-*
portet. il 2. num. 2. Diſt. 42. dicens,
ideo Eccleſias Cathedrales nuncupa-
tas fuiſſe Baſilicas, quia huiuſmodi
Reges fundare, ac dotare conſueue-
runt; huius teſtis eſt Sancta Rom. Ec-
cleſia, quæ in Vita B. Sylueſtri Papæ,
(cuius feſtum colitur die vlt. Menſis
Decembris,) affert exemplum Con-
ſtantini Magni Imperatoris, *vt legi-*
tur in Lectionibus 4. 5. & 6. (quas vo-
cant) ſecundi nocturni, eiuſdẽ S. Syluеſ.
offic. in Breuiario Rom. ſed præcipue in
quinta lectione, in princ. his verbis:

„ *Itaque auctore Syluеſtro multas*
„ *Baſilicas ædificauit, (ſupple Con-*
„ *ſtantinus) quas ſacris imagini-*
„ *bus, doniſque, ac muneribus ma-*
„ *gnificentiſſimis exornauit, &c.*

Et præpoſitus *in d. cap. Non oportet,*
34 dicit, Baſilicam † eſſe fundamentum
aliarum Eccleſiarum, ſecũdum Lau,
a Baſio, baſis. i. fundo. De his, atque
ſimilibus videas eundem, quia ſatis
longum eſſet omnia referre.

35 Ex his ergo † parum, imo nihil fa-
cimus doctrinam Domini Abbatis
Panor. & aliorum eius ſequacium, vt
eſt Villagut *in d. Tract. de Extenſ. Im-*
mun.

num. Eccleſ. num. 21. *& aliqq. ſeqq.* aſſerentis, Baſilicas eſſe Eccleſias non dũ conſecratas, cum potius conueniat hoc nomen conſecratis, vt dictum eſt de Cathedralibus, quæ in qualibet mundi parte de conſecratarum numero eſſe ſolent: Vnde Canones ab eo traditos, tractantes de conſecratione Baſilicarum, putarem intelligẽdos pro Eccleſijs maioribus, quæ poſtquam fuerunt conſecratæ, eodem nomine Baſilicarum vocabantur, in cuius rei teſtimonium trado eaſdemmet Pontificales Conſtitutiones, quæ quotidie promulgari ſolent a Summis Põtificibus, in quarum calce ſimilia quædam, verba apponuntur, quæ habentur in eadem hac noſtra Conſtitutione, tenoris ſequentis:

„ *Vt autem præſentes literæ ad om-*
„ *nium notitiam, &c. mandamus il-*
„ *las in Valuis S. Ioannis Latera-*
„ *nenſis, & Principis Apoſtolorum,*
„ *BASILICARVM de Vrbe, &c.*

Quæ Eccleſia, vel melius, Baſilica S. Io. Lateran. eſt cõſectata: eſtque Pr. ex illis Septem Principalib' eiuſdem Vrbis Romæ.

Hinc etiam illa opinio Io. Andr. *in cap. A nobis. ſup. de Iure patron.* quã refert Nebris. *in Lex. Iuris, verbo, Baſilica.* & aliorum reijci debent opiniones, cum Eccleſiæ eſſentia non ſit illa conſecratio, vt patet in præcit. cap. Eccleſiæ. *inf. eo.* & melius legi poteſt in illis matutinalibus lectionibus, quas tradit S. Mater Eccleſia in ſolemnitatibus Baſilicarum Sanctiſſimi Saluatoris, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli: (quarum vna celebratur die 9. Menſis Nouembris: altera vero. i. Apoſtolorum, die 18. eiuſdem Menſis: *Nam in illis tribus lectionibus ſecundi nocturni eiuſdem feſti Sanctiſſimi Saluatoris plura de his referũtur: præſertim in* 1. *lect. eiuſdem nocturni quæ eſt* 4. *eiuſdem officij matutinalis, in*
36 *Breuiario Rom.*) Vbi Loca † Deo dicata a quibuſdam Oratoria, ab alijs autem Eccleſiæ appellata fuerant. Vnde prius dicta fuerunt Eccleſiæ prædicta Loca, & poſtmodum conſecrata fuerunt, vt ibidem dicitur, quamuis antea ex multis iuribus contrarium forſan videatur, vt legitur in illis Canonibus poſitis ſub Diſt. 1. de Conſecrat. quæ condita fuerunt a prædeceſſoribus B. Syluestri, quaſi ab initio Eccleſiæ Chriſtianæ, vbi de conſectatione Eccleſiarum habetur mentio. Sed aliter apparebit ex ſubſequentibus: nam huiuſmodi ritus conſecrandi Eccleſias ipſemet S. Syluester inſtituit, vt patet *in d. lectione* 4. his verbis:

37 „ *Ritus, † quos in conſecrandis Ec-*
„ *cleſijs, & Altaribus Romana ſer-*
„ *uat Eccleſia, B. Syluester Papa*
„ *primus Inſtituit. Nam etſi ab A-*
„ *poſtolorum tempore Loca fuerunt*
„ *Deo dicata, quæ a quibuſdam Ora*
„ *toria, ab alijs Eccleſiæ dicebantur,*
„ *vbi collectæ fiebant per vnam ſab-*
„ *bathi, & Chriſtianus populus ora-*
„ *re, Dei verbum audire, & Eucha-*
„ *riſtiam ſumere ſolitus erat; non*
„ *tamen illa Chriſmate vngebãtur,*
„ *nec in eis in titulum erectum erat*
„ *Altare, quod Chriſmate delibutũ*
„ *figuram Domini noſtri Ieſu Chri-*
„ *ſti, qui Altare, Hoſtia, & Sacer-*
„ *dos noſter eſt, ſignificat.*

Et ruſus *in ſubſequenti lectione legi-*
38 *tur*, quod Conſtantinus † præceperit per totum Orbem terrarum Eccleſias ædificari: quod & ipſemet exemplo ad ſacram ædificationem eſt cohortatus: nam & in ſuo Lateranenſi Palatio Eccleſiam Saluatoris dedicauit, & ei continentem Baſilicam, nomine S. Ioannis Baptiſtæ condidit in balneo caloris ſui, eo loco, quo ipſe Baptizatus a Sancto Syluestro, a lepra mun-

mundatus eſt: quam idem Pontifex cõſecrauit V. Idus Nouembris. Hæc & alia leguntur ibi, quæ per te ipſum videre poteris.

39 At in alio feſto † dedicationis Baſilicæ SS. Apoſtolorũ Petri, & Pauli hoc indifferenter legitur: nam quandoque pro Eccleſia conſecrata, quandoque vero pro non conſecrata ſumitur; *vti etiam in Lectionibus ſecũdi nocturni matutinalis officij eiuſdem feſtiuitatis traditur*. Et hoc quoque in ſacris Canonibus, & in Iuribus prædictis d. Diſt. 1. de Conſecrat. & Cauſæ, 16. quæſt. 7. & alibi, vt in cap. 1. ſup. de Relig. domib. cum ſimilibus inuenies. ſed pro nobis, his omnibus omiſſis, eſt Textus apertus in cap. 1. in Extrauag. comm. tit. de Pœnit. & remiſſio. vbi Eccleſiam ſancti Petri de Vrbe Bonifaci⁹ VIII. pluries Baſilicam appellat, incipiens a principio eiuſdem Textus, vſque in fi. cuius initium tale eſt:

„ *Antiquorum habet fida relatio,*
„ *quod accedẽtibus ad honorabilem*
„ *Baſilicam Principis Apoſtolorum*
„ *de Vrbe conceſſæ ſunt magna re-*
„ *miſſiones, & indulgentiæ peccato-*
„ *rum, &c.*

40 Hinc † rurſus vna cum alijs ſupra relatis reijcienda eſt Glo. *in d. cap. 1. de Relig. domibus* quæ idem quod dixerat Abbas, (quẽ puto ex ea illud ſumpſiſſe) refert.

Sed valde miror de tantis viris, qui inter Eccleſiam, & Baſilicam tot diſcrimina poſuerint, cum vtrumque nomen a Græcis literis deſumptum ſit: nam Eccleſia, latine, Fidelium collectio dicitur, ſiue locus ille, vbi Fideles congregantur ad venerãdum Deum, *vt d. Cap. præced. dictum eſt*. quod Apoſt. *ad Corinth. 1. cap. 4. & cap.* 14. & Io. *Epiſt.* 3. pluries tradunt. Vnde ſi apud hos SS. Apoſtolos Locus ille Deo dicatus, ad quem Fideles conueniebant, ſeq; congregabant ad orandum, aliaue diuina perficienda, Eccleſia dicitur, quid hæſitare volumus in tot controuerſijs? imò ſæpe ſæpius confundi ſolent, vt vnum pro altero ſumatur, ſicuti tradit etiam Decian. *d. lib. 6. cap. 24. num. 1. in fi.* Neque illud nomen, Eccleſiæ, apud Apoſtolos poteſt intelligi pro Eccleſijs conſecratis, quia repugnaret ſupradictis: & quamuis pluries legatur, quod ante præd. S. Syluest. Eccleſiæ conſecratæ fuerint, vt apparet in quibuſdam Canonibus ſub d. Diſt. 1. de Conſecrat. qui fuerunt conditi a Sũmis Pontificibus prædeceſſoribus eiuſdem Syluestri, vt eſt ille ſecundus, incip. Omnes Baſilicæ, conditus ab Iginio, & alij ſub eadem Diſt. ab eodem conditi. Alius incip. Eccleſias, conditus a Clemente, quorum primus .i. Iginius præceſſit B. Syluest. fere 173. annos: Clemens autem 253. qui ſtatim poſt Sanctum Petrum fuit Pontifex: qui non ſolum illum, ſed & alios plures condidit Canones de hoc tractantes *ſub eadem Diſt. poſiti*. Ac etiam alij Summi Pontifices, qui poſt eundem Clementem floruerunt, idem conſtituerunt, *vt d. Diſt. legi poteſt*.

41 Attamen hæc, † & omnia alia Iura, ſi quæ fuerint, condita ante D. Syluestrum, non ſunt intelligenda pro vt verba ſonant, ſecundum proprietatem eandem, quam nunc gentes intelligunt, pro ea .ſ. conſecratione, quæ traditur a D. Syluestro fuiſſe inſtituta, ſed largo modo: nam licet ibi in dd. Iuribus fiat mentio de Eccleſijs conſecratis, illud ſumitur pro illa conſecratione, qua communiter conſecrari ſolent Eccleſiæ, quæ conſecratio propriè dicitur Benedictio: Sed quia non poterant amplius ad vſus profanos redigi, quemadmodum ſunt Eccleſiæ noſtri temporis, quæ nondum fuerint conſecratæ; quas etiam

etiam alienati, & ad alios vſus con-
uerti, prohibitum eſt; ideo diceban-
tur, imò dici debent conſecratæ, ſed
large, prout diximus: Vnde verbum
illud, Conſecratum, in dd. Canoni-
bus, intelligitur, Dicatum Deo: quæ
conſecratio forte fieri poterat aquæ
exorcizatæ aſperſione, ſicuti benedi-
cuntur Eccleſiæ, quæ non fuerint illo
modo, ſeu ſolemnitate conſecratæ,
quæ etiam large dici poſſunt conſe-
cratæ, ſicut & illæ. Itaque rebus ſic
42 ſtantibus reijci † debet opinio illa
præd. Fr. Hierony. Rom. *in d. lib. 4.
de la Rep. Chriſt. cap. 1. verſic. Luego
que vuo Yglesias.* dum tenet, quod Ec-
cleſiarum conſecrandarum ritus, prò
vt nunc ſeruat Eccleſia, ſtatim poſt
D. Petrum inſtitutus fuerit: tradens
auctoritatem prædd. Iurium ſub d.
Diſt. 1. de Conſecr. dicens huiuſmo-
di † ritum deſumptū eſſe ex Hebræis,
43 quibus oleo liniri Tabernaculum
Deus præcepit, *vt legitur Exod. cap.
26. num. 30. & cap. 31. nu. 7. & ſeqq.*
quod poſtea Moyſes opere comple-
uit, *Leuit. 8. nu. 10. & 11. Item, Num.
7. in princ.* Et hoc traditur in cap. 2.
alias, 1. d. Diſt. 1. de Conſecr. Sed
quod dicitur in d. Diſt. 1. deſumptū
eſt ex quadam epiſtola Felicis IIII.
qui fuit Papa poſt D. Sylueſtrum,
*vt legi poteſt ex illis, quos ſup. Cap.
11. §. vnico, citauimus.* Vnde non ob-
ſtabunt eius auctoritates: quia ſi ve-
rum eſſet, quod ſtatim poſt D. Petrū
Eccleſiæ fuerint conſecratæ olei vn-
ctione, mentiri videretur Sancta Ro-
mana Eccleſia, quod abſit omnino,
quia quantum ad hoc is recte menti-
tus eſt.

Nec obſtat, quod in Breuiarijs no-
uiter reformatis per recol. mem. S. D.
Clemētis VIII. in illa lectione præd.
feſti S. Saluatoris, cuius mentio facta
eſt *ſup. num. 36.* aliter quædam verba
legantur, vt ſunt ea, ibi:

„ *Non tamen illa Chriſmate vnge-*
„ *bantur.*

quod in nouis legitur:

„ *Non tamen adeo ſolemni ritu con-*
„ *ſecrabantur.*

Quia huiuſmodi verba idem ſignifi-
cant, licet Chriſmatis mentio deleta
fuerit: nam illud factum eſt, ne bis
idem replicetur, quia ſatis liquet in ſe-
quentibus verbis, dum de Altari lo-
quitur: quæ verba non ſunt mutata.
Sed quāuis in d. Diſt. 1. Felicis IIII.
tradatur auctoritas, vt. ſ. ex Taberna-
culo Hebræorum Eccleſiarum con-
ſecratio per olei vnctionem originem
traxerit: attamen ob id, quod in hu-
iuſmodi ſolemnitatibus cantat S.
Mater Eccleſia, longiſſime ante po-
pulum Hebræum deſumpta videtur:
44 nam, vt Iacob † filius Iſac egreſſus
eſt de Berſabee, pergenſque Haran,
venit ad locum quendā, & volens in
eo requieſcere poſt ſolis occubitum,
tulit de lapidibus, qui iacēbant, &
ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eo-
dem loco. Viditque in ſomnis ſcalam
ſuper terram, & cacumen illius tan-
gens cœlum: Angelos quoque Dei
aſcendentes, & deſcendētes per eam,
& Dominum innixum ſcalæ, quædā
ei dicentem, *vt legitur in textu Geneſis
cap. 28. num. 11. vſque in fi.* Cumque
euigilaſſet de ſomno Iacob, ait: Vere
Dominus eſt in loco iſto, & ego ne-
ſciebam. Pauenſque, Quam terribilis
eſt, inquit, locus iſte? nō eſt hic aliud,
niſi Domus Dei, & Porta cœli. Sur-
gens ergo Iacob mane, tulit lapidem,
quem impoſuerat capiti ſuo, & erexit
in titulum, fundens oleum deſuper:
Appellauitque nomen Vrbis Bethel,
quæ prius Luza vocabatur: & poſt-
modum ait: Lapis iſte, quem erexi in
titulum, vocabitur Domus Dei, &c.

Quæ oīa ſatis ſint quantū ad con-
ſecrationem Eccleſiarum attinet. qui-
bus concludendum eſt, quod Locus
Deo

Deo dicatus, ſiue conſecratus fuerit, ſiue non, recte vtroque modo vocari poterit, Baſilica, ſ. vel Eccleſia, ſublata penitus quauis differentia.

45 Itaque, ne quis † in pœnam prædicti Statuti, ſeu Pragmaticæ incidat, cauere debet a rixis, & contumelijs, non ſolum in Eccleſijs, verum etiam & in alijs Locis, vt in Cœmiterijs, & Baſilicis, vt cauetur in hac noſtra Conſtitutione: eiſque debitum reddere velit honorem: quia ſi adeo grauiter deliquerit, vt veniat priuandus hac Immunitate, patienter eiuſdẽm Pragmaticæ pęnam ſubſtinere oportebit, quamuis illa loquatur ſolum de Eccleſijs, non de Cœmiterijs, quia recurrimus ad Ius commune, quod conſonum eſt cum eadem Pragmat. prout legitur in Textu l. Denũciamus *C. eo.* his verbis:

„ *Denuntiamus vobis omnibus: vt*
„ *in ſacroſanctis Eccleſijs, & alys*
„ *quidẽ venerabilibus Locis, in qui-*
„ *bus cum pace, & quiete vota com-*
„ *petit celebrari, abſtineatis ab om-*
„ *ni ſeditione: nemo conclamatio-*
„ *nibus vtatur: nemo moueat tu-*
„ *multum, aut impetum committat,*
„ *vel conuenticula, &c.*

Et rurſus:

„ *Sciant ſane omnes, quod ſi quis*
„ *contra huius edicti normam age-*
„ *re aliquid, aut ſeditionem mouere*
46 „ *tentauerit, vltimo † ſupplicio ſub-*
„ *iacebit.*

Quod ſupplicium nemo eſt, qui debet ingnorare, vt pro morte naturali capiatur, *textus eſt in l. Vltimum. text. in l. Qui vltimo. ff. de Pœnis. cum ſimilibus.* Et hoc pertinet ad vnam partem d. Pragmaticæ; quo vero ad aliam partem, quando. ſ. aliquis ſine ſanguinis effuſione deliquerit in Eccleſia, vel Cœmiterio, (præter homicidium, quod ſemper eſt exceptum) quia non poterit hac Immunitate priuari, caueat ne exeat a Locis ſup. traditis *Cap. præced.* Niſi prius præſtita cautione de eo non offendendo, prout infra dicetur *Cap. VI.*

47 Quod † autem huc vſque dictum eſt, extenditur etiam ad eum, qui ex loco profano exiſtentẽ in Eccleſia, vel Cœmiterio mutilauerit, vel occiderit, puta, ſagitta, ſclopo, enſe, lapide, vel quouis alio genere armorũ: quia negari non poteſt d. crimen in Eccleſia, vel Cœmiterio cõmiſſum, quamuis principium habuerit extra illa Loca: nam executionem & perfectionem habuit in Locis ſacris; ideo ibidem dicitur commiſſum, & non extra: & ſic tanquam iniuria illata Eccleſiæ, Delinquens eius priuatur Immunitate, veluti ſi a principio in ipſamet Eccleſia, vel Cęmiterio deliquiſſet: & per conſequens Statuta, & Leges contra illos edita, qui in Eccleſijs deliquerint, locum obtinent etiam in hoc caſu; vide pro hac re Farin. *dicta quæſt. 28. limit. 2. ampliat. 7. num.* .. & etiam Couar. *d. num. 15. verſic. 27.* relatum ab eodem Farin. *lo. cit.* qui ambo plures referunt.

48 Amplia † etiam, quæ ſupradicta ſunt, ad eum, qui exiſtens in Eccleſia alium extra Eccleſiam occiderit: quia nec is gaudere debet hac Immunitate: huius opinionis fuit Abb. *in d. c. ſi. inf. eo. num.* 11. ea ratione motus, quia delictum habuit initium in Eccleſia, licet alibi conſumatum fuerit, *per cap. 1. & ibi idem Abb. ſup. de Præſumpt. & per nott. Io Andr. in regula, Inſpicimus. in 6.* & hanc opinionem ſequitur Io. de Vilch. *in Tract. hoc eodem tit. de Immun. Eccleſ. num. 62.* quos refert, & ſequitur Decianus *dic. lib. 6. cap. 28. alias, 29. num. 6.* Et quoniam non videtur aduerſari Conſtitutioni noſtrę, ideo eam amplectendam fore cogitauis. Quare nõ ſolum ſi quis occiderit, verum & ſi mutilauerit,

uerit, priuari debet noſtra præſenti Immunitate: quibus aſtipulatur etiam Alfonſus Villagut *in dd. ſuis De ciſſ. ſeu Conſultationibus deciſiuis. 33. num. 19.* Et quamuis non ignorem, aliquos illud fortaſſis mihi obijcere vel le, me hunc caſum ſumpſiſſe a præd. Domino Alex. Ambroſino *in pracit. ſuo Tract. cap. 5. num. 8.* qui eadem loquendi forma vſus eſt, dum dixit, hunc caſum ſubſiſtere poſſe, eo quod noſtra Conſtit. non reſiſtit; Et ego hic dixi: Quoniam non videtur aduerſari Conſt. noſtræ. Attamen ſciendum (teſte mihi ipſomet Deo) quod nunquam talis auctoris ſcripta legi, vel fuiſſe impreſſa audiui, niſi poſtquam hæc, quaſi vellem in lucem edere, præ manibus habui, ſicuti ſæpe ſæpius ſupra dictum eſt.

48 Quod † etiam extendendum eſſe, ait Nauar. *d. cap. 25. num. 21. verſic. Neque qui exiſtens:* ad eum, qui intra Eccleſiam, ſeu Cœmiterium exiſtens, extra crimen fieri iuſſit; nam quoad illud crimen, quod iubendo committit, quia in Sacro patratum fuit, ibidem commiſſum dicitur, *ex Remigio ibi allegato.* Sed aduerte, quod in hoc caſu inuenio Decianum contrarium tenentem *in d. cap. 28. nu. 7. in princ.* Ideo nec ſecundum Decianum, nec etiam iuxta Nauarri ratiōnē res hæc decidenda eſt, quamuis pro eo tenendum ſit. nam Decianus omnino reijcitur per id, quod ait *in d. cap. 28. nu. 12. & aliqq. ſeqq.* quod qui ex induſtria, vel inſidijs aliquē occiderit Immunitate priuatur, ſecundum ea, quæ dicentur inf. §. *ſeq.* hic, in quam, ſiue in Eccleſia, ſiue extra homicidium commiſerit, hac Immunitate gaudere non poteſt. Ergo mandans aliquē interfici, ſiue intra, ſiue extra Eccleſiā, omnino priuari debet hac Immunitate, cum ratio dictet, neminem magis appenſate, vel ex induſtria facere, quam qui per alium occidi mandat: vnde in conſequentiam eundem Ambroſinum *in d. cap. 5. num. 9.* reijcie mus, qui præd. Deciani ſententiam ſecutus eſt. Et hæc eſt ratio, quare gaudere non debet, non vt dixit Nauar. quia delictum patratum fuit in Eccleſia. Ideo ſecundum hanc rationem, ſi caſus occurrat, recurre ad ea, quæ inf. *d. §. ſequenti* habentur: & iuxta ibi relata te conformes. reijce tamen dominum Abb. qui *in d. num. 12.* duos caſus faſcinauit, nec tandem aliquid reſoluit.

Hæc autem quæ huc vſque dicta ſunt de his, qui in Eccleſijs, vel Cœmiterijs ſimilia crimina perpetrauerint, hoc eſt, homicidia, & alia grauia

49 vulnera, ad illos † quoque extendetem, qui in iiſdē Locis alia enormia committere non verentur, vt ſunt impudici actus carnales: ſicuti. n. abſque Dei timore talia in dd. Locis perpetrare non erubeſcunt; equidem nec nos erubeſcemus affirmare noſtram hanc pœnalem legem eoſdem ex mēte Legiſlatoris complecti: & rationes quidem ſunt adeo efficaces, vt non putarem eundem Gregorium noſtræ præſentis Conſtitutionis auctorem, & ad præſens S. D. N. D. Pauli V. ac quemlibet alium Rom. Pōtificem aliter reſpondere velle, ſed omni cum rigore aduerſus hos auertere: cum ſatis Religioni Chriſtianæ conueniēs ſit, ſimilia perpetrantes in dictis Locis a quouis gratia & fauore excludi. Nam ſi priuantur hac Immunitate, qui calore iracundiæ in Eccleſijs, & Cœmiterijs delinquunt; multo fortius qui malitia repleti, ſemoto Dei timore, ſimiles venereos & impudicos actus iiſdem in Locis auderent committere: Illi enim Sacra violant præter propriam voluntatem, (licet quidam data opera illud faciāt) quia ira conciti in conſpectu etiam omnis

populi non vident, nec cogitant quid faciant: iſti vero velut canes in medio itineris publici, Diuinum paruifacientes honorem, ſed tota mente poſt tergum ſuum cœleſtem vltionem proijcientes, ac propriæ ſalutis immemores, abutuntur Locis, in quibus Deum, & Sanctos ſuos duntaxat venerari decet, contra illud;

,, *Domum tuam Domine decet San*
,, *ctitudo.*

*Pſal.*92. ſæpiſſime a nobis *Cap. praced.* traditum. Vnde dicebat D. Auguſtinus, *vt habetur in quadam Homilia. Trac.* 10. *in Io. longe poſt initium*, his verbis:

,, *Noſtis, quia legiſtis: Non ergo ma-*
,, *gnum peccatum, ſi hoc vendebant*
,, *in Templo, quod emebatur, vt of-*
,, *ferretur in Templo: & tamen eie-*
,, *cit inde illos. Quid ſi ibi ebrioſos*
,, *inueniret? quid faceret Dominus:*
,, *ſi vendentes ea, quæ licita ſunt, &*
,, *contra iuſtitiam non ſunt, (quæ*
,, *enim honeſte emuntur, non illicite*
,, *venduntur) expulit tamen, & non*
,, *eſt paſſus Domum orationis fieri*
,, *domum negociationis. Si negocia-*
,, *tionis domus non debet fieri Do-*
,, *mus Dei, potationis debet fieri?*
,, *Nos autem quando iſta dicimus,*
,, *ſtrident dentibus ſuis aduerſus*
,, *nos. Et conſolatur nos Pſalmus,*
,, *quem audiſtis. Striderunt ſuper*
,, *me dentibus ſuis, &c.*

Hæc D. Auguſtini verba leguntur in Breuiario Rom. feria 2. *inf. Hebdo.* 4. *Quadrag. in lectionibus matutinalibus, Lectione.* 2. *&* 3. Vnde ſi propter homicidia, & alia grauia vulnera in Eccleſijs, & Cœmiterijs perpetrata Delinquentes eorundem Immunitate priuantur; quanto magis in hoc proximo caſu? nam ſicuti in primo caſu Loca prædicta polluntur; vnde Delinquētes, qui cauſa fuerunt illius pollutionis, excluduntur: ita etiam in his caſibus: quia per ſeminis effuſionem Eccleſiæ, & Cœmiteria polluuntur, *cap. ſi. ſup. de Conſecr. Eccleſ. cap. Eccleſijs. de Conſecr. diſtin.* 1. *quod eſt idem cum cap. Eccleſijs. diſt.* 68. *& faciunt ea, quæ tradidimus ſupra Cap. praced.* §. *III. num.* 9. *& duobus ſeqq.*

Nec mirum ſit, quod de huiuſmodi criminibus a nemine Summorum Pontificum mentio facta fuerit: quia naturalis vrget ratio, talia nō fieri palam; quemadmodum fiunt rixæ, & contentiones; vnde neq. in hoc caſu ſacra Loca reconcilatione indigēt, *vt d.* §. *III. num.* 12. *dicitur*: Sed ſi caſus (quod abſit) accideret; quis tam inuerecundus eſſet, vt Eccleſiaſticam petere voluerit Tutelam? Si illi, de quibus prius actum eſt, fruſtra legis implorant auxilium, quia in legem cōmittunt, *d. cap. ſi. inf. eo.* eadem, imo maiori ratione non debet eis Eccleſia fauere, qui inuerecunde contra eandē committunt: & hac de cauſa, & alijs proxime dicendis nulla eorum mentio facta eſt: tum quia ratio in ipſa Conſtitutione expreſſa conuenit huic caſui, imo multo magis, vt dictū eſt: tum quia noſtra Cōſtitutio loquitur de his, quæ communiter accidunt: Iu
51 ra † enim adaptantur ad ea, quæ non raro, ſed ſæpiſſime ſolent accidere, *l. Ex ijs. & l. Nam ad ea. cum alijs ſimil. ff. de Legibus*. non ob hoc alia, quæ raro contingunt, excludi debent: ſed forte illud honeſtatis cauſa tacitum fuit: quia eſſet valde moleſtum auribus pijs audire, huiuſcemodi crimina in Locis, vbi Dominus noſter immolatur, patrata fuiſſe. Nec valet vulgaris illa regula: In odioſis, & pœnalibus ſtrictā eſſe interpretationem faciendam: quia negamus ex hoc fieri extenſionē, ſed potius incluſionem, *iuxta notabilem Glo. in cap.* 1. *in verbo, Hebdo. de Temp. ordin. lib.* 6. Quare ſufficit Legiſlatori apponere caſum magis

gis frequentem, in quo etiam alius nõ adeo frequens includitur. Accedat e-
52 tiam, quod vbi † agitur de ſalute animarum, ad euitanda maiora peccata, tunc in pęnis facienda eſt extenſio de caſu ad caſum, ex communi Doctorum conſenſu, ex allegatis per Iaſ. *in Authen. Quas actiones. num. 25. C. de Sacroſ. Eccleſ.* qui tradit Io. And. Ant. Abb. Gemin. Bart. & alios: ſed in ſpecie cum hac ſententia noſtra concordat Hoſtienſis *in Summa hoc eod. tit. §. In quantum. poſt num.* 8. reprehendens Doctores, qui dicunt Iura ciuilia punientia quædam crimina, (quorum ſup. meminimus *Cap. II. in Initio, poſt verſic. Quantum ergo creuerit. num. 76.*) ſublata eſſe per Ius Canonicum, quia illa intelligunt groſſo modo. Sed parcat mihi quæſo tantus homo, quia in hoc non Doctores, ſed ipſe deceptus eſt: nam legis verba clare loquuntur: quia excludunt omnes homicidas, virginum raptores, & alios, quamuis extra Eccleſiam ſimilia perpetrata fuerint. Quicquid autem ſit, firme tenendum eſſe, puto, quod qui ſimilia crimina in Eccleſijs, vel Cœmiterijs commiſerit, illorum Immunitate omnino priuari debet: & hanc eandem opinionem poſt Hoſt. ſecutus eſt etiam Abb. *in dicto cap. fi. num. 9. verſic. Extende tamen.* qui voluit diſpoſitionem d. c. fi. habere locum ad omnia enormia delicta, propter identitatem rationis: & hoc etiã comprobat Petrus Alagona *in Compendio Manualis Nauar. d. cap. 25. num. 20. in fi.* Emanuel Sà *d. Aphor. confeſ. §. Eccleſia Immunitas. num. 2. verſic. Non gaudent.* Sed in his noſtris terminis poſt eundem Abb. *lo. cit.* & Io. de Viſc. *in dic. tract. de Immunitate Eccleſ. num. 32.* loquitur Decianus *d. lib. 6. cap. 28. poſt num. 5. circa med. verſic. Deciſio ergo illa. ibi, quod & ego verum puto.* & facit etiã Tex. in §. His quoque. Auth. Vt lic. ma. & auiæ. *ex quo deſumpta eſt Auth. Si quis et. C. de Adult.* vbi optima ratione dicitur, quod huiuſmodi perſonæ ex venerando Loco impunitatem obtinere non debent, quem ipſi proprio ſcelere habuerunt deſpicatui.
53 Sed his † caſibus cenſerem non debere iudicem ſecularem ſe ingerere, niſi ſolus Epiſcopus: cum in iure non extet deciſum, vt ſimiles perſonæ curiæ ſeculari tradi debeant, licet in d. Auth. contrarium dicatur: ſed illud reijcitur ſimul cum alijs, quæ ſup. dicta ſunt *in d. Initio Cap. II. num. 76.* & cum iniuria facta ſit Eccleſiæ, ab eadem vindicari, vel puniri debet, *vt patet ex his, quæ diximus ſup. Cap. præced. d. §. VII. num. 13. & eſt optimus textus in cap. Significaſti, inf. de Adulter. & ſtup. vbi quidam caſus ſimilis traditur, quem ibi videas.* Sed de hoc nemo dubitare debet, quia locorum Ordinarijs præcipitur per quandam extrauag. Conſt. Pij V. quam refert Quaranta *in dicta Summa Bull. tit. Reuerentia Diuinorum, incip. Cum primum, &c.* vt eos, qui in Eccleſijs obſcenis, & inhoneſtis verbis, aut ſignis vſi fuerint, aut alia fœda colloquia cum perſonis quibuſcunque habuerint, decem aureorum pœna multent, aut alias corporaliter puniant. Ac inibi etiam de pęnis hoc non ſeruari facientes tractatur. Et licet præd. Conſt. Pij V. noſtram præſentem præcedat Conſtitutionem: non ob hoc illi derogatum eſſe, cenſendum eſt, rationibus, de quibus inf. §. *XIII. & ſeq.*

Nec obſtabit hic in noſtra Conſt. hæreſis mẽtionem fuiſſe factam, quæ ad eccleſiaſticum forum pertinet; vnde forte quis dicere poſſet, per excluſionem illius, cætera videri admiſſa: quia huic duplici reſp. ratione, quarum vnica extat inf. hoc eo. Cap. §. XIV. ſtatim poſt princ. Altera vero

eſt hæc ſubſequens, videlicet: quia a-
liquoties hæretici, vt ſunt relapſi, bra-
chio tradũtur ſeculari, vt puniantur:
alias ſecus putarem, ſi nunquam tra-
dendi eſſent, ſed pœnarum executio
ad eccleſiaſticum ſemper ſpectaret Iu-
dicem, quemadmodum dicimus in
hoc præcedenti caſu. Hinc aliam ab-
ijcimus obiectionem, quæ ſtatim ab
aliquo facienda eſſet, dicente, quod
Papa hic voluit tantum excludere
hoc ſacrilegij genus, ſeu potius ſpe-
ciem, quando.ſ. polluitur Locus Sa-
cer ſanguinis, non ſeminis effuſione:
Quare rurſus eadem ſupradicta ratio
ne reſp. quia dum polluuntur Sacra
Loca eo modo.ſ. per effuſionem ſan-
guinis, criminis vindicta iudici ſerua-
tur ſeculari, & ideo Dominus Papa
iubet illos eidem tradi curiæ, quam-
uis reſpectu Loci, in quo fuit commiſ
ſum crimen ad Eccleſiaſticam ſpecta
re videatur vindictã; ſed quia ſangui-
nis Reos Eccleſia mauult defendere;
ideo illos.ſ. Reos, qui ſanguinem in
Sacratis effundunt humanum, meri-
to ſeculari relinquit iudici puniẽdos:
vt in eo, in quo deliquerint, pœnas
luant, aſſiſtente ratione præd. c. fi.
inf. eo. Sed quando polluitur Eccle-
ſia, ſeu quilibet alius Sacer Locus eo
modo.ſ. per carnis copulam, tunc ia-
ne, quia huiuſmodi criminum puni-
tio ad vtrumque ſpectat forum, per
ea, quæ tradit Clarus *in* §. *fi. quæſt.*
37. tota. & alibi ibidem remiſſiue: præ-
occupantis erit iudicium. Vnde intra
Eccleſiam capti, ab eodem Iudici Ec-
cleſiaſtico puniendi ſunt, cum ibi a
nemine, pręter eum, poſſint cognoſci,
& extrahi, vt patebit infra, *Cap. VI.*
§. *I.* Hæc afferre mihi viſa ſunt: ſi quis
aliter ſentiat, viribus parcat meis de-
bilioribus. Aliæ plures rationes ſpar-
ſim per totum hoc Caput in ſequen-
tibus §§. videri poterunt: ac etiam a-
liunde per totum pręſentem Librum.

At quoniam hæc ad ſacrilegij cri-
men ſpectãt, *iuxta ea, quæ tradidimus*
ſup. d. §. *VII. poſt num. 15.* ideo con-
ueniens eſt, vt de alijs ſacrilegij ſpeci-
ebus hoc in loco tractemus, quæ ad
hanc eandem rem pertinere poſſunt.
Et primo tradendum eſt, quid ſit ip-
ſum Sacrilegium: poſtmodum ad e-
54 ius ſpecies perueniamus. Eſt † itaque
Sacrilegium violatio rei ſacrę, ſecun-
dum D. Tho. 2. 2. *quæſt. 99. art.* 1.
in princ. qui illud nomen, Rei, late ſu-
mi, refert, ideſt, pro perſonis, locis,
& rebus in ſpecie, ſecũdum facti qua-
litatem, *vt videre eſt D. Tho. d. quæſt.*
99. to. ſed quia in præcedentibus actũ
eſt de Sacrilegio aduerſus Locum
commiſſo; conſequens eſt, vt eandem
materiã proſequamur. Quapropter,
tum ob rationes ſupra in præcedenti
caſu relatas; tum etiam ob alias infra
55 dicendas, non † abſimile iudicium
illius eſſe debet, qui Eccleſiam, aut a-
lia Religioſa Loca igne combuſſerit,
vel deiecerit, iuxta Nauarri volunta-
tem *in d. cap. 25. num. 22. in fi.* qui
mouetur ex diſpoſitione d. cap. fi. *inf.*
eo. Sed quis erit ille adeo reprobus, &
inuerecundus, qui poſt talis imma-
niſſimi, & deteſtabilis criminis per-
petrationem, eiuſdem Eccleſiæ pręſi-
dium audebit impetrare? niſi fatuus
fuerit, aut caſu illud acciderit, quia
tunc vtique etiam ſi ad Eccleſiam nõ
fugerit, erit ei parcendum, *l. Si quis.*
§. *quod dicitur. & l. Qui occidit.* §. *in*
hac actione. ibi, (Requiramus, num im-
prudentia eius, aut negligentia, &c.) ff.
Ad L. Aquil. text. etiam expreſſus in l.
Si fortuito. ff. de Incend. rui. & naufr.
tenebitur tamen, ſi negligentia illud
acciderit, damnum reſarcire: ſed ſi nõ
poterit, quia minus idoneus, leuius
caſtigabitur; *l. Qui ædes. ff. d. tit. de*
Incendio. & hæc negligentia etiam ſi
minima, vel leuiſſima fuerit, imputa-
bitur ei, *d.* §. *in hac actione.* ſed hoc ca-
ſu

ſu Eccleſiæ Refugium ei non nocebit, ſi ſub illud ſe contulerit, quia debet ei prodeſſe.

Sed hæc præſens quæſtio eſt, vt dicitur, de lana caprina, cum non ſolum † Eccleſiarum, vel aliorum Religioſorum Locorum incendiarij Eccleſiaſtica debent eſſe Tutela deſtituti; verum & quilibet alius, cum moderamine tamen infra dicendo: nam hæc quæſtio ſecundũ ſuos terminos congruentior forte videtur §. præcedenti, vbi de Depopulatoribus actũ eſt, quã huic loco: quia ſic eos vocat Innocentius Secundus hos Incendiarios, nempe, Depopulatores, vt refert Gratianus in cap. Peſſimam. 23. *quæſt. 8. alias vlt.* cuius textus verba ſunt tenoris ſequentis:

56

» *Peſſimam quidem, & Depopulatricem, & horrendam Incendiariorum malitiam auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli omnino deteſtamur, & interdicimus, &c.*

Sed quia grauius eſt, Eccleſiæ incendium mittere, quam cæteris profanis locis, ideo ratione Sacrilegij licuit magis hic de his peragere, quam ibi in d. §. præced. Vnde per conſequens vna ſimul, & ſemel de alijs dicendum erit.

Itaque ſciendum, quod ſi Depopulatores agrorũ in præcedenti quæſtione ab huiuſmodi Beneficio excluſimus; multo magis, nedum Eccleſiarum, ſed etiam aliorũ profanorum locorum, in vrbibus, ſeu oppidis conſtitutorum, Depopulatores excludi debent, cum grauius ſit in Ciuitatibus, aut oppidis incendium mittere, quam in agris, *textus ſunt aperti in l. fi. §. fi. ff. de Incend. rui. & naufr. & in l. Capitalium. §. incendiarij ff. de Pœnis.* Et de his Incendiarijs poſt Iulium Clarum, & alios copioſe tractat d. de Muſcatello *in d. tract. relato ſup.* §. 1. *num. 11. ſub rub. eo. tit.* qui de pragmaticis, ac alijs conſtitutionibus Regni Neapolis mẽtionem facit. Sed quamuis in hac noſtra Conſtitutione tractetur de Agrorum Depopulatoribus; illud tamen eſt, quia huiuſmodi crimen vt plurimum perpetrari ſolet in agris, & rariſſime in locis inhabitatis; vnde militat illamet ratio, quam ſup. tradidimus *in verſic. Nec mirum ſit. ſub num.* 50. & in hanc partem inclinatur Decia. *d. lib. 6. cap.* 28. *num.* 24. cui ſententiæ non eſt hæſitandum, ſed omnino dicendum eſt, huiuſmodi incendiarios priuandos eſſe præſentis Immunitatis beneficio; quod magis expreſſe probatur in d. c. Peſſimam. in fi. his verbis:

» *Sane regibus, & principibus faciendæ iuſtitiæ facultatem, conſultis Epiſcopis, & Archiepiſcopis nõ negamus.*

Cuius textus verba ſupponunt, quando huiuſmodi incendiarij ad Locum Eccleſiaſtici Refugij cõfugerint: ideo Innocẽtius vertit ſe ad Reges & Principes ſeculares, dicens, eos puniendos eſſe conſultis Epiſcopis, vel Archiepiſcopis: alias, niſi ad Refugij Loca confugerint, fruſtra daretur facultas adminiſtrandæ iuſtitiæ dd. Principibus ſecularibus. Sed quod tradit ibi Gloſ. quæ dicit: ideo Epiſcopi, & Archiepiſcopi conſulendi ſunt, quia non ſecundum Iuris ciuilis rigorem, ſed alia clementiori pœna puniri debent; puto, tunc procedere debere, cum non in Locis Religioſis incendium immiſſum fuerit, ſed in profanis, & poſtmodum ſub Eccleſiæ præſidium confugerint; & ſecundum hanc Glo. moderanda ſunt relata per Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 390. qui etiam de pluribus Statutis loquitur: ſecus autem ſi in dd. Locis Religioſis quia tũc omni iuris rigore puniri debent: nec in his amplius ſe debent intromit-

tromittere Epiſcopi, poſtquam eos ſeculari tradiderint poteſtati; quia fruſtra legis implorat auxilium, qui committit in legem, *d. c. ſi. cum alijs ſimilibus.*

57 Et inter † hos Incendiarios non verebimur includere mandantes ignem apponere, vel apponentibus conſilium, vel auxilium, aut fauorem ſcienter dantes, iuxta diſpoſitionem d. tex. in cap. Peſſimam, & in c. Omnes Eccleſiæ. 17. quæſt. 4.

58 Sed obſtare videtur Textus † in c. Si quis Eccleſiam. d. quæſt. 4. vbi dicitur, quod qui Eccleſiam igne combuſſerit, quidecim annis debet poenitere, & eam ſedulo reſtituere, & pretium ſuum pauperibus diſtribuere: ex quo Textu dicendum eſſet, quod huiuſmodi Incendiarij, etiam Eccleſiarum non deberent excludi ab hac Immunitate, cum potuiſſent excludi ſub illis verbis præd. Canonis: Vnde deberent remanere ſub regula: quia non excluſi, videtur admiſſi. Sed huic obiectioni Reſp. pluribus modis.

Primo enim conſideremus auctorem, ſeu mauis illius Canonis conditorem, qui fuiſſe fertur Iginius, *vt in Rubr. eiuſdem Canonis legitur:* hic fuit Pontifex anno ſalutari, 130. vt referunt ſup. allegati *Cap. 11. §. vnico, num. 2.* cuius tempus (ni fallor) Eccleſiæ poteſtas non vigebat: Nam a
59 S. † Petro vſque ad S. Syluestrum, propter perſecutiones, Pontifices certo loco conſiſtere non poterant, *vt legitur in ſexta lectione, quæ eſt tertia ſecundi Nocturni eiuſdem feſtiuitatis Dedicationis Baſilicæ Sāctı Saluatoris, cuius mentionem fecimus ſup. num. 35.* quod tempus a Chriſti Natiuitate vſque ad D. Syluestrum pluſquam tercentos annos exceſſit; Vnde neceſſe concludendum eſt, præd. Canonem non procedere in foro contentioſo, ſed potius in animæ iudicio, iuxta alium textum in c. Si quis domum. inf. de Iniurijs.

Secundo Reſp. quod licet hæc ratio proxime ſup. dicta ſubſiſtere nequiret; non tamen hæc ſubſequens friuola videbitur: nam licet præd. Canon loqueretur etiam in foro contentioſo, hodie tamen aliter dicendum eſt; cum per præſentem noſtram Cōſtitutionem, ac etiam per d. c. Inter alia. expreſſe derogatum ſit illi: imo Iura noua non ſolum publicos latrones excludūt, ſed & plures alios, quos Iura vetera non excludunt; vt videri poteſt per totam d. Quæſt. 4. vbi iacet idem c. Sicut antiquitus; excludens dd. publicos latrones: cæteri vero videntur admiſſi: & expreſſe de ijs, quos tradidimus ſup. in principio iſtius §. loquitur textus in d. cap. Si quis in atrio. ea. quæſt. 4. & tamen ab illo Canone vlt. inf. eo. & a noſtra Conſtitutione excluduntur. Idem etiam dicendum erit de his Depopulatoribus: quia cum tantum publici latrones, vt dictum eſt, fuiſſent excluſi, cæteri ſub regula manebāt. poſtmodum factum eſt, quod, aduenientibus aliorum Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quidam alij fuerunt excluſi, inter quos numerantur huiuſmodi Depopulatores. Non obſtat Conſtitutio noſtra, quæ videtur illos tantum caſus excludi voluiſſe; quia ſup. *poſt num. 53. & ibidem remiſſiue,* reſponſum eſt. Vnde, militantibus iiſdem rationibus, excluderem quoque omnes alios, qui in ipſiſmet Sacris Locis deliquerint, quamuis leuiter, vel aduerſus eaſdem Eccleſias. Quoad ſacra Loca pro nobis aſſiſtere videtur opinio Abbatis, & aliorum, quorum ſup. meminimus *in num. 52. præced.* Sed eorum mens colligitur fuiſſe, quod penitus gaudere non debent, ſed curiæ tradi ſeculari: Quod nos vigore præſentis Conſtitutionis om-

omnino reijcimus, præter Caſus hic cõtentos. Dicemus tamen, quod poterũt ab Epiſcopo puniri, iuxta qualitatẽ exceſſus, pręter pęnã ſanguinis: quia reos ſanguinis, &c. *cap. Reos. d. 23. quæſt. 5.* pro qua deciſione faciunt rationes ſup. rradiiæ, & inf. dicendæ.

Sed hæc ſatis ſinr quo ad ſacrilegij ſpeciem aduerſus Locum admiſſi: ſed antequam ad alias ſacrilegij ſpecies rranſgrediamur, quãdam aliam quæſtiunculam, ad eoſdem Incendiatios pertinẽtem, reaſſumere putaui. Eſt.n. maxima inter Doctores altercatio,
60 an † huiuſmodi Incendiarij ſint ipſo iure excõmunicati, necne? Vnde aliqui ſimpliciter tenent, quod oẽs ſunt excõmunicati: quidã autẽ diſtinguũt Incendiarios Eccleſiarũ, vel aliorum Religioſorũ Locorum ab Incẽdiarijs profanorũ: nã hos aiũt minime in excõmunicationem incidere, illos autẽ ſic. Moderni vero tradũt neminẽ eſſe excõmunicatum. Primã opinionẽ tenuit Ioan. relatus ab Hoſtiẽſi *in Summa eo. tit. de Incend. §. Et qua pœna. in fi.* hac ratione: quia ex quo ſunt publicati, ſunt excõmunicati: credo quod
61 mouetur per textũ † in c. Tua. inf. de Sent. excõm. & alijs Iuribus concordantibus. Hoſtienſis autẽ fretus ſententia Gofridi *in Summa d. tit.* tenet, Incendiarios Eccleſiarum, vel prædictorũ Religioſorũ Locorũ excõmunicationis ſententia innodatos eſſe: quã opinionẽ ſequitur Abb. *in d. cap. Tua. nu. 2.* & alij, vt ſunt Steph. *in Clem. 1. de Off. ordin. n. 68.* & S. Anton. *3. par. tit. 24. cap. 11.* quos refert Nauar. *in d. Manuali, cap. 27. nu. 94.* dicens, hãc cõmunem eſſe opinionẽ, quãuis ipſe contradicat: comm. etiã dicit Clar. *d. §. fi. q. 77. verſ. Incendiarij. poſt Sylu. in verbo Excõmunicatio 7. in Septima excõmunicatione. verſ. Secundo vtrũ oẽs. quod eſt in num. 14.* Hanc etiã videtur tenere Glo. in c. Canonica, 11. *quæſt.* 3. & alia Glo. in c. Cum deuotiſſimã. *verbo, Incendiũ. in fi. 12. quæſt. 2.* quæ primo loco refert prædictã opinionẽ Io. ab Hoſt. relatã. Hinc non bene dicit Azor. *in d. par. 1. Inſt. mor. lib. 9. ca. 27. verſ. Vndecimo.* dũ pro parte negatiua tradit Sylu. *lo. cit.* qa expreſſe cõtrariũ per Abb. & Glo. ab eodẽ Azor. allegatos, dicit, prout etiam Clarus a nobis relatus eũdẽ citauit: Sed quod poſtea Azor. ĩ ſubſeqq. dicit, de eo nõ eſt nobis hic agẽdum, cũ, quid de iure ſentiam, duntaxat ſcribere propoſuerim. Vnde ex his, quæ dicentur, quæ forſitan haud Lectori diſplicebunt, propoſitæ quæſtioni imponã finem.

Aduertendum, quod Syluester in verbis prçcedẽtibus, *ſub nu. 13. ĩ fi. ibi (Nec obſtat)* non eſt ſibi contrarius, quia ibi reſpondet ad propoſitã quæſtionẽ dicentium oẽs Incẽdiarios incidere ipſo facto ĩ excõmunicationẽ, omiſſa illa diſtinctione inter loca profana & Eccleſiaſtica. Nam, cum d. c. Tua nos, loquarur indiſtinctè, videbatur, quod oẽs comprehẽderet. Sed ipſe reſpondens, air, in d. c. Tua nos, nõ ferri ſententiã excõmunicationis, ſed prohiberi abſolutionem poſt denuntiationẽ ſententiæ: vnde dum dicit, quod alicubi per Synodales conſtitutiones excõmunicãtur, intelligit per eis tantũ qui loca nõ ſacra incenderint: quod poſtea in alijs ſequentibus verbis *ſub d. num. 14. ibi (Si vero fuit non ſacer, &c.)* demonſtrat: vnde poſtmodũ cõcludit dicẽs poſt Hoſt. Summã Piſ. Panor. & Gloſ. *in c. Conqueſti,* quod ſi locus fuit ſacer ipſo facto incidit: ſi vero nõ ſacer, eſt excõicãdus: & ita etiã alibi *in d. Sũma, verbo, Incẽdiarij, n. 2.* expreſſe tenet: ac ſe remittit ad eã quæ vſq; huc dicta ſũt.

Sed, præter Gloſſas, & Doctores ſupra allegatos, quædã alia Glo. in d. cap. Tua nos, hæſitare videtur, dicẽs, in illo textu non probari huiuſmodi Incen-

Incendiarios ipſo iure incidere in excõicationẽ, ſed illis antea ab Epõ excõicatis,ſubſecuta publicatione, Papa reſeruat ſibi abſolutionẽ: ꝙ colligi videt ex d.tex.& hoc tenet alia Glo.q̃ eſt prima in cap.Oẽs Eccleſiæ,*d.Cauſa* 17. *ea.q.*4. bene verũ eſt,ꝙ hæc prima Glo.dicit,Niſi id haberet conſuetudo, qđ tales ſint excõmunicati, q͠a tolerata,& approbata a Prælatis,vim legis obtinet: ꝙ ſequit Nauar. *lo.cit.* quãuis Caiet.*in Sum. verbo, Excõmunicatio,cap.*22. indiſtinctè teneat, hos nullã incurrere excõmunicationem.

Idem puto dicendũ de alijs Eccleſiarũ violatoribus,de quib⁹ agitur in
62 cap.Cõqueſti,† *inf.d.tit. de Sẽt.excõ.* qui conditus fuit etiam ab eodẽ Clemente III. conditore d. c. Tua nos. Quare põderatis verbis d. c. Cõqueſti, apparet, qđ propter criminis immanitatẽ Clemens prædictus pœnam exaggerauerit: vnde perpẽſa vtriuſq; criminis qualitate, quis dubitabit Incẽdiarios grauius delinquere,quã qui Eccleſiã fregerit & ſpoliauerit? Imo in incẽdio recuperationis ſpes rerũ de perditarũ amittit,preſertim ſi fuerint aliq̃ precioſæ: in alio aũt crimine ſæpiſſime adinueniũt.quare ſuaderi nequeo,ꝙ ſolũ in d.c.Tua nos, Clemẽs p̃ſuppoſuerit illos pri⁹ a ſuis Epĩs excõicatos, & poſtea denuntiatos, abſolui nõ poſſe niſi a Sede Apoſt. & in d.c.Cõqueſti pręſupponat latã fuiſſe sẽtentiã,vt vr̃ voluiſſe Caiet.*in d.Sũ. verbo,Excõmunicatio,c.*21. dicẽs hoc colligi ex c.Oẽs Eccleſiæ,*quæſt.*4. Vnde ſi in hoc c.illud probat, nõ ſolũ hi, de quibus agimus, ſed oẽs Eccleſiarũ violatores,inter quos ijdẽ incendiarij includũt,cõprehẽdi debẽt,teſte Goff. & Hoſt. (de quib⁹ ſtatim *in n.*64.) ac etiã Sylueſ.qui *lo.cit.* loquens de ipſis Incẽdiarijs,adducit pręd.tex.ĩ c.Oẽs. Sed vt veritati hæreamus,cũ,re vera, Incẽdiarij etiã Eccleſiarũ nõ ſint ipſo facto excõmunicati, vt expreſſe probatur in vtroq; iure; Primo in Extrauag.1.inter cões,tit.de Priuilegijs, *in* §.*Incendiarios*,ibi,

„ *Quod ea rõnabilis conſuetudo præ-*
„ *ſcripta canonice in Epatib⁹ aliqb⁹*
„ *reſeruauit Epis,&c.* Et ruiſus. *Qđ*
„ *liberati, ſe ſuis Epis,& excõicato-*
„ *ribus p̃ſentabunt: excõmunicantiũ*
„ *ſuper his pro quibus ab eis excõmu-*
„ *nicati erãt, & Epiſcoporũ propec-*
„ *cato huiuſmodi parituri mandatis.*

De iure aũt ciuili inferi⁹ dicemus *poſt d.n.*64. Ergo neq; erũt excõmunicati huiuſmodi Eccleſiarũ effractores & ſpoliatores ob rationes ſuperius relatas *in Initio Cap.I.* Hinc dicẽdũ eſt,ꝙ d.c. Cõqueſti non fuerit vniuerſalis, ſed tantũ particularis illius Eccleſiæ Regiñ.vbi forsã exſtabat aliquod peculiare ſtatutũ illos excõmunicans: q̃ rõ cõſonat cũ illa tradita a Caiet. *ĩ d. c.*22.ſuper alio pręcit.c.Tua nos:licet ipſe dicat ĩ hoc caſu, ꝙ illa denũtiatio p̃ſupponat prius excõicationẽ latam: ſed hoc nos mõ p̃dicto intelligemus:
63 cũ denuntiatio † nõ faciat,nec reddat quẽ excõmunicatũ,*Glo.ĩc.Licet. verbo,Denuntiari,de Sent.Exc.in* 6.Quare d.c.Cõqueſti intelligi debet ſecundum d. cap. Omnes, de quo Goff. & Hoſt. inferius *in d. num.* 64. citandi.

Sed,generaliter de oĩbus Eccleſiarũ violatoribus loquendo,(ni fallor) expreſſe noſtra ſentẽtia cõfirmata videt in c.Conqueſtus,ſup.de Foro cõpetẽti,vbi agitur de oĩbus rerũ Eccleſiarũ violatoribus: & ibi Gloſ. dicit, ꝙ ſunt excõmunicandi quouſq; ſatiſfecerint tã de iniurijs,quã de damnis.

At fortaſſis quis dicet pręd ictũ Canonem non loqui in his terminis, eo quod vtitur illo verbo, Inuaſores, & non explicite de effractoribus mẽtionẽ faciat.Sed huic reſp.ꝙ pręd.verbũ, ſeu potius verbale nomẽ generice loquitur de oĩbus qui ſpoliãt Eccleſias abſque

abſque tot diſtinctionibus. Vnde inter alios comprehendit etiam prædictos Effractores, cum verbum, Inuado, potius ad violentiam tendat, quã ad ſimplex furtum, iuxta illud Virg. Æne. 2.

» *Inuadunt Vrbem ſomno, vinoque*
» *ſepultam.*

De quo conſule Grammaticos. Et ſecundum prędicta ſe habere videntur, quæ refert Villagut *in dicta Deciſ. 29. num. 28. & ſeq.* de quo amplius non eſſe dubitandum, omnibus notum eſſe, puto: tum ob rationes ſupradictas: tum etiã quia præd. cap. Conqueſtus, poſterius eſt illo tex. in cap. Conqueſti. *de Sent. excomm.* cum hic proximus *ſub titulo de Foro compet.* conditus fuerit a compilatore Decretalium Gregorio IX. ille vero alius a Clemente III. qui prædictum Gregorium præceſſit fere 26. annos, vt ex Chronicis apparet, & videri poteſt apud eos, quos ſup. *Cap. II. §. Vnico*, commemorauimus.

64 Nec obſtat d. c.† Omnes Eccleſiæ. vbi raptores, & facultatum Eccleſiæ alienatores videtur ipſo iure excommunicati, prout tradit Decianus *d. lib. 6. cap. 30. num.* 14. ex huiuſmodi textu diſpoſitione motus: Quia reſpondit Goffredus *in d. Summ. poſt med. d. num.* 11. dicens, quod Lucius conditor illius Canonis excommunicauit Incendiarios ſui temporis: & poſt eum ſupplet Hoſt. *in d. Sum. in fi.* dicens, quod ex eo Goffr. intendit, quod Lucio mortuo, ille Canon ceſſauit, quia nec vltra tempus ſuum extendebatur; ſed nos hanc opinionem ſecuti, illam auctoritatem d. c. Peſſimam, confirmabimus: Nam Incendiarij ſi eſſent ipſo iure excommunicati, Innocentius Secundus non iuſſiſſet eos excommunicari, nec opus eſſet noua eius auctoritate; imo nec ibi eos excommunicat ipſo facto, ſed dicit quod debent excommunicari, vt patet in illo verbo, Excommunicetur, quod nõ eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt ſuper quodam ſimili notat Abb. *in cap. contingit. num. 7. inf. de Sent. excom.* ex quo ſequitur, quod cũ prædictus Canon, Peſſimam, conditus ſit ab Innocentio ſecundo, pro vt diximus, qui fuit Papa in anno 1130. & ille alius Canon. ſ. Omnes Eccleſiæ, a præd. Lucio, qui fuit Põtifex Anno 253. neceſſario concludendum eſt, quod ceſſauerit eius diſpoſitio, ſiue eiuſdem Lucij morte, ſiue alio immemorabili temporis interuallo. Quare cum nullus alius tex. præter præd. c. Oẽs Eccleſiæ, Eccleſiarũ effractores excõmunicet, nõ erũt excõmunicati: quia excõmunicatio vbi nõ eſt a iure impoſita, non eſt extẽdẽda, vt diximus ſup. §. I. *nu.* 80. Et cũ his videtur cõcordare quidã Text. ciuilis (*in Auth. poſt Cõſtit. Feudor. in tit. Alia Cõſtitutio Friderici Imperat. De Incendiarijs, & pacis violatoribus.*) cõditus a Friderico, anno 1187. III. Kal. Iun. vt in fine eiuſdem Textus legitur: vbi *in §. Proſcriptum vero.* licet nulla adhibeatur diſtinctio inter Locorum Religioſorum, & profanorum Incendiarios; nihilominus non excommunicatos, ſed excommunicari, præcipitur, ſi ad ſatisfactionem inobedientes extiterint. Et licet in c. In literis. *inf. de Raptoribus, & Incendiarijs.* dicatur, quod quidam in ægritudine conſtitutus petebat abſolutionis beneficium ab excommunicatione, qua fuerat excommunicatus ob incendium Eccleſiarum; ibi tamen non fertur ſententia excommunicationis in Incendiarios, ſed præſupponitur lata, quod potuit eſſe ſecũdum ea, quæ dicta ſunt, videlicet, quod in diæceſi Claremontenſi extaret Statutum, quod excommunicaret hos Incendiarios. Sed nec obſtat Text. in

cap. Parochiano. *ſup. de Sepulturis*. vbi videntur ipſo iure in excommunicationem incidere huiuſmodi Incendiarij : quia eodem modo intelligi debet, ſicut dictum eſt de alijs ſupradictis: alias ſequeretur, quod omnes, quorum d. Textus mentionem facit, vt ſunt Homicidæ, & Inceſtuoſi eſſēt quoque ipſo facto ipſo iure excōmunicati; quod tamen negamus, licet poſſint excommunicari, vt colligi poteſt ex eodem Textu, & ibi etiā Abb. Et de Homicidis loquitur expreſſe text. in cap. Itaq. 24. quæſt. 3. Quapropter, dum Gloſ. ſe remittit ad d. cap. Tua nos. ſecundum aliam Gloſ. ibi poſitam intelligendus eſt.

65 Hinc † reijcitur illa opinio Iulij Clari *d. quæſt. 77. verſic. Effractores Eccleſiarum*. & conſequenter quæuis aliæ opiniones in contrarium reijci debēt, vt ſunt relatæ a Deciano *d. lib. 6. cap. 24. num. 5. & 6. & cap. 33. nu. 22.*

Sed rurſus obſtare videtur quædā Regula Cancellariæ Apoſtolicæ, quā refert Boer. *Deciſ. 290. poſt num. 3*. & traditur a Stephano Quaranta *in d. tract. Summa Bull. tit. Regulæ Cancellariæ Apoſt. cap. 65. rub. de Inſordeſcentibus*. quæ loquitur de reſcriptis, ſiue literis emanatis a S. Sede Apoſt. continentibus generalem abſolutionem: vbi vult Papa, nō poſſe illarum virtute quaſdam perſonas abſolui ab excommunicatione, inter quas comprehendit expreſſe ipſoſmet Incendiarios; Vnde videretur dicēdum, quod dum ibi Papa ſuſpendit abſolutionē, voluerit illos haberi excommunicatos, ea ſaltem ratione : quia qui vult conſequens, neceſſario velle videtur, & antecedens, ſine quo illud conſequens haberi nequit, *vt ſup. §. 5. num. 57. diximus*. Reſp. tamen eodem modo, quo dictū eſt ſup. videlicet, quod Papa intellexerit illam Regulam procedere iuxta terminos iuris, vt in præcitatis cc. habetur : ideſt, quod Papa hos præſupponit excommunicatos a ſuis Epiſcopis, & poſtea denuntiatos : & tunc vult non poſſe lætari literis prædictis, de quibus loquitur illa Regula : alias ſequeretur abſurdum : nam huiuſmodi Incendiarij aliquo tempore excommunicationem incurrerent, aliquo vero non, cum illæ Regulæ ſint mutabiles : imo tandiu durant, quandiu ille Papa, qui eas promulgare fecit, vixerit : Vnde mortuo illo Papa, expirant, *vt patet in carundem Proœmio, ibi: (Quas etiam ex tūc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit, &c.) & ibi notant omnes ſcribentes.*

66 Hinc † etiam reijcienda eſt illa opinio Menochij *d. caſu. 390. num. vlt.* dum voluit, hos Incendiarios eſſe excommunicatos per text. in d. cap. Si quis Eccleſiam. 17. quæſt. 4. Sed in hoc deceptus quidem eſt, quia ibi nulla excommunicationis fit mentio, vt videri poteſt ſup. *in num. 58. in princ.* vbi quicquid dicitur in d. c. retulimus. Sed nec ſubſiſtere poſſet illa prædicta opinio Menochij, ſi huiuſmodi Incendiarij eſſent ipſo iure excommunicati, quia non ſolum de Eccleſijs conſecratis, vt ipſe voluit, intelligi deberet, ſed pro quouis Religioſo Loco, vt ſatis patet in alio cap. ſubnixo in d. q. 4. incip. Quiſquis inuentus. vbi quod dicitur de Eccleſia, extenditur etiam ad alia Loca Religioſa. Sed quamuis Menoch. fulciatur doctrina Abb. *in d. Rub. ſup. de Conſecr. Eccleſ.* quod in odioſis appellatione Eccleſiæ illa dūtaxat, quę fuerit cōſecrata, venit; huic tamen quæſtioni ſatis ſuperque ſup. reſponſum eſt.

Quod autem diximus de conſuetudine approbante ſupradictam opinionem, vt. ſ. huiuſmodi Incendiarij incidant in excommunicationem, illud vtique a vulgo receptum videtur, quia

quia ſolet hos excommunicatos vo-
care: ſed quia habentis poteſtatem
excommunicandi non accedit inten-
tio; ideo tutius, magiſque pium eſt
dicere, hos non eſſe excommunica-
tos: deberent tamen Epiſcopi, vel
Archiepiſcopi in ſuis ſynodalibus cō-
ſtitutionibus illos excommunicare,
cum valde ſit vtilitati publicæ conue-
niens; & ſic omnes controuerſiæ ceſ-
ſarent. Et hæc ſufficiant quoad ſacri-
legij ſpeciem aduerſus Sacra Loca
commiſſi. Deueniamus ergo ad alias
ſpecies, quæ peculiariter rebus ſacris
67 contingunt: quod † Sacrilegium tri-
bus modis committi poteſt, nempe:
Quoties aufertur ſacrum de ſacro: vel
ſacrum de non ſacro: vel non ſacrum
de ſacro, *cap. Si quis contumax. §. ſa-
crilegium. 17. quæſt. 4. & d. c. Quiſ-
quis. ſeq.* Vnde Azor. *d. par. 1. Inſtit.
mor. lib. 9. cap. 27. col. 2. in verſic. ſeu
§. Sexto quæritur.* non bene aduertiſ-
ſe probatur, dum inquit, hoc, quod
dictum eſt de huiuſmodi ſacrilegijs,
tradi a Gloſ. in c. Quiſquis. 17. quæſ.
4. quam communi conſenſu appro-
batam refert: quia in d. c. nulla ex-
ſtat Glo. ſimilis, quæ talem rem com-
memoret, ſed idem Tex. illas ſacrile-
gij ſpecies tradit, *ſicuti ex eodē & nos
retulimus.* Sed ſecundum ius Cæſa-
reum duo requiruntur, vt. ſ. res ſacra
furto ſit ablata, & de Loco Sacro,
*text. in l. Sacrilegi. ff. Ad l. Iul. pecul.
& in l. Diui Seuerus. ff. d. tit. ſed in
ſpecie tradit Clar. in §. Sacrilegium. in
princ. Farin. & vndique alij tradunt.*

Principalis igitur quæſtio, quæ ad
hanc rem pertinere videtur, erit ſuper
68 illo, qui † Pixidem, ſeu Vas, in quo de
facto Sacroſancta ſeruatur Euchari-
ſtia, ſurripuit; vellem dicere, quod ab-
ſit, ſed adeo frequenter hoc enormiſ-
ſimum crimen committitur abſque
Dei timore, vt illud non auſus ſim
proferre: ideo in conſulendo, & iudi-
cando non recederem ab opinione
Iulij Clari *in d. §. Sacrilegium. verſic.
Sed quæro.* qui ex Follerio refert de
quodam ſimili ſacrilego, qui fuit traſ
ſinatus: & deinde, amputatis prius
manibus, fuit furca ſuſpenſus: quod
quidem quauis laudatione dignum
cenſendum eſt; cum valde conueniēs
ſit ſtatui reipubl. ac Religionis, Chri-
ſtianæ, hos ſimiles ſacrilegos eximi,
ac indignos fieri ab omnibus, & qui-
buſuis indultis, gratijs, priuilegijs, &
Immunitatibus, cum nedum ſacrile-
gium in ſua perfecta ſpecie commit-
tant, verum & de hæreſi ſuſpectos ſe
reddant: imo inter publicos latrones
hos connumerarem. Ac denique ſi
lædentes perſonam Principis terre-
ſtris ab hac ſunt ſecluſi Immunita-
te, *pro vt dicetur inf. §. VII.* quid mi-
rum, ſi huiuſmodi nefarios ſacrile-
gos, qui tanto auſu temerario in of-
fenſam Cœleſtis Principis manus
cōijciunt, adhuc excludamus? Non-
69 ne longe † grauius eſt æternam quam
temporalem lædere Maieſtatem?
*Auth. Catharos. C. de Hæret. cap. Vr-
gentis. circa fi. inf. de Hæret.* Quod
enim in Diuinam Religionem com-
mittitur, in omnium fertur iniuriam,
& publicum crimē dicitur, *Gloſ. in d.
c. Vrgentis. in verbo, Longe. quæ alle-
gat l. Manichæos. C. d. tit. de Hæret.*
Quapropter quemadmodum is, qui
Principem ſedentem euerteret a pro-
pria ſede, turpiſſima morte dignus
iudicaretur, & hoc præſenti ſe tueri
Beneficio non poteſt; multo magis
cum, qui Regem Regum, & Princi-
pem principum a ſua domo, ſiue cu-
biculo eijciat, & ſordidiſſimis tractet
manib⁹, huiuſmodi Beneficio priuā-
70 dum iudico. Nam ſi ipſemet † Deus
veteris teſtamenti tempore, quando
ipſe vere non immolabatur, ſed
illa ſacrificia in figuram huius noui
ſacrificij fiebant, quendam, Ozam

nomine, maximo cum rigore punijuit, eo quod manum ad Arcam Dei tenuerit: quoniam, dum portabatur, boues calcitrabant, & declinauerunt eam. Iratuſque eſt indignatione Dominus cõtra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate; qui mortuus eſt ibi iuxta Arcam Dei, 2. *Reg. 6. num. 6.* quanto magis ſimiles ſacrilegi grauioribus debent plecti pœnis, cum verum Deum nefarie tractare præſumant? Quare Iudices moneo, ſemper hos ſeuere puniant; conſiderantes,
71 quod in hoc præſenti caſu quatuor † ſpecialia, ſicut diximus, concurrunt: Primum ſpeciale eſt, ſacrilegium: Secũdum eſt, illa ſuſpicio hæreſis: Tertium, publicum latrocinium: Quartum denique, offenſa Maieſtatis Diuinæ. Hinc Caietanus, 2. 2. *quæſt. 99. verſic. Ad ſextum dubium.* dicit, procul dubio ſacrilegium commiſſum contra Euchariſtiam eſſe grauiſſimũ omnium ſacrilegiorum, quoniam eſt directe contra ipſam humanitatem Chriſti contentam in illo ſacramento: vnde grauius ſacrilegium eſt iniuria afficere Euchariſtiam, quam occidere Papam, loquendo tamen de grauitate peccati ex ſua ſpecie, iuxta D. Tho. *in 3. par. quæſt. 80. art. 5.* quẽ ipſe citat. porro hic caſus propter tot ſpecialitates nõ tantum hoc in loco conueniens eſt, ſed inter illos ſup. §. I. enumeratos includi deberet: atque etiam inf. §. VI. & VII. At quoniam hoc ſemper in Eccleſijs, alijsue Deo dicatis Locis accidere ſolet, cum alibi Euchariſtia ſeruari non poſſit; ideo magis conueniens fuit in hoc præſenti §. de illo pertrattare.
72 Huiuſmodi † Sacrilegi in Germania igne comburuntur ex Conſtitutione Caroli V. §. 172. cuius meminit Decianus *d. lib. 6. cap. 33. num. 17.* tractans etiam de alijs ſacrilegij ſpeciebus ad furtum pertinẽtibus: ſed quæ *ibi* ab eo traduntur, tunc, puto, locum habere, cum Delinquens curiæ ſeculari tradendus eſt: & quod non ſit ſub foro Eccleſiaſtico. Sed quamuis
73 † Caiet. *d. quæſt. 99. in ſeq. verſic. Ad ſeptimum.* teneat, quod huiuſmodi ſacrilegi etiam ſi Sacroſanctã (quod abſit) percuterent Euchariſtiam, nõ eſſẽt excommunicati, rationem reddens: quia hoc ſacrilegium non eſt contra ſanctitatem perſonæ, ſed contra ſanctitatem rei; idque probat ex D. Tho. *ibidem*, dicens, diſtingui ſpecie ſacrilegium contra ſanctitatem perſonæ, a ſacrilegio contra ſanctitatem rei ea ratione, quia corpus Chriſti nõ eſt in Euchariſtia per modum corporis: *& ſe remittit ad 3. par.* nihilominus contrarium forte accidere
74 poſſet, remanẽte tamen firma † Caietani ratione. In hoc enim caſu dupliciter capi poteſt illa excommunicationis pœna: Vno modo in quãtum reſpicit iniuriam illatam perſonæ Eccleſiaſticæ; & tunc verum eſt, quod Can. Si quis ſuadente. 17. quæſt. 4. non habet locum in eo qui percutit Euchariſtiam; ſecus autem quantum tendit ad offenſam diuinam: quia ex hoc impijſſimo, ac nefandiſſimo actu cum ſuſpectiſſimus de hæreſi (prout diximus) reddatur, ſi poſtmodum per illam ſuſpicionem vere hæreticus detectus fuerit, (quia negari nequit, quin materialiter pro hæretico habendus ſit) non euadet pœnam aliorum Iurium contra hæreticos editorum, *vt eſt text. in cap. Ad abolendam inf. de Hæreticis. cum alijs ſimilibus, præſertim in cap. 1. Bullæ Cœnæ Domini.* Quare niſi Iura ſpecialiter hæreticos excommunicarent, iuxta Caiet. rationem, percutiens Euchariſtiã nullo modo eſſet excommunicatus.

His obſtare videtur Text. in cap. De viro nephando. 12. quæſt. 2. vbi dicitur, quod quidam vir quandam

Eccleſiam inuaſerat, ac ſurripuit om-
nes eius res ſacras, inter quas præd.
vas Sacroſanctæ Euchariſtiæ ſubſtu-
lit; & nihilominus ibi Nicolaus non
præcepit illum curiæ tradi ſeculari;
imo mitiſſima pœna eum puniri, iu-
bet. Sed reſp. quod illud ideo tolera-
uit Eccleſia, quia aliter eum punire
non poterat, cum ex eo, quod in d.
cap. legitur, Vir ille fortis, & potens
videatur: Vnde impoſuit ei pœnam
ſolũmodo in animæ iudicio, vt Deo
meliori, quo poſſet modo, ſatisface-
ret: & ita reſp. D. Auguſt. relatus a
Gratiano *in cap. Quiſquis. 24. quæſt.
1.* dum dicit:

*Nonnullos toleramus, quia eos
corrigere vel punire non poſſu-
mus, &c.*

Quapropter ſi poterat a iudicibus
temporalibus puniri, puto quod non
euadebat pœnas, aduerſos alios eius
ſimiles a legibus impoſitas: quia poſt
iniunctam illam pœnitentiam, Ec-
cleſiæ ingreſſus ei fuit interdictus: &
per cõſequens capi poterat extra Ec-
cleſiam, ſecundum ea, quæ ſup. dixi-
mus *in num. 19. & 20. & alibi ſup. ibi-
dem remiſſiue.*

75 Quid, ſi † Calicem quis ſurripiat?
Et quidem idem dicendum videtur,
quod minime gaudere debeat, cum
aduerſus Eccleſiam crimen illud ſit
commiſſum; ſed qui committit in
legem, eius beneficio fit indignus,
*vulgato d. c. ſi. inf. eo. cum alijs ſimili-
bus*; ergo non ſolum qui calicem ſub-
traxerit, verum etiam quiuis ſacrile-
gus priuari deberet: quod plures Do-
ctores tenent, ſicuti eſt Rebuff. *in d.
Gloſ. 1. num. 25.* poſt Turrecrem. *in c.
Sacrilegium. d. 17. quæſt. 4.* per ean-
dem rationem: quia fruſtra legis im-
plorat auxilium, &c. *ex c. Quia fru-
ſtra. inf. de Vſuris. & ex alijs Iuribus
ibi ab eo allegatis.* Idem etiam dicunt
aliqui, vt eſt Decianus, Farin. & alij,
quos breuitatis cauſa omitto. Verũ
in his ſacrilegij ſpeciebus non eſt ita
ſimpliciter tenẽdum, ſed aliquo mo-
do diſtinguerem; conſiderata crimi-
num qualitate. Sed priuſquam de il-
lis aliqua tradamus, ſupradictæ re-
ſpondebimus obiectioni, quę nullius
eſt momenti quoad hanc rem. Pri-
mo quia ſumus in odioſis, quæ non
ſunt extendenda, ſed reſtrigẽda, vul-
gato illo axioma a nobis ſæpiſſime
tradito: niſi eadem militet ratio, vel
lex cluſoria reddatur, vt ſup. dictum
eſt. Secundo quia textus noſtræ Cõ-
ſtitutionis expreſſe eos tantum ex-
cludit, qui in ipſis Locis, hoc eſt, Ec-
cleſijs, & Cœmiterijs crimina com-
miſerint; non autem qui contra Ec-
cleſiam. ergo vltra illos Caſus, alij nõ
debent excipi: nam ſi Papa voluiſſet,
vtique expreſſiſſet: ſed quia diuerſa
eſt ratio illius ſacrilegij, de quo loqui
tur d. cap. ſi. ab his ſupradictis: ideo
76 per † eius excluſionem alios ſacrile-
gos includere videtur, *l. Cum Prætor.
in princ. ff. de Iudic. & cap. Nonne.
ſup. de Præſumpt.* Quapropter non
valet illatio; Quia ſacrilegus; ergo
excludi debet: cum licet ſacrilegium
vnum ſit in genere, diuerſæ tamen
77 ſint eius ſpecies: ſed ex † diuerſis non
fit illatio, *l. Papinianus. ff. de Minor.*
ergo nec vnum ad aliud extenditur.
Sed nec obſtat quod nos ſup. dixi-
mus de eo, qui inuerecunde actus car
nales in eiſdem Locis cõmittit: quia
licet differat modo vtrunque ſacrile-
gium; non tamen differt ſpecie, ex
eo, quia eundem parit effectum. Vn-
de cum ex vtroque ſacrilegio viole-
tur Eccleſia, ſeu Cœmiterium, non
78 † conſideratur modus, dummodo
fuerit ſecutus effectus, *l. 3. C. d. In-
ſtit. & ſubſtit. Abb. in c. Vniuerſita-
tis. num. 10. inf. de Sent. excom.* Sed
de hoc, alu dic, vt ſup. ſuo loco dixi-
mus.

Neque

Neque obſtat, quod ſecundo loco
tradidimus, de eo qui Sacroſanctæ
Euchariſtiæ vas ſurripiat, quia illud
non omnimodo ad hunc locum per-
tinet, ſed tantum ratione ſacrilegij,
vti etiam ibidem diximus. Vnde con
cludendum eſt, in huiuſmodi ſacrile-
79 gijs, † vt. ſ. ſiue ſacrum de ſacro, vel
non ſacrum de ſacro, aut ſacrum de
non ſacro quis ſurripuerit; quia rati-
one delicti ſortitur forum Eccleſia-
ſticum, dummodo in Sacrum ſe reci
piat, ſecundum eadem Iura Canoni-
ca puniri debet, non obſtante quauis
in contrarium opinione dicentium,
in ſimilibus criminibus præuentioni
locum fore: quia poſtquam in Sa-
crum ſe receperit, certum eſt non eſſe
locum præuentioni. Et de his ſimili-
bus Caſibus late diſputat Menoch.
de Arbitr. iud. caſu 389.

Hinc firma regulam, quam ſup.
tradidimus, quod qui non ſunt ex-
cepti, includuntur. Quare ſiue cali-
cem, ſiue crucem, ſiue quamlibet aliã
rem quis ab Eccleſia ſubtrahat; vt
ſunt exempla a Claro tradita *in d. §.
Sacrilegium.* dummodo quod non
ſint de genere prohibitorum, non de-
bet hac Immunitate priuari, ſed
iuxta Canonicas Sanctiones puni-
endi ſunt: nam habemus *inf. in tit.
de Furtis.* quendam Canonem, *vlti-
mo loco poſitum,* de hac eadem re tra-
ctantem. vnde reſtat quod quantum
reſpicit ad pœnam temporalem hac
Immunitate ſacrilegi gaudebunt:
quantum vero ad ſpiritualem, ab E-
piſcopo leuiter puniendi ſunt, doctis
Ieſu Chriſti Domini præcepto, inſi-
nuato apud Matth. *cap.* 5. *num.* 40. &
apud Lucam, 6. *num.* 29. & 30. vbi
dicitur, quod ſi quis auferre vult a te
pallium, noli etiam tunicam prohi-
bere: omni autem petenti te, tribue:
& qui aufert, quæ tua ſunt, ne repe-
tas. Vnde cum Sancta Mater Eccle-
ſia ſponſa eiuſdem Ieſu Chriſti ſit,
hos fures nõ ita ſeuere punire debet;
ſicut & alios ſupra relatos: & in his
omnibus me ſemper ſaniori iudicio
ſubmitto.

Videntur etiam excludendi ab hu-
iuſcemodi Immunitatis Beneficio
omnes ſacrilegi, qui in perſonas Ec-
cleſiaſticas commiſerint, vel delique-
rint, ob rationem delatam a Berberio
in Viat. Iur. quem allegat Rebuff. &
Farin. *relati ſup. Cap.* 111. §. 11. *num.*
7. ea ratione, quia ſacrilegium com-
miſſum aduerſus perſonas maius eſt
eo, quod aduerſus Locum Sacrum
committitur; quod etiam tradit, &
melius declarat D. Tho. *d.* 2. 2. *quæſt.*
80 99. *art.* 3. dicens, quod inter † omnes
ſacrilegij ſpecies maximum eſt, quod
in perſonas committitur. ergo ex ſen
tentia Berberij ſequeretur dicendum
quod ſi ſacrilegi, qui in Locum cõ-
mittunt, hoc priuantur Beneficio:
multo magis qui in perſonas; Sed ta-
men contrarium ſup. *d. Cap.* 111. *lo.
cit.* affirmauimus: Et ratio ea eſt, quia
ſacrilegium aduerſus perſonas cum
ſacrilegio aduerſus Locum ſpecie diſ
ferunt: & licet verum ſit, quod vnum
altero ſit grauius, non tamen infe-
rendum eſt, ergo ſecluſi ab hac Im-
munitate ob ſacrilegium locale, mul-
to magis excludi debent ob perſona-
le: quia hæc præſens noſtra Immu-
nitas non reſpectu perſonarum, ſed
Loci prouenit. Quapropter dũ quis
contra, vel aduerſus eundem Locum
facit, abutitur priuilegio ab eodem
Loco illi præſtito: & ideo non eſt cõ-
ueniens, quod eius auxilium implo-
ret, iuxta d. cap. fi. inf. eo. & cum hac
diſtinctione cõcordare videtur illud
Ambroſini *cap.* 8. *num. vlt. verſic. Et
minus obſtat.* dum dicit, quod illud,
quod habetur in d. c. fi. vt. ſ. Fruſtra
legis implorer auxilium, qui contra
legem facit, intelligitur in eodem

facto

facto, & merito quidem per ſupradictas rationes *in fine nu. 4. & in nu. 50.* quia non iure ad ſupplicandum debet admitti, vbi ſacrilegium committere non expauit, *17. quaſt. 4. cap. Frater & coepiſcopus verſic. Nec enim iure. cum c. ſeq.* Nec debet inuenire munimen in Loco, quem per ſcelus proprium deſpexit, *Auth. Vt liceat matri & auiæ. §. fi. collat. 8.* Et cum hac ſententia poſt eundem Nauar. *lo. a nobis ſupracit. in d. §. II. Cap. III. num. 7.* concordat etiam Villagut *in d. Trac. de Extenſ. legis. d. tit. de Extenſ. Immun. Eccleſ. num. 43.* Quæ omnia ſatis ſint quantum ad hanc Quæſtionem: tranſeamus ergo ad alia.

S V M M A R I A.

1 *Proditorij Homicidæ excluduntur ab hac Immunitate.*

Qui ſint de iure Pontificio? num. 3.

2 *Bartoli opinio, & aliquorũ ſequacium, tractantium de Proditoribus homicidis, reijcitur: & num. 13.*

4 *Veneno occidens, ſecundum quoſdam Proditor dicitur.*

5 *Deciſio Pontificia de quodam homicidio in Vrbe Panormi ex induſtria, & dolo commiſſum.*

6 *Marius Giurba laudatur.*

7 *Conſtitutionis noſtræ verba loquentia de Homicidis Proditorijs adaptãtur ad ea, quæ de viarum Graſſatoribus habentur.*

Conſonant etiam cum cap. 1. de Homicidio lib. 6. num. 8. ſeq.

9 *Homicida ex induſtria aliquando plus delinquit, quam qui veneno aliquem extinguit.*

10 *Gladio feriens, gladio perire debet.*

11 *Occidens occidendus.*

OCCIDERIT, verbum in hac Conſtitutione quomodo ſumatur? num. 22.

Item.

Quomodo in ipſis legibus communibus? num. 25.

Et quid de Statutis particularibus? num. 26.

12 *Crimina atrocia quæ?*

14 *Ambroſinus ſuper hac Conſtit. cap. 6. loquẽs de Proditorijs homicidis multoties ſibi contrarius apparet, ideo reijcitur.*

Et inferius cap. 7. num. 12. dum voluit, quod occidens Infidelem proditorie, non debet Immunitate priuari, confutatur, num. 21.

15 *Mẽs Legiſlatoris potius ſeruãda, quam legis verba: & num. 18.*

16 *Beneficia principis quomodo interpretanda? & num. ſeq.*

17 *Verba generalia relata in priuilegijs quomodo ſumenda?*

19 *Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, Regulæ quædam declaratio.*

20 *Proximus quis, & num. ſeq.*

23 *Farinac. Quæſt. 28. num. 25. vbi voluit, quod verbum, Occiderit, in noſtra Conſtit. ſumatur etiam pro animo occidendi, licet mors non fuerit ſecuta, confũtatur.*

24 *Deuteronomij Liber quid?*

27 *Vulnerans morte non ſecuta ad quid tenetur ſi hac Immunitate ſe tueri voluerit?*

28 *Vulnerare volens, ſeu mandans, licet occidendi animum non habuerit, ſi mors ſequatur, an de occiſo teneatur?*

Limita, prout in num. 30. 32. & 35.

29 *Iacobus Nouellus in quodam ſuo tractatu ad Defenſam Reorum, tit. de Excuſati. a reo faciendis. num. 17. vbi vult, quod mandans tantum vulnerari, & non occidi, ſi mors fuerit ſecuta, non teneatur de homicidio, reijcitur.*

31 *Dolus requiritur in delictis, vt pœna ordinaria locum habeat.*

33 *In ſpiritualibus animus & cogitatio inſpicienda.*

34 *Plaza in Epit. Delict. cap. 15. num. 1.*

poſt

poſt med. vbi voluit, quod mandans vulnerari, ſi ſequatur mors, non tenetur de homicidio, reijcitur.

36 *Fœtus animati faciens abortum, homicida dicitur.*

Quando præſumitur animatus? nu. 40. remiſsiue.

Incidit etiam in excommunicationem, num. ſeq. 37.

Et perſona Eccleſiaſticæ qua pœna puniantur? num. 38.

39 *Sixti V. Conſtitutio incip. Effrenatam. loquens de ijs, qui ſterelitatis venena parant: ac etiam de illis, qui abortum faciunt fœtus animati, quando locum habeat?*

41 *Falſum dicens teſtimonium: vel falſam proferens ſententiam Proditor dicitur.*

42 *Duellum inientes an gaudeant hac Immunitate?*

Et qui inter hos comprehendantur? num. ſeq. 43.

§. IV.

QVARTO Excluditur ab huiuſmodi Immunitatis beneficio.

1 „ *QVI † PRODITORIE PROXIMVM OCCIDERIT.* Quare in Præſenti Caſu tria ſunt diſcutienda: Quorum Primũ eſt, quomodo verbum illud, PRODITORIE, intelligatur. Secundum erit ſuper illis verbis, PROXIMVM SVVM. Tertium tandem, Quomodo ſumatur verbum, OCCIDERIT.

Quoad primum ſciendum, quod licet plures, & diuerſæ ſint Proditionis ſpecies; in hac tamen præſenti Quæſtione illud ſolummodo, ſeu illam Proditionis ſpeciem tradere propoſui, quę ad Rem pertinet noſtram: Sed de multiplici ſpecie Proditionis videri poteſt Gloſſa *in cap. Clericus. Diſt. 46. & ibi Apoſtilla, (vt vocant)* & poſt eandem Gloſ. alias ſpecies recenſet Alfonſus Villagut *in Tract. de Extenſ. Legum. hoc tit. noſtro. ideſt, de Extenſ. Immun. Eccleſ. num. 53. a princ. vſq; ad verſic. His ergo præmiſſis.* quæ (præter id, quod habetur ex præd. Gloſ.) ad hanc proximam ſpeciem, quæ ex Bart. trademus, reducuntur. Vnde breuiter dico, quod

2 Bartoli † opinio ea fuit, vt is. ſ. Proditorius homicida dicendus ſit, qui vnum in actibus oſtendit, & aliud in mente gerit: vt puta, ſi vadit quiſquam cum alio tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa eum percuſſerit: Vel ſi ſedens cum eo in menſa, ſeu cum nullus eſſet rancor inter eos, percuſſerit de retro; ſecus autem ſi eſſet ei inimicus, ita vt eſſet rancor inter ipſos, interemptum. ſ. & interemptorem, quia quod in actibus fit, in mente geritur; ideo hic ſecundum Bart. proditor minime cenſeri debet: *quod tradit in l. Reſpiciendum. §. delinquunt. num. 1. toto. ff. de Pœnis.* Et hanc opinionem communiter receptam ex quampluribus tradit Couar. *d. cap. 20. num. 7.* Plaza *lib. 1. Epito. delict. cap. 21. num. 1.* Menoch. & alij: & tandem poſt hos Farin. *Quæſt. 18. num. 74.*

3 Sed † ſecundum Canoniſtas aliter obtentum eſt: Quia occidens aliquẽ per inſidioſam induſtriam, Proditorius dicitur homicida, iuxta diſpoſit. Text. in c. 1. inf. de Homicidio, ibi,

„ *Per induſtriam, & per inſidias;* Ideſt,

„ *Per inſidioſam induſtriam:* Quod ex græca dictione, qua ſeptuaginta Interpretes vſi fuere in cap. 21. Exodi, ex quo deſumptum eſt d. cap. 1. conſtat, vt refert Couarr. *d. num. 7. verſic. Tandem his. poſt med.* & poſt eum Plaza *d. num. 2.* qui dicit, quod illud Bart. omnino falſum eſt, quia ſuffi-

ſufficit, quod quis etiam inimicum per inſidioſam induſtriam occiderit: quod eſt, quando offenſus præcauere non poterit. Vnde quod tradit Bart. dicens, cum qui proprium inimicum etiam a tergo, & incaute occiderit, non eſſe Proditorium homicidam, refutat Couar. *in d. verſic. Tandem his. in fi.* quia in hoc caſu etiam ſi fuerit inimicus interfectoris, Proditor dici debet, cum ſatis liqueat per inſidioſam induſtriam perpetratum homicidium: ſufficit enim, quod iuxta diſpoſitionem præd. cap. 1. de Homic. committatur homicidium: & huius opinionis fuit Boer. *Deciſ.* 109. *num.* 5. *ibi, Tertio in eo.* & alij, quos refert Couar. *lo. cit.* & poſt eum Plaza: quos ſequitur Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 361. *num.* 26. quam tandem opinionem communem ait Farin. *d. Quæſt.* 18. *num.* 76. qui poſtquam de eis, qui Bart. ſunt ſecuti opinionẽ, tractat, hæc verba refert.

„ *Quorum tandem opinio nullatenus tenenda eſt: tum quia videtur contra Textum in d. cap. 1. de Homic. quo probatur, ſolam inſidioſam induſtriam efficere crimen proditorium, cum talem homicidam ab altari diuelli permittat: tum etiam quia contra aliam communem, de qua ſup. per Couar. Plaz. Menoch. & alios, volẽtes, quod qui per inſidias alium occidunt, Proditores dicuntur: & propterea eam expreſſe reprobant Couar. & Pla. in loc. ſupracit. & videtur de mente Gigant. in tractatu de Crim. Læſæ Maieſt. d. rubr. de Prodit. quæſt. 1. num. 16. poſt Afflict. quem allegat in Deciſ.* 265. *num.* 64. *dicit illud Proditorium homicidiũ, quod ſine diffida, vel diffidatione factũ eſt; ergo multo magis erit Illud, quod eſt cõmiſſum per inſidias, &c.*

Hęc ille. quod etiam vulgo, cum quis inimicum proprium, ſeu quemuis alium, cum quo recens præceſſerit rixa, percutiat a tergo, vel incaute, dici ſolet:

„ *L'ha fatto traditoreſcamente, & non de valente huomo.*

Cui communi loquendi vſui maxime attendi debet, vt diximus *ſupra* §. *præced. num.* 26. Et pro hac parte facit, quod tradit de Franch. *Deciſ.* 713. *num.* 7. *& aliqq.* quamuis alibi *in alijs poſtremis ſeqq. numm.* aliter concludere videatur: quæ, rationibus inferius dicendis, noſtris his Scriptis minime obſtare poterunt. Sed quis negabit interempto naturalem illam defenſionem, de qua loquuntur noſtrates præcitatis in caſibus a Bart. relatis, ad huc & in præſenti Caſu ſublatam? Vnde eadem militante ratione, idem procedere ius debet: Et quemadmodum is, † qui veneno aliquem occiderit, Proditorius, ſecundum Bald. *in l. Nemo. C. de Sum. Trin.* dicitur, quem communiter Doctores ſequuntur, vti videre eſt Feli. *in d. c. 1. de Homic. num. 1. in princ.* Couar. *d. verſic. Tandem his. in princ.* & alios, quos refert Farinat. *d. quæſt.* 18. *num.* 74. non diſtinguentes, an inimicum, vel alium quemlibet occidat; ſed ea ſolummodo mouentur ratione, quia plus eſt hominem extinguere veneno, quam gladio, ex Text. in l. 1. C. de Maleff. vbi nulla diſtinctio adhibetur inter inimicorum interfectores, vel aliorum; Ita etiam in hoc præſenti Caſu Proditorius dicendus eſt homicida, qui alium ſecure interficit, cũ is præcauere minime valeat. Qua de cauſa ad tollendas huiuſmodi, & tot controuerſias fuit olim apud Hiſpanos ita per plures leges declaratũ, quas refert Pla. & Couar. *lo. citt.* & melius Anton. Gomez. *lib.* 3. *Varr. reſoll. cap.* 3. *num.* 5. *verſic. Aduertendum.*

dum. Sed licet primum *in princ.d.nu*.
5. opinionem Bart. & ſequacium re-
ferat; poſtmodum tamen *in fi. eiuſ-
dem num*. 5. concludit cum hac no-
ſtra opin. *dum ſe remittit ad ea, quæ
dixit inf. cap. 10. num. 2. verſic. Quin-
to limita*. Sed plene ſuper hoc legi po-
teſt Farinat. *d. quaſt. 28. num. 24*. Et
5 pro † hac etiam opinione fuit olim
deciſum per S. D. N. D. Clement.
VIII. de Anno 1597. ob quendam
caſum, qui ſucceſſerat hic Panormi,
tunc exiſtente me in teneris annis.
Quod cũ audiui, quamuis non ſom-
niarem, nec meorum fratrũ aliorum-
ue cõſanguineorum precibus vellem
acquieſcere ad hanc legalem ſcientiã
(ſi ita dici debet) capeſſendum, pro
certo tamẽ habui illos interfectores,
de quibus hic proxime dicetur, fore
priuandos hac noſtra Immunitate.
Caſus autem prædictus ita ſe habuit.

Aſſerebatur, quod quidam nobi-
les D. Carolus de Gregorio, & D.
Octauius Buglio, alijue conſortes
quibuſdam ſcopettarum, ſeu ſclopo-
rum, vel archibuſorũ ictibus ex qua-
dam domo, qua claudebantur, occi-
derãt quendã alium virum nobilem,
D. Carolum de Amato nuncupatũ:
qui, patrato præd. crimine, ſtatim ad
quandã Eccleſiam ꝓpe eandẽ domũ
ſe contulerunt: Indeque ab Archiepi-
ſcopo extracti, & ad eccleſiaſticos re-
dacti carceres, petebantur ad forum
ſecularis Curiæ remitti, ea de cauſa:
quia præd. homicidium proditorie,
prout loquitur Conſtitutio noſtra,
fuerat commiſſum. Ex parte vero Re-
orum prætendebatur, verba Conſti-
tutionis præſentis non ſortiri effectũ
in illo caſu, quia ſatis liquebat, & om-
nibus nota erat capitalis eorum ini-
micitia ob grauiſſimas cauſas, qua-
rum tenor hic breuitatis cauſa omit-
titur: Vnde non poterant proditorij
homicidæ appellari, quia non con-
currebant requiſita per Bart. *lo. ſup.
cit. in princ. præſentis Quæſtionis*.
Quæ cauſa cum delata, ac a Doctiſſi-
mis viris eſſet ventilata coram Rom.
Pontifice, inter quos fuit etiam con-
ſultus Dominus de Farin. teſte eod.
Ambroſino *hic cap. 6. in fi*. qui refert
eiuſdem Farin. opin. *ex quodam con-
6 ſil. 76. nu. 7*. ac † etiam celeberrimus,
& famoſiſſimus aduocatus Domi-
no Marius Giurba I.C. Meſſanenſis,
cuius ſupra *in §. 1. huiuſmet Cap. poſt
num*. 164. meminimus: qui ſubtiliſ-
ſime pro Reorum parte cauſam de-
fendiſſe demonſtratur in ſuis allega-
tionibus, quas præ manibus habui:
eaſue dignas fore edendas reputaui:
ac in his meis lucubrationibus illud
iam adimpleuiſſem. Sed quia viri
prudentis non eſt, alienos ſibi appli-
care labores, vti quamplures, tacito
nomine auctoris, perficere videntur:
quamuis hic illud propalare potuiſ-
ſem; atque etiam ſemper meum
fuit, & erit, pauca potius, & meis di-
geſta viribus alijs communicare; hac
ex cauſa eas huc tranſcribere diſtuli.
Sed quicquid ſit, poſtquam relatis a
Farin. *d. Quaſt*. 18. *in numm. ſeqq*.
ſuperius traditis reſpõdebatur, illud
tandem aſſerebatur, quod huiuſmo-
di homicidæ omnino ad hoc Bene-
ficium admitti debebant, eo quod ad
inuicem, & Interemptus & Interem-
ptores erant inimici; qua de cauſa
inimicus bene poterat futuram præ-
uidere vindictam, & ſibi præcauere
iuxta mentem Bart. ſup. traditam.
Sed hac, & alijs rationibus non ob-
ſtantibus contrarium fuit a prædict.
Clem. VIII. reſponſum: & iure qui-
dem optimo factum eſt; quia huiu-
7 ſcemodi † caſus non videtur differre,
ſi bene verba perpendantur, ab illo
ſupradicto *in princ. hoc eſt, in* §. I. *hu-
ius præſentis Cap*. vbi de viarũ Graſ-
ſatoribus egimus, qui adhuc & ipſi
hac

hac deſtituti ſunt Immunitate. Illi etenim quia ex inſidijs agunt, viatores aggrediendo, ideo priuantur hac præſenti Immunitate. Quid igitur mirum, ſi homicidæ prædicti eadem ſint excluſi, cum ex inſidijs occidant? Vnde vnum caſum cum altero concordare dixit Innocentius *in præcit. cap. 1. de Homic.* pro quo extat illud Prouerb. *cap. 23. num. 28.*

» *Inſidiatur in via quaſi Latro: &*
» *quos INCAVTOS viderit, interficiet.*

Quapropter ab hac ſanctiſſima deciſione non eſt recedendum, cum non modici momenti ſit hæc Innocentij auctoritas. Vnde dicit Faber *in §. Pupillus. Inſtit. de Inutil. ſtip. in princ.* quod ſi pro te habueris opinionem Innocentij in foro Eccleſiaſtico, coronaberis: cuius quanta ſit auctoritas Io. Brunellus refert *in Repet. d. cap. 1. de Homic. part. 4. num. 9. ad fi.*

Sed licet Farin. alibi *in d. Quæſt. 28. primo loco a nobis citata*, aliam afferat rationem, cur prædicti aſſerti interfectores ab hac Immunitate fuerint excluſi, *vt legitur in fi. num. 56.* tradens, quod cum homicidium prædictum patratum fuiſſet prope Eccleſiam, idcirco Summus Pontifex ita contra Reos reſpondit; attamen hoc vnum ſcio, quia ex quo fuit inſidioſe cõmiſſum, ideo Dominus Papa pro interempto reſpõdiſſe fertur, ſicuti quoq; refert de Ballis *in tract. ſup. §. I. num. 11. hoc eo. Cap. relato*, qui *in lib. 5. tit. Pragm. vnica. rub. De Inſultu in Eccleſia. num. 10. in fi.* dicit, quod, attenta qualitate delicti, & aliquibus circunſtantijs, fuit ſancitum, quod duo ex illis, qui commiſerant prædictum homicidium, vnus annorum decem & ſeptem, & alter annorum decẽ & octo gauderent hac Immunitate: cæteri vero nõ. Nec vllam huiuſmodi rei facit *ibi* mẽtionem, quando. ſ. prope Eccleſiam, &c. Imo expreſſe contrarium fatetur *in ſubſeq. num. 11.* dum reijcit omnes ita tenentes. Vnde ſi in illo Reſcripto aliquid de hoc diceretur, vtique referret ipſe. Nec ſuaderi poſſum, quod d. de Ballis contrarium voluiſſet, cum clarum ſit in Iure, quod quicquid Princeps per epiſtolam conſtituit, vel edicto decreuit, (vt plenius infra §. *VIII. in princ.* dicemus) pro lege ſeruari debet. quapropter cũ in illo Reſcripto ſimilis mentio non facta ſit, & d. homicidium commiſſum fuerit prope Eccleſiam, merito cõtrarium dicentes reijcit, & negatiuam ſuſtinet partem.

Nec obſtat ſi dict⁹ de Ballis *in præcit. num. 10.* reijciat Couar. *lo. a nobis ſup. cit.* dicens doctrinam Bart. eſſe veriſſimam, & Couar. loqui ſecundũ leges Hiſpaniæ, quia ſatis de hoc ſupra tractatum eſt: vnde ſuperfluum eſſet hic eadem adijcere; quæ bonus Lector pro huiuſcemodi reſponſione capiet. Itaque pro hac ſententia penitus tenendum eſt, iuxta prædictum Summi Pontif. Clem. VIII. Reſcriptum: coram quo prædicta cauſa Panormitana fuit delata, in qua ex parte D. Caroli de Amato interfecti illud eiuſdem Farin. *in illa Quæſt. 18.* adducebatur, quod ſup. traditum eſt *poſt num. 3.* aduerſus quod ipſemet poſtea reſcripſit *in præcit. ſuo Conſil.* Sed nil mirum, quia ibi ceu aduocatus ſuas interpoſuit partes. Quare dũ ait, ideo illos fuiſſe ſecluſos ab hac Immunitate, quia prope Eccleſiam patrarant homicidium; id quidem affert ob quandam coloratam excuſationem: quod cognoſci poteſt ex ſeqq. verbis *eiuſdem nu. 56. in fi.* quæ etiam ſupra tradita ſunt *in §. praced. poſt nu. 7. ante verſic. Hinc ſuboritur.* Vnde aut prope Eccleſiam, vt ipſe ait, concurrentibus tamen ab eo requiſi-

quiſitis; aut prout dictum eſt: omnino ſimiles homicidæ priuandi ſunt hac Immunitate: & ita fuit reſponſũ a præd. Clem. VIII. in quo expertis credendum eſt, cum animus meus nulla iactetur cura: nam in eo caſu neque pro Reis, neque aduerſus conſultus reſpondeo, quemadmodum Dominus Farin. qui aduers⁹ ſuamet ſcripta calamum direxit.

Sed quid mirum ſi hac in re fuerit
8 ita reſponſum; cum hęc † deciſio non differat ab illa tradita in cap. 1. incip. Pro humani de Homic. lib. 6. ex quo omnes Scribentes Aſſaſſinorum lucubrationes tradunt, *vti dicetur inf. §. ſeq.* Nam quemadmodum illi; de quibus inibi tractatur, priuandi ſunt hac Immunitate: ita quoq; in præſenti caſu dicendum eſt, huiuſmodi Delinquentes non eſſe ad eãdem admittendos, cum militet eadem ratio, qua motus fuit Innocentius IV. *in præcit. cap. 1.* quamuis ex Doctorum communi opinione aliter intelligatur d. textus. Sed vera eius eſt deciſio, quia mandantes interfici per Aſſaſſinos, ſecure occidebant: vnde interemptis nõ ſolum defenſio illa naturalis, de qua ſup. ſumus locuti, verum & ſpiritualis auferebatur: quia ex quo ſtatim moriebantur abſq; Sacramentis Eccleſiæ, poterant faciliime damnari. Qua de cauſa præd. Innoc. condidit illum Canonem: quod apparet expreſſe in illis verbis, *longe poſt princ. in verſic. ſeu §. Cum igitur* tenoris ſequentis:

,, *Cum igitur illi, qui ſic horrenda*
,, *inhumanitate, deteſtandaque ſæ-*
,, *uitia mortem ſitiunt aliorum, vt*
,, *ipſos faciant per Aſſaſſinos occi-*
,, *di, NON SOLVM CORPO-*
,, *RVM, SED MORTEM PRO-*
,, *CVRANT ETIAM ANIMA-*
,, *RVM*, &c.

Quod, vt hæc ſcripſeram, & in lucem mittenda Typographo expoſueram, perſpexi legens Bocrium ab eodem confirmatum *in Deciſ. 169. num. 7. circa med.* dum inquit:

,, *Ita ſentit Fel. in d. c. 1. de Ho-*
,, *micid. dicens de mente Canonis*
,, *eſſe, Eccleſiam tales non fouere,*
,, *c. 1. de Homic. lib. 6.*

Sed cum hæc ſint eiuſdem Felini verba *in d. c. 1. inf. de Homic. ad fi.* merito eundem quoq; nobis abſcribemus.

At forte dicet quis, Felinum in alijs terminis fuiſſe locutum, hoc eſt, quando aliquis amicitiæ prætextu alium interficit: & ſic non æquiparat d. c. huic caſui, de quo noſter eſt ſermo, cum illud grauius hoc ſit, prout & nos inf. *in princ. num. 21.* dicemus. Imo & Fel. pro nobis eſt, licet d. c. 1. aliter, quam nos hic, intelligere videatur, vti etiam inf. *poſt num. 14. in verſic. vnde illud.* dicetur. Nam ibi nõ ſolum de homicidio Proditorio, quando ſ. aliquis amicitiæ prætextu, vel iuxta exempla Bart. ſup. relata, alium occiderit, loquitur, verum etiã in alijs probroſis homicidijs, dum dicit:

,, *Nec mirum, ſecundum eos, ſi non*
,, *expectata incorrigibilitate, &c.*
,, Et infra: *Quia loquitur ille tex-*
,, *tus in homicidio ſimplici non qua-*
,, *lificato, puta Proditorio; vel*
,, *VALDE SCANDALOSO: quia*
,, *omni iuſtitia repugnat.*

Poſtea inferius refert quod ſup. ex Bocrio diximus. Itaque de Bocrio nulla erit dubitatio, quin nobiſcum ſit, cum pro ſe alleget Guid. Papæ in Deciſ. ſeu Quæſt. 121. qui plene ſuper hoc ſcribit. Sed quod hæc ſit Felini voluntas, cito apparebit.

Vnde ex hoc cognoſcitur grauius
9 † delinquere huiuſmodi induſtrioſos homicidas, quam eos, qui veneno malo, *iuxta textus in l. Eiuſdem. ff. Ad*

L. Cor-

l. Cornel. de Sicarijs. & in l. Qui venenum. ff. de Verb. ſign. alios extinguunt. Nam, qui potionem venenatam biberit, præuidere ſibi futuram mortem poterit: & per conſequens omnia, quæ ſibi ad ſalutem fuerint neceſſaria, peragere. Sed qui incaute & repente occiduntur, ſæpe ſæpius poterſit damnari, cum vt plurimum qui in has incidunt calamitates & miſerias multis ſint peccatis inuoluti, & huius mundi illecebris detenti. Quapropter cuique relinquo excogitandum, an mallet veneno, quam repentina gladij, vel aliorum armorum opprimi morte? Verum haud ignoro, quędam alia eſſe venena non lethifera, ſed longos morbos, & tabem lętam inferentia: vnde idem ius ſtatuendum, non dubito, prout in ijſdem terminis loquitur Philo *2. to. tit. de Specialibus legibus, quæ referuntur ad duo Decalogi capita. prope med. in verſic. Eadem pœna.* Nam, inquit, ſæpe ſatius eſt emori, quam ægrotare, præſertim diuturno morbo non habituro felicem exitum.

Hinc non incongruens eſt quod ſupra diximus *in Initio Cap. II. verſic. Volens ergo Deus. ſub num. 62.* nam ipſamet naturali lege mori debet, qui modo prædicto ferit, iuxta verbum Domini noſtri Ieſu Chriſti dicentis Petro:

,, *Conuerte gladium tuum in locum*
10 ,, *ſuum: omnes enim, qui accepe-*
,, *rint gladium, gladio peribunt.*

Matth. 26. num. 12. & faciunt etiam quæ tradita ſunt ſup. d. num. 62. & aliqq. ſeqq. Vnde Propheta in terminis noſtris alloqui videtur dum *Pſal. 5. poſt num. 8.* inquit:

,, *Virum ſanguinum & doloſum*
,, *abominabitur Dominus. Ego au-*
,, *tem in multitudine miſericordiæ*
,, *tuæ introibo in Domum tuam: a-*
,, *dorabo ad Templum Sāctum tuū*
,, *in timore tuo.*

Ex quo habemus, quod & lege naturali, & Diuina huiuſmodi homicidæ mori debent, vt *d. verſic. Volens ergo Deus* dictum eſt. Quapropter illud Felini, ſupra traditum, de huiuſmodi homicidio intelligi debet, quia omni iuſtitię repugnat, prout ipſemet quoque ſentire videtur *in Rub. inf. d. tit. de Homic. ſtatim poſt princ. in verſic. Vtrum autem valeat.* dicēs cum Hoſt. quod nō poteſt fieri Statutum, quod pro homicidio non imponatur pœna mortis, ſed pecuniaria; quia præbet audaciam delinquendi: Et quia repugnat Legi Diuinæ, allegat pro hoc 22. quæſt. 4. §. 1. & Exod. cap. 21. ſed puto voluiſſe allegare 23. q. 4. c. Et iniuſtā. vbi in princ. de huiuſmodi re tractatur, dum D. Ambroſius (ex cuius ſcriptis deſumptus eſt d. textus) ait:

,, *Denique in lege ſcriptum eſt de*
,, *quodam: Non miſereberis illius.*

Quæ verba traduntur in lib. Deuteronomij, *cap. 19. num. 13.* vbi de eo, qui per inſidias aliquem occiderit, agitur: cuius Deus miſereri prohibet: & a Loco Refugij extrahi præcipit. Idem dicitur in illo Exodi, ex quo deſumptus eſt d. textus in c. 1. inf. de Homic. quamuis Fel. aliter illum, vt dictum eſt, intellexerit. Sed quidem parcant mihi qui talia auſi fuerint affirmare, cum ille textus loquatur de eo, qui voluntarie occiderit, etiam ſi fuerit eius inimicus, vt patet in eis, quæ infra *poſt num. 22. & in num. ſeq. 23.* traduntur. Vnde Farin. *Quæſt. 6. nu. 15. & aliqq. numm. ſeqq.* ijſdem ſup. traditis Iuribus motus, (ſed a me poſt hæc ſcripta, teſte Deo, viſus) ait, quod hæc pœna per ſupremum Principem impune tolli non poteſt, aut mutari, niſi in aliquibus caſibus, *vt ibi per eum.* Quapropter non eſt affirmandum, Pontificem

Maxi-

Maximum per hanc ſanctiſſimam Coſtitutionem generaliter omnibus indulgere voluiſſe, cum, niſi (vt dictum eſt) ex vrgentiſſima cauſa illud in quibuſdam caſibus impune ſibi liceat: eo magis, quod huiuſmodi noſtra Immunitas ab ipſomet Diuino Iure procedat, vti plene traditum eſt *ſup. in Initio Cap. II.*

His itaque ſatis liquet, num prædicti homicidæ ſint admittendi ad hoc Beneficium, cum omni, & quouis Iure occidi, & mori debeant? Ac ex prædictis verbis illius Pſal. expreſſe videtur omnes excluſi, qui fuerint in dolo ad ſanguinem effundendum humanum: eoſue abominabitur Deus: Nec eius Domum ad expetẽdam opem ingredi licebit. Atque hos Homicidas veros Aſſaſſinos vocarem iuxta rationem ſuperius expreſſam: quos & vulgus ita ſolet appellare. Vnde dicit Paulus Caſtrẽſis *in l. Nemo. num. 5. C. de Epiſcop. aud.* quod ſemper illud dictum Baldi ſolet allegrari, videlicet:

11 „ *Qui † occidit, occidatur ſine re-*
„ *demptione, dummodo dolus inter-*
„ *ueniat: non ſic ſi culpa.*

Quare Clarus interrogatus a Catholico Rege noſtro Philippo II. Quæ
12 † dicantur atrocia crimina? inter cætera, quæ reſpondit ei, connumerauit etiam huiuſmodi homicidium propoſito commiſſum, *vti enim videre eſt in ſua Praxi Crim. §. 1. verſic. Sunt etiam.* eundemque pro eadem re tradit Farin. *d. Quæſt.* 18. *num.* 90.

Sed quamuis dixerim, quod hæc opinio noſtra procedat de Iure Ca-
13 nonico, & illa † Bart. & ſequacium de Iure Cæſareo procedere videatur, prout refert Pla. *d. cap. 2. num. 2. poſt med. in Epit. delict.* Nihilominus illud mihi ſuadere non poſsũ, eo quod neq; in toto corpore d. Iuris ſimilis inuenitur deciſio expreſſe: imo potius eius contrarium (vt verum fatear) probatur, præſertim in illo textu, d. §. Delinquunt, cuius deciſione Bart. ibi mouetur, tradens prædicta exempla in princ. præſentis §. relata. Nam d. textus nullam huiuſmodi rei facit mentionem, ſed tantummodo hæc dicit:

Delinquunt autem aut Propoſito: aut Impetu: aut Caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent, &c.

Quare opinio Bartoli in d. textu non probatur: nec iuribus ab eo traditis comprobari poteſt: quod etiam dicit Io. Brunellus *in d. Repet. c. 1. de Homic. parte 3.* licet afferat prædicta exempla Bar. quæ potius, per id quod poſtmodum ait, ob quẽdam loquendi modum, quam vt ea confirmet, refert: nam *in num. 1. circa med.* inquit, quod Iura, quibus Doctores mouentur, in illis caſibus, non multum vrgent.

Hinc equidem non poſſum non
14 admirari de Domino † Ambroſino, qui maluit Bart. quam aliam aſſequi ſententiam, cum & ipſe quoq; hanc eandem Conſtitutionem, quę ad Sacros Canones ſpectat, fuerit interpretatus, & fortiter ſuper illis Bartoli exemplis inſtiterit, *vti videri poteſt in capite* 6. Sed vt Iuri conſona noſtra opinio demonſtretur, præter ſupradicta, ab eodem Ambroſ. argumentari volo: nam dum *in ſuo tract. ſuper hac eadem Conſtit. cap. 2. num. 4.* de publicis tractat latronibus, hoc dicit:

„ *Sicuti non poteſt de Iure commu-*
„ *ni furca ſuſpendi; ita non priua-*
„ *tur hac Immunitate.*

Et rurſus idem annuere videtur *in ſeq. cap. 3. num. 6. & inferius cap. 8. num. 12. in verſic. Et propterea.* dum tradit exemplum blaſphemantium, arguens hoc modo.

„ *Et propterea ex impoſitione pœna appa-*

„ *apparet, quod blaſphemi non pu-*
„ *niuntur morte: & ob id crederem*
„ *non eſſe priuandos hac Immuni-*
„ *tate.*

Quibus verbis colligi videtur, quod quoties ex aliquo crimine de Iure communi pœna mortis infligitur, tunc Delinquens excludi debet ab huiuſcemodi Immunitate. Sed occidens aliquem modo prædicto, id eſt, propoſito, quamuis eius inimicum, mortis pœnæ ſubiacet, vt iam ex ſupradictis liquet, qđ nemini eſt ignotum. Ergo ex motiis controuerſijs) omnino excludendus eſt.

Secundo non ex his tantummodo probabitur ſententia prędicta, verum etiam ex eo, quod tradit *cap.* 4. dum de agrorum Depopulatoribus agit: vbi *in num.* 5. volens rationem reddere, cur ipſi Depopulatores ab hac excluſi ſint Immunitate, ait per Glo. *vlt. in fi. cap. fi. inf. eo.* (quam ab omnibus approbatam refert) & per d. cap. Inter alia. *etiam inf. eo.* Quia illi pluribus per inſidias exitium excogitant, & ex propoſito inſidiantur: & ob id cum diurnus, ſicuti nocturnus ex propoſito poſſet delinquere, hinc Summus Pontifex illam nocturni qualitatem ademit. *Hac ille tradit: ſicuti etiam nos ibidem, id eſt, ſup.* §. *11. diximus.* Vnde conſidera, an ex huiuſmodi ratione plus noſtris, quam ſuis adhæreat ſcriptis?

Tertio approbata, ſeu confirmata apparet noſtra ſententia in eo, quod ipſemet dicit, dum de Aſſaſſinis loquitur *cap.* 7. vbi *in princ.* a maioritate rationis argumentari videtur his verbis:

„ *Cum plus ſit occidere hominem*
„ *per Aſſaſſinium, quam ex propo-*
„ *ſito & deliberate.*

Vnde apparet, quaſi dicere voluiſſet: Sed qui ex propoſito & deliberate hominem occiderit, non debet hac Immunitate gaudere; ergo multo magis qui per Aſſaſſinium, &c. Sed forte in hoc caſu poſſet ſic ſaluari, videlicet: Nil mirum ſi Aſſaſſini non gaudeant; qui vero deliberate occidunt, ſic: quia grauius eſt Aſſaſſiniũ quam homicidium prædicto modo commiſſum.

... Concludendum igitur, quod ſiue Iure Cæſareo, ſiue ex communi Doctorum cōſenſu procedat illa opinio Bart. nō refragabitur his noſtris ſcriptis, cum alijs perambulemus ventis: quia ſi noſtrates, qui Ius Canonicũ ſunt interpretati, ita colligunt ex illo præd. text. cap. 1. inf. de Homicid. dubio procul huic ſententiæ acquieſcere debemus, quæ itidem communis eſt, ſicuti quoque eſt illa Bart. Sed noſtræ adderem etiam ea, quæ refert Clarus *in d.* §. *Homicidium. verſic. Ex propoſito. cum verſic. ſeq. Ex inſidijs.*

Sed tandem quis de hoc amplius dubitare præſumpſerit, cum hæc fuerit Legiſlatoris intentio? nonne patet expreſſe? Nam huius Conſtitutionis verba (quæ ad hanc rem faciunt) deſumpta ſunt ex præcit. c. 1. mutatis tantum illis prædictis verbis, PER INDVSTRIAM, ET PER INSIDIAS, in illam particulam, PRODITORIE, reſiduo firmo manente: vnde quod dicitur in d. c. illis verbis:

„ *Si quis per induſtriam occiderit*
„ *Proximum ſuum, & per inſidias.*

idem eſſe videtur, quaſi dicere vellet Legiſlator, quod occidens per inſidioſam induſtriam Proditor dici debeat: & ita poſt hæc ſcripta reperi apud Illuſtriſſ. Tuſcum *in ſuis Pract. Concluſ. to.* 3. *lit. E. concl.* 11. *num.* 46. & clarius loquitur Dominus Villagut *in dd. ſuis Conſult. deciſiuis,* 32. *num.* 10. qui voluit per hanc Conſtitutionem excludi omnes Volſitarios Homicidas, dum his verbis inquit:

„ *Nec*

„ *Necnon & Conſtitutione Gregorij*
„ *Quartidecimi excludentis Omnes Voluntarios Homicidas in*
„ *ſuâ ſpeciali Conſtitutione ſub*
„ *tit. de Immunitate Eccleſiæ, in*
„ *anno 1591. incip. Cum alias non-*
„ *nulli.*

Quamuis alibi aliter dixerit, *vt patet in d. Tract. de Extenſ. Legum. ſub illo pracit. tit. de Extenſ. Immuni. Eccl. d. num. 53. preallegato, in verſic. His ergo præmiſſis: vſque ad num. 54. & in num. preced. 16.* Sed dum *in d. verſic. His ergo.* allegat Nauar. Clar. Boer. Guid. Papæ, & alios, pro prima opinione videtur eſſe, cum prædicti (vti diximus) manifeſte de homicidio voluntarie tantum commiſſo (vt ſuis eſt videre locis) loquantur. Vnde illud, quod quidam ſunt opinati, dicentes præd. cap. 1. verba econuerſo ſumenda eſſe, videlicet, quod tunc procedat eius diſpoſitio, quãdo quis proditorie illo modo, quem refert Bart. *lo. cit.* aliquem occiderit, (quod fortaſſis, vti etiam dixi, confirmare videtur Fel. *eo. lo.* quem aliqui, quibus ego me ſubſcribo, ita intelligũt) omnino reijciendum eſt: Nam cum d. Textus ſit deſumptus ex lib. Exodi, *cap. 21.* iuxta eiuſdem ſententiam in loco vnde ſumitur, intelligi debet; ſed ibi procul dubio pro homicidio voluntarie tantum commiſſo tractatur, vt patet in præcedentibus verbis dicti textus Exodi, & in eis quæ infra *poſt num. 22.* tradentur; Ergo eodem modo intelligi debet.

His ergo ſatisfactum videtur illi prędictæ Deciſioni Domini de Franchis, 713. quoad illud, quod noſtris Scriptis poterat opponi, de qua ſupra *ad fi. num. 3.* dictum eſt.

Sed contra eandemmet Deciſionem in cauſa appellationis ex aduerſo reſponderi poterat, quod non debebat ſuſpendi, nec reuocari executio ſententiæ latæ in prima inſtantia, ſiue in primo iudicio, cũ verba illius Indulti in terminis eiuſdem Deciſionis, vel ſententiæ debuiſſent intelligi,
15 diuerſis rationibus. Nam quoties † de Legiſlatoris intentione conſtat, ea vtique ſeruari debet, etiam omiſſis verbis; *l. Contra legem. cum l. ſeq. ff. de LL. l. Non dubium. C. d. tit.* accedat tex. *in c. Certum eſt. de Regulis Iuris. lib. 6. & ibi communiter DD.* Sed patet, quod ea fuerit Legiſlatoris mẽs iuxta primam ſententiam, eo quod in eodem Hiſpaniæ Regno ita ſeruatur, vt ſupradictum eſt, *in nu. 4.* per eiuſdem leges expreſſas. Ergo prima ſententia retractari nõ debuiſſet. Et pro hoc exſtat illa optima Dyni diſtinctio, *in Regula vlt. num. 12. d. tit. de Regulis Iu. in lib. 6.* quam magiſtralem appellat, dicens, quod ſi appareat aliã fuiſſe mentem, eſtq; in ſcriptis redacta, tunc licet offendere verba, ſententia ſeruata: Si vero non appareat, tunc non licet: & hanc diſtinctionem omnes vnanimiter ſequuntur, prout apparet apud Francum *in d. c. ſeu Regula vlt.* & apud Additionem ad eundem Dyn. *in ind. vlt. eiuſdem c.* quæ inter alios eundem Francum allegat. Imo nedum lege patente in d. Hiſpaniæ Regno prædicta ſententia confirmanda erat, verum etiam ſi nulla ſpecialis lex ibi fuiſſet, quæ de ſimilibus homicidijs proditorie commiſſis loqueretur; tum ex ſupradictis, tum etiam ex infra proxime dicendis.

Verum & adhuc aliquis dicere poſſet; Principem per illud ſpeciale priuilegium, aut indultum derogare voluiſſe legibus cõmunibus ſuis Re-
16 gni, cum Principum † beneficia quam pleniſſime ſint interpretanda, *c. Olim. & c. Abbate. inf. de Verb. ſignif. c. Cum dilecti. in fi. inf. de Donatis. & l. Beneficium. ff. de Conſtit. Principum.*

pum. l. Si quando. C. de Bonis vacantibus. lib. 10. accedat Benedictus de Capra in ſuis Communn. oppinn. ordine alphab. collectis, lit. B. 19. & lit. P. 30. Grammat. Deciſ. 59. num. 46. quos refert Nicolaus Vigellius in ſua Methodo Iuris Contr. lib. 1. cap. 1. quæſt. 1. reg.

17 *23.* Et præſertim, quia verba † generalia, quæ Princeps in ſuis ponit priuilegijs, non debent tenaciter & ſtricte interpretari, concurrente maxime, quia Principis liberalitas fræno non ſubeſt, nec coerceri debet, *Grammat. num. 48. & 49. d. Deciſ. per tex. in l. penult. C. de Donatt. inter uir. & vxo. & per alia Iura ab eo allegata.* Sed Reſp. cum Nicolao Vigellio *in*

18 *d. Reg. 23. except. 1.* quod hæc † non procedunt, quãdo aduerſus Ius (prout in caſu prædi. Deciſ. de Franch.) fuerint conceſſa, *ex Capra in dd. Cõm. opinn. lit. B. 21. & P. 35. in princ. & ex Eraſmo Muſculo comm. opinn. lit. D. 2. Adde quoque Dynum in Reg. Quæ a Iure communi. num. 3. de tit. de Regulis Iuris. lib. 6.* Neque in iniuriam tertij debent interpretari, niſi in conceſſione contrarium exprimatur, *plene Dynus lo. cit. & ibi optima Additio.* Quapropter regula procedit quoad latam interpretationem aduerſus ipſummet concedentem, *Gram. d. num. 46. per text. in l. Nec auus. & ibi Bal. C. de Emancip. liberorum. & per notata in l. Cum filius. ff. de Milit. teſt. Innoc. in d. c. Cum dilecti. inf. de Donatt. & in d. c. Cum olim. inf. de Verborum ſign. Iaſ. in d. l. Beneficium. ff. de Conſtit. Principum. Bal. in cap. 1. §. fi. Quid ſit inueſt. & tãdem per Bart. in l. Gallus. §. ex quid ſi tantum. ff. de Liberis, & poſth. in quibus terminis loquitur d. l. Si quando. C. de Bonis vacantibus. lib. 10.*

Secundo poterat, vel opponi poteſt d. Deciſioni de Franchis, quod etiam ſupra dictum eſt *in num. 9. & ſeq.* hoc eſt, quod ſimiles homicidæ ipſomet Diuino, naturalique Iure dictãtibus occidi debent. Vnde non eſt cenſendum, quod Princeps prædictis Iuribus voluerit derogare, cum non poſſit generaliter, niſi magna ex cauſa diſpẽſare cum dictis homicidis: quæ vtique diſpenſatio nõ eſt proprie derogatio, ſed potius dicitur quædam interpretatio: eõ quod Ius Diuinum, vel naturale tolli, vel mutari nequeat, prout etiam ſupra diximus *in Initio Cap. II. num. 2. & 66.*

Nec ad rem facit illa obiectio: In odioſis † facienda eſt ſtricta interpretatio, & benignior pars amplectenda: quia huiuſmodi regula, ſeu vulgatiſſimum axioma intelligitur, ac procedit, quando nulla lex certa reperitur, quæ talem decideret caſum: tunc enim interpretatione legum pœnæ non ſunt exaſperandæ, ſed potius molliendæ, *iuxta text. in l. Præſes. & in l. Interpretatione. ff. de Pœnis. & in vulgata illa Regula in lib. 6. Odia reſtringi, &c. Item in l. In pœnalibus. ff. d. tit. de Regulis Iuris.* Sed quando conſtat ex lege, tunc ſecus eſt dicendum: quod forte patet per ſuperius relata in prima reſponſione ad d. Deciſ. Specifice tamen allegari poteſt Textus in l. Benignius. *ff. de Legibus.* cuius verba ſunt:

„ *Benignius leges interpretandæ*
„ *ſunt, quo voluntas earum ſerue-*
„ *tur.*

Cui ſuffragatur ali⁹ Textus in l. ſeq. *incip. In ambigua.* ibi,

„ *Præſertim cum etiam voluntas*
„ *legis ex hoc colligi poſſit.*

Vnde non abs re hic illud Proculi (*quod legitur in l. Sed licet. ff. de Off. præſidis.*) adaptari poterit, dum inquit:

„ *Non eſt ſpectandum quid Romæ*
„ *factum eſt, ſed quid fieri debeat.*

Itaque concludendum, quod cum

illa indulgentia fuerit conceſſa a Catholica regia Maieſtate noſtri Regis Philippi III. qui in eodem Hiſpaniarum Regno manſionem habet, non ſolum ibi, (vbi lex exſtat ſpecifice de ſimilibus homicidijs tractans, quæ proditoria appellat) illud ſeruari debebat, quod in primo iudicio fuerat pronuntiatum, vt ex præd. Deciſ. dictum eſt, ſed etiam vbique terrarum ſuæ ditioni ſubiectarum. Quibus patefactis, reaſſumo rem noſtram, & deuenio ad ſecundam partem præſentis Quæſtionis, ſeu §. quæ eſt ſuper illis verbis, Proximum ſuum.

Secundo principaliter videndum eſt, quid ſibi velint illa verba, PRO-
30 XIMVM † SVVM? (Ita legendum eſt in illis verbis relatis ſup. in princ. præſentis §. quemadmodum dicitur in noſtra Conſtit. nam ibi Typographi incuria, expurgatoriſue inaduertentia omiſſum eſt illud pronomen, Suum, licet ſtatim in diuiſione literæ fuerit appoſitum, vt ibidem legitur.) Et omiſſis alijs expoſitionibus, (de quibus plures videri poterunt apud Tiraq. *in lib. 2. Retr. §. 1. Gl. 9. nu. 15. & aliqq. ſeqq. & alibi etiam in Repert. d. tract. de Retractu.*) illud tantum adducā, quod huc ſpectat. Quapropter quoad hanc Rem videretur dicendum, quod Proximi appellatione ille tantum continetur, qui noſtram profitetur fidem: cæteri vero excludantur, per id quod tradit Lyranus *in loco, vnde ſumitur d. c. 1. inf. de Homic. hoc eſt, in lib. Exod. cap. 21.* poſt Rab. Sa. relatus a Io. Brunello *in d. Repet. c. 1. de Homic. par. 3. num. 2.* dum ait, quod ſi Iudæus occidiſſet Gētilem, non procedebat d. legis diſpoſitio, quæ etiam de Proximo loquitur, (*cuius verba ſup. retulimus in num. 14. poſt verſic. Concludendum igitur.*) cui ſuffragari videtur illud Exodi, *cap. 2. num. 13.* vbi dicitur:

,, *Egreſſus die altero,* hoc eſt, Mo-
,, yſes, *conſpexit duos Hebræos ri-*
,, *xantes: dixitque ei, qui faciebat*
,, *iniuriam: Quare percutis Proxi-*
,, *mum tuum?*

Sed huic, (cui tamen ſtatim inferius reſpondebitur) & alijs non obſtantibus contrarium dicendum eſt. Hic enim appellatione Proximi comprehēduntur omnes homines cuiuſcunque fuerint conditionis, vel cultus, ſeu religionis: Et illud pronomen, SVVM, nil aliud ſignificat, niſi illā charitatem & dilectionem, qua alter alteri ſubuenire tenetur, iuxta id, qđ habetur in illo Canone, Charitas, *allegato ſup. Cap. III. §. 3. num. 7.* idque etiam tradit Abb. *in c. Nouit. num. 3. ſup. de Iudicijs.* per eundem text. ac eius Gloſ. Sunt autem hæc illius verba:

,, *Proximos autem tunc diligimus*
,, *ſicut nos, ſi non propter aliquas v-*
,, *tilitates noſtras; non propter ſpe-*
,, *rata beneficia, vel accepta; non*
,, *propter affinitates, vel cōſangui-*
,, *nitates, ſed propter hoc tantum,*
,, *quod ſunt natura noſtra partici-*
,, *pes diligamus.*

Itemq; ſequitur d. Canon:

,, *Non illi tantum Proximi noſtri*
,, *credendi ſunt, quos nobis gradus*
,, *ſanguinis iungit: ſed Proximi no-*
,, *ſtri credendi ſunt omnes homines*
,, *natura noſtra, ſicut dixi, parti-*
,, *cipes.*

Huic Canoni ſuffragari videtur, qđ tradit Eccleſiaſticus; *cap. 28. in princ.* dum ait:

,, *Relinque Proximo tuo nocenti te:*
,, *& tunc deprecanti tibi peccata*
,, *ſoluentur. Homo homini reſeruat*
,, *iram: & a Deo quærit medelam?*
,, *In hominem ſimilem ſibi nō habet*
,, *miſericordiam: & de peccatis ſuis*
,, *deprecatur?*

Et rurſus idem annuere videtur *ſup. cap.*

cap.13.num.19. illis verbis:

» *Omne animal diligit ſimile ſibi:*
» *ſic omnis homo Proximum ſibi.*

Itaque miror de Decio, qui *in l. Si bonorum in princ. C. Qui admitti ad bonorum poſſeſſ.* tenet per illum præd. Canonem, Charitas, quod largo modo Proximi appellatione venit quilibet Chriſtianus, non aduertẽs, quod d.tex. loquitur etiam de quolibet homine: vnde merito reijci debet.

22 Hinc etiam reijciẽdus † eſt Dñs Ambroſinus, *d.cap.7.num.12.verſic. Ex hac vltima.* qui voluit, quod ſi quis proditorie occiderit Infidelem, non debet hac Immunitate priuari: quia forte (ſalua pace tanti viri) non aduertit in hoc prædicto verbo; Proximum. Vnde illatio, quam *lo. cit.* ponit ab Aſſaſſinis ad Infidelium occiſores, nullius eſt momenti, prout infra, §. *ſeq. num.* 135. eandem confutamus. Sed in hoc, quod dicit de Aſſaſſinio, dum alterum altero grauius reddit, parcat mihi quæſo reuerentia ſua: quia homicidium proditorie commiſſum eo modo, quem ipſe tradit, grauius procul dubio videtur Aſſaſſinio: illa enim proditionis ſpecies eſt grauiſſima, imo inter omnes homicidij maxima: hæc autem, quæ ad Aſſaſſinium pertinet, videtur media. Quapropter homicidium commiſſum per inſidioſam induſtriã ab eo, qui fuerit occiſi inimicus, minimum notum videtur: conſiderantur enim in huiuſmodi homicidijs plures & diuerſæ qualitates: minima videtur hæc proxima: media vero, quando aliquis ab alio ſuſcipit mandatum de occidendo; quæ poteſt eſſe, vel conſiderari dupliciter, hoc eſt, vel ſimpliciter, vt amico mãdanti complaceat, vel media pecunia, quemadmodum hodie improprie Aſſaſſinium deſumptum eſt, de quo plene in §. ſeq. Deo duce dicemus: maxima erit illa qualitas, quando amicus amicum amicitiæ prætextu interficiet: (quod vtinam non regnaret) a quo neminem diſſenſurum, dubito: & in his terminis loqui videtur Fel. *in d. cap. 1. de Homic. prope fi. in verſic. Nec mirum.* in illis verbis, quæ ſup. *num.9. verſic. At dicet quis.* tradita ſunt. Concludendum ergo eſt, quod ſiue Fidelis, ſiue Infidelis modo prędicto occidatur, non debet occiſor hac Immunitate frui, cum ſatis aperte probatum ſit, neminem excludi ſub hoc nomine Proximi: quia illud Proximi dilectionis præceptum de quolibet homine intelligitur, *vt patet in d. c. Charitas. & plenius percipi poterit ex eis, qua diximus ſup. Cap. III. §. 3. toto.* Sed quis fortaſſis de hoc dubitabit, cum tota Lex Diuina in illis prioribus Decalogi pręceptis pendeat? hoc eſt, in dilectione Dei, & Proximi, iuxta illud Domini noſtri Seruatoris, dum interrogabatur a quodam legis Doctore, qui reſpondens ait:

» *Diliges Dominum Deum tuum*
» *ex toto corde tuo, & in tota ani-*
» *ma tua, & in tota mente tua. Hoc*
» *eſt maximum, & primum man-*
» *datum. Secundum autem ſimile*
» *eſt huic: Diliges Proximum tuũ,*
» *ſicut teipſum. In his duobus mã-*
» *datis vniuerſa Lex pendet, &*
» *Propheta.*

Matth. cap. 22. poſt nu. 34. Mar. cap. 12. poſt num. 28. Lu. cap. 10. poſt num. 25. Quapropter ſi vniuerſa Lex pendet in his duobus præceptis, conſequens eſt, quod violans cætera præcepta Decalogi, contra huiuſmodi duo facere dicetur. Vnde dum in Decalogo dicitur: Non adulterabis, Nõ occides, Non furaberis, &c. cũ iſthæc intelligantur pro omnibus hominibus; quia nemo negabit eſſe peccatum occidere Infidelem, vel cum eius vxore coire; illud enim homicidium,

hæc traduntur verba.
» *Qui percuſſerit hominem, volens*
» *occidere, morte moriatur.*
Vnde dixit Farin. & alij ab eo relati,
quod ſufficit voluntas occidẽdi præ-
ceſſiſſe, quamuis effectus non fuerit
ſequutus: Quod etiam doctiſſimus
ille Philo Iudæus, *To. 1. tit. de Confu-*
ſione linguarum. longe poſt med. in ver-
ſic. Si quis, inquit, conatus. & in præcit.
To. 2. tit. de Specialibus legibus, quæ
referuntur ad duo Decalogi capita, & e.
fere prope med. in verſic. Si quis gladio
petit. fol. mihi 1068. in fi. auſus eſt af-
24 firmare: Sed hoc † communiter repro-
batur, vti Baiar. ait *in Clar. d. quæſt.*
30. num. 17. ex Deciano, & Rebuf.
qui optima ratione, & meritiſſime
contrarium illius Farin. tenuerunt,
eiuſdem legis veteris auctoritate: Et
ego priuſquam illos aſpexiſſem, ea-
dem ratione idem ſcripſeram. Nam
in lib. Deutoron. *d. cap. 19.* dum tra-
ctatur de eo, qui per induſtriam ali-
quem occiderit, ſicuti dicitur in illo
cap. 21. Exodi, liquido probatur eius
contrarium *in num. 11.* his ſeqq. ver-
bis:
» *Si quis autem odio habens proxi-*
» *mum ſuum, inſidiatus fuerit vi-*
» *tæ eius, ſurgenſque percuſſerit il-*
» *lum, & MORTVVS FVERIT,*
» *&c.*
Quæ verba non ſolum vulnera, ſed
& vt mors ſequatur, requirunt.
Nec illa prædicta Exodi verba ſup.
proxime relata obſtabunt, quia ſim-
pliciter Moyſi a Deo fuerunt dicta:
ſed vt illam ipſe accepit legem, ean-
dem declarauit, dediteque populo He-
bræorum: idcirco præd. liber dici-
tur, Deutoronomium, quaſi Secun-
da Lex: nam Græce, [illegible], Secun-
dus, latine ſonat, inde dictũ eſt Deu-
toronomium, quod propriè legis expla-
natio dicitur: & hoc patet expreſſe
in princ. eiuſdem libri, *num. 5.* ibi:
» *Cœpitque Moyſes explanare le-*
» *gem, & dicere, &c.*
Sed noſtra ſententia probatur etiam
in præced. lib. qui inſcribitur Nume-
ri, vbi, *in d. cap. 35. à nobis ſupra Cap.*
III. allegato, hoc habetur:
» *Si per odium quis impulerit, vel*
» *iecerit quippiam in eum per inſi-*
» *dias; aut cum eſſet inimicus ma-*
» *nu percuſſerit, & ille MORTV-*
» *VS FVERIT, &c.*
Vnde cum hæc verba ſint clara, quid
adhuc egemus teſtibus? mihi tamen
multum diſplicet de tanto viro, que-
madmodum fuit Philo, quod in hoc
lapſus eſt. Sed quid dicendum de
Domino Farin. qui alibi præd. text.
intelligit pro eo, qui percuſſus mor-
tuus fuerit, *vt videre eſt ſup. poſt nu.*
9. vbi locus, in qua illud affert, tradi-
tur. Sed ad huc non poſſum, de Do-
mino Farin. non admirer, viro tantæ
doctrinæ, qui, omiſſa deciſ. præd. c.
1. de Homic. & aliter reſpondens *in*
præcit. ſuo Conſil. 76. allegato ab. Am-
broſino, nõ veritus eſt eiuſdem textus,
(ex quo deſumptum eſt præd. cap. 1.
de Homic.) in præſenti caſu vti ver-
bis, cum nõ debuiſſet illum tex. alle-
gare: eo quod, ſi deciſio illius eua-
nuit, euaneſcere quoque debent om-
nia, quæ ex eo emanant. Nos autem,
quia illo vtimur, nolumus ab eius di-
ſpoſitione recedere, ſed iuxta illiuſ-
met deciſionem, vt melius poſtea de-
clarauit, expoſuitq; Moyſes, tibi Le-
ctori tradidimus. Vide tamen eun-
dem Pla. *d. cap. 21.* qui *poſt num. 6. in*
verſic. Rurſus regis conſtitutionem la-
te hanc rem tractat, dicẽs, quod quo-
25 ties † lex loquitur de occiſo, minime
de vulnerato debet intelligi: quia
quæ de occiſo loquuntur, actum exi-
gunt perfectum, *ex l. 1. §. hæc autem*
verba. ff. Quod quiſque iuris. & ex l.
1. ff. de Extraordin. crim. atque ex.
Bald. in l. Damni infecti. §. Sabinus.
ff. de

ff. de Dāno infecto. aitq; , quod ſi Sta-
26 tuto † cauetur, quod quicunque oc-
ciderit morte moriatur, tam etſi quiſ-
piam aliquem vulnerauerit lethali
vulnere, & a vita non diſceſſerit, hu-
ius criminis reus de occiſo minime
tenebitur ex l. 3. §. hæc verba. ff. de
Neg. geſt. & ex l. vnica. §. hoc inter-
dictum. ff. de Fonte. & inibi Bart. &
plerique alij. ita Pla. lo. cit. quibus il-
lud etiam addo, quod dum hæc no-
ſtra Conſtitutio loquitur de homi-
cidio cōmiſſo in Eccleſijs ſeu Cœmi-
terijs, ſe extendit ad mutilationes
membrorum: quare ſi Papa hic aliter
voluiſſet, illud expreſſiſſet, ſicuti ex-
preſſit ibidem, argum. c. 2. poſt med.
ſup. de Tranſlat. Epiſc. ſed quia non
expreſſit; ergo reſtat quod omnino
pro vero homicidio .i. ſecuta morte,
intellexerit: quam ſententiam poſt
infinitum Doctorum numerum do-
ctiſſime, contrarijs reſpondendo, de-
fendit Villagut in d. Trac. de Extenſ.
Legum. ſub hoc eo. tit. noſtro, hoc eſt,
de Extenſ. Immun. Eccleſ. poſt nu. 54.
in aliqq. ſeqq. præſertim in num. 58.
dicens, ita in facti contingentia deci-
ſum fuiſſe. Et hoc annuere videtur
quidam Textus in c. Si quis membro-
rum. cum ſua Gloſ. in verbo, Legali-
ter. 23. quæſt. 8. vbi habetur, quod
27 huiuſmodi vulneratores † teneantur
ad expenſas medicorum, & operas,
quas vulneratus amiſerit, quia inuti-
lis factus eſt: non autem ratione ci-
catricium, vel deformitatis, quia libe-
rũ corpus eſt. ex quo probatur qua-
lis eſſe debeat illa ſatisfactio, quam
requirunt ſacri Canones ab huiuſce-
modi malefactoribus, ſi ſub Eccleſia-
ſticam confugerint Tutelam.

Secus autem dicendum eſt de eo,
28 qui † aliquem vulnerare voluerit, vel
mandauerit, ex quo vulnere mors ſe-
cuta fuerit; nam licet expreſſe inhi-
buerit, ne occidat, ad huc homicidij,
(prout ſuperius diximus) reus erit,
argum. c. Is qui mandat. de Homic. lib.
29 6. Sed quamuis Iacobus † Nouellus
in ſuo tract. ad Defenſam reorum. tit. de
Excuſatt. a reo faciēdis. nu. 17. dicat,
quod mandans vulnerari, ſed non
occidi, non tenetur pœna l. Corne-
liæ de Sicar. ex quo non eſt in dolo,
licet in quali culpa, tradens auctori-
tatem Corn. in conſ. 57. num. 5. vol.
4. cumque tantum pœna vltimi ſup-
plicij obnoxium eſſe velit, qui animū
occidendi habuerit, tradens pro hoc
Gloſ. in l. 1. §. diuus. ff. d. tit. Ad l.
Cornel. de ſic. & Archid. in c. Homi-
cidiorum. cum Gloſ. de Pœnit. diſt. 1. &
Bart. in l. Diuus. num. 3. ff. Ad. l. Corn.
de Sicar. Attamen ſi Nouellus bene
Bartolum inſpexiſſet, puto quod cō-
trarium tenuiſſet. Nam ibi Bart. in
tota lectura, vbi ab eo allegatur, pro
nobis aſſiſtit, & præcipue in num. 7.
alias vlt. dicens aduertendum eſſe,
30 quod ſi † delictum, quod principali-
ter facere propoſuit, tendit ad illum
finem, qui ſecutus eſt, tunc inſpicien-
dus erit euentus, & tradit text. in l. fi.
ff. de Crim. expil. hæred. vbi dicit eſſe
caſum notabilem: & mouetur etiam ex
præd. tex. in cap. Is qui mandat. & ex
text. in l. Quoniam multa. C. Ad l. Iul.
de Vi. Sed præter hoc, clarius loqui-
tur in princ. præd. lecturæ, in verſic.
Tertio. vbi facit quandam notabilem
diſtinctionem, quam ibi videas, &
per omnes numm. ſeqq. Quod au-
31 tem tradit Nouellus, dum ait, in † de-
lictis requiri dolum, vt locum habeat
ordinaria pœna, non negamus: ſed in
hoc caſu ſufficit dolus ad inferenda
vulnera, & imputet ſibi, ſi ſequatur
mors. Poſſet tamen illud obtineri in
32 animæ iudicio: vt quoad Deum † nō
reperiatur homicidij reus: quia ſcru-
tator eſt cordium Deus: & de hoc in
ſpecie tractat ibi Bart. in præcit. num.
3. d. l. Diuus. quem allegat Nouel-
lus.

33 lus, vbi dicit, quod in † ſpiritualibus
animus & cogitatio magis inſpici-
tur; ſed in pœna temporali inſpici-
tur euentus. Hoc igitur dictum Bart.
quis non videt contra Nouellum eſ-
ſe? Vnde & illud Archid. *in d. cap.*
Homicidiorum, allegatū ab eod. No-
uello, debet intelligi penitus ſecundū
hanc Bartoli ſententiam ſup. proxi-
me relatam: quia ille tex. in quo illud
Archid. refert, loquitur de pœnis ſpi-
ritualibus; Sed in iſto caſu firmiſſime
tenendum eſt cōtra Nouellum, cum
eius opinio opponatur *prædicta* l.
Quoniam. C. *Ad l. Iul. de vi publ.*
quam allegat ibi Bart. ac pro nobis eun-
dem Bart. allegat Couar. infra proxime
citandus. Sed in † eundem errorem
34 lapſus eſt Plaça *in d. Epit. delict. cap.*
15. num. 1. poſt med. qui dum de hac
eadem re pertractat, applicat ſibi quę
dixerat Couar. *in Clementina, Si fu-*
rioſus. de Homicidio. par. 2. §. 1. (licet
copioſius Doctorū opinionibus ful-
ciatur) de illo vero nullam faciens
mentionem; ſed nil mirum, quia ſuus
hic mos eſt: Nam quæ diximus ſup.
§. *præced.* de membrorum mutilatio-
ne, vbi eiuſdem Couar. meminimus,
illud ipſum, quod Couar. retulit, ſibi
applicuit *in d. Epit. delict. cap.* 25. ean-
demque opinionem Couar. quam
nos cōfutauimus de mammillis mu-
lierum, ipſe (quia contrariam eius
habuit opinionem, ſicuti quoq; ſup.
d. §. *præced.* eundem pro nobis tradi-
dimus) ſimpliciter, nullam adducens
rationem, reiecit, *vt legi poteſt in d.*
cap. 25. *nu.* 11. Atque etiam quæ ſup.
hoc eodem §. diximus de eo, qui per
inſidioſam induſtriam aliquem oc-
ciderit, vt Proditorius homicida dici
debeat, ipſe iiſdem verbis eadem re-
fert, quæ & Couar. & alibi ſæpe ſæ-
pius hoc idem ab eo factitatum vide-
tur. At in hoc poſtremo non eſt acri-
ter increpandus, quia ſaltem eiuſdem
meminit Couar. prædictis autem in
locis ſup. citatis nullā fecit eius men-
tionem. Vnde ex hoc eum, alioſq;
maxima dignos reprehenſione cen-
ſerem. Quin etiam vereor, an ignei
coloris, dum illa ſcribunt, facies eorū
reſplendeat? Qua de cauſa Ioachy-
mus Mynſingerus *in Epiſt. dedicato-*
ria, quam compoſuit in ſuis ſex libris
Obſeruationum. in verſic. Cum autem
non multo poſt. aduerſus hos multum
exclamat, vti etiam ſup. diximus *in*
Præfatione ad Lectorem. Sed redea-
35 mus ad Couar. † qui *in d.* §. 1. *part.*
2. *d. Clement. Si furioſus. a princ. vſ-*
que ad num. 4. exactiſſime de hac per-
tractat re: & cum eodem diſtingua-
mus iuxta modum percutiendi, pu-
ta: Si mandauerit quis percuti bacu-
lo nodoſo, vel enſe vulnerari, aut alijs
armis, quibus faciliter mors ſequi
poſſet; eo in caſu de homicidio pœna
ordinaria tenetur vterque, mandans
ſ. & percuſſor: in quo caſu Immuni-
tate noſtra cenſerem eos priuandos,
ſecundum ea, quæ propoſuimus: &
de hac diſtinctione melius legi pote-
rit idem Couar. & Pla. *locis citt.* &
idē Pla. cap. 10. *num.* 7. *cū aliqq. ſeqq.*

Diximus ſup. quod qui veneno a-
lios occidunt, Prodirorij dicuntur
homicidæ: inter quos computabis
36 eos, qui † malo medicamine fœtus a-
nimati fecerint abortum: & hi nedū
pœnæ a legibus inflictæ ſunt obno-
37 xij, ſed in † excōmunicationem quo-
38 que incidunt: & ſi perſonæ † fuerint
Eccleſiaſticæ, deponi, ac degradari
debent, curięque tradi ſeculari, laico-
rumue inſtar puniri, per quandam
39 Extrauagantē † Conſtit. recol. mem.
Sixti V. *incip. Effrenatam. editam An-*
no Dominicæ ſalutis 1588. *die* 16. *No-*
uemb. quæ licet de eis loquatur, qui
ſterilitatis quoque venena, vel alia
medicamina biberint, vel propina-
uerint: aut etiam fœtus inanimati
fece-

fecerint abortum; fuit nihilominus præd. Conſtit. quoad hoc ab eodem Gregorio noſtræ præſentis Conſtit. auctore ad Iuris communis terminos redacta, vt videri poteſt apud Quarantam *in d. Sum. Bull. verbo, Abortus*. & ibi eius additionator Proſperus de Auguſt. qui ſatis docte re-
40 fert, quando † fœtus ſit animatus, & quando non. Addit etiam ibi quaſdam quæſtiunculas; an. ſ. dictæ pœnæ locum habeant in eo, qui procurauerit abortum fœtus animati ad præſeruandam ipſam prægnantem, quam medici non poſſe mortem aliter euadere, dixerint niſi exiſtens in vtero occidatur? & ſe remittit ad Sylu. *verbo, Medicus*. §. 4. & Burg. *in tratt. de Irreg. par. 6. tit. de Phiſicis, & Chirurgis. fol.* 269. Vide tamen eũdem, qui dat aliquas limitationes.
41 His quoque addendi ſunt qui † verum occultant, dum in teſtimonium adducuntur; quo aliquis ad mortis ſupplicium ſit damnatus: vel dum Iudices iuſtitiam eodem ſubuertunt modo, falſam proferentes ſentẽtiam: Hi etenim Proditores appellantur; vt legitur in quampluribus ſacris Canonibus, *a cap. Non ſolum. cum aliquibus alijs ſubſeqq.* 11. *q.* 3. *vbi multa de his traduntur*; Sed melius hanc rem dicemus inf. *in §. ſequenti*.

Reſtat adhuc, vt videamus, & ali-
42 quid perſcrutemur de eis, Qui † duellum, (vti vulgo dicitur) ineunt: In quo caſu reperi Nauar. *in ſuo Manuali, d. cap. 25. num. 21. in princ. verſic. Sed iuxta leges Luſitaniæ.* tenentem, quod minime admitti debent ad huiuſmodi Beneficium; Sed quia hic caſus videtur forte exterus ab his homicidis Proditorijs; nec Nauarrus aliquam affert rationem, ſed ſimpliciter ſic tenet: ideo videretur dicendum, quod gaudere debent: cuius tamen contrarium puto verius: eſtque huiuſcemodi ratio illa, quam ſupra diximus *in §. præced. num. 20.* vbi dictum eſt, quod dantes cauſam interdicto, eo in caſu gaudere non debent: ſed propter hũc caſum loca, & terræ, ſi permittantur talia, vel de eis iuſtitia non fiat, interdicto ſupponuntur, *vt in quadam Extrauag. Clẽtine. infra proxime citanda patet.* Ergo hác Im-
43 mun. &c. Ac inter † hos Duellantes, ſeu prælium, vel ſingulare certamen ineuntes, non ſolum ipſimet principales, ſed etiam & Mittentes, Scribentes, aut Diuulgantes chartulas prouocationis, aut ſcripta, quæ dicuntur manifeſta, eorumque Fautores, & Complices comprehenduntur, vt late legitur in quadam Extrauag. Conſtitutione felicis recordationis Clementis VIII. poſt omnia Iura de hic agẽtia, edita: cuius tenor, ſi quis forſan illum videre cupit, traditur a d. Stephano Quaranta, *in verbo Duellum*.

S V M M A R I A.

1 *Textus verba Capituli Primi ſub tit. de Homicidio. lib. 6.*

Hodie quomodo capiatur? num. 2. & nu. 128. cum aliqq. ſeqq.

Proprie ſumptum quas pœnas incurrãt in illud incidentes? num. 123.

Eiuſdem extenſio ad eos, quos his temporibus Aſſaſſinos vocãt, num. 134. cum tribus nouum. ſeqq.

Et an ſit verum, quod ad hoc, vt quis in Aſſaſſinium incidat improprie ſumptum, oportet Chriſtianum occidi? num. 135.

Sed quid ſi non fuerit ſecutum homicidium, ſed tantum vulnera? nu. 136. & 137.

Probationes, quæ requiruntur in hoc crimine præſumpto, nu. 138. & 139.

Vere, & proprie ſumptum eius nomen, quatuor ſit adinuentum? num. 140.

Eius

Eius ſummarium iuxta cõmunem ſententiam, num.3.

Sed iuxta proprietatem Textus, vide inf. num.8.

Pœnæ in eo cõtentæ quos nã arctẽt? n.4.

5 *Aſſaſſini vere, & proprie qui?*

Et an impune offendi potuiſſent? num. 25. & 26.

Vnde dicti? num.6. & num.129.

Et an his tẽporibus adinueniãtur? n.7.

Sed qui pro eis intelligantur? nu. 128.

9 *Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ regulariter mortis pœna nõ puniuntur, quãuis grauiter deliquerint, & nu.39. verſ. Sed nec valet. cũ n.41.*

Sed regulariter quomodo puniuntur? num.23.

Caſus, in quibus traduntur brachio ſeculari, num.10.

Pro crimine conſpirationis, ſeu contumeliæ in Epiſcopum quomodo puniendæ? num.11. & 14.

Vt brachio ſeculari tradantur, quæ requiruntur? num.12. & num.76.

Quid in crimine hæreſis ſeruandum? num.13.

An pro crimine falſi ſtatĩ tradi debeãt brachio ſeculari? n.15.16.18. & 24.

Et quid in crimine Sodomiæ? num.17.

Depoſitæ, vel Degradatæ an debeãt curiæ ſeculari mancipari? n.29. ſed de hoc verbo, Degradare, & Deponere, vide inf. in verbo, Degradatio, ſeu, Depoſitio.

Propter homicidium an degradentur? num.31.111. & 124.

Si fuerint fugitiuæ, vt capi nequeant, quid faciendum? num.35.

De crimine Aſſaſſinij imputatæ an poſſint à quouis offẽdi iuxta cõmunẽ interpretationẽ? nu.39. cũ aliqq. ſeqq.

Sed an pro crimine Aſſaſſinij improprie ſũpti, prout his accipitur tẽporibus, degradari debeãt? n.79.84. ĩ fi. & 153.

Huiuſmodi perſonæ ſi fuerint verbaliter degradatæ, an retineant priuilegium Canonis, Si quis ſuadente.17. quæſt.4? num.51.

In ſacris conſtitutæ an abſque actuali degradatione, vel ſolemni puniri poſſint à iudice ſeculari? num.52.

Et an in minoribus tantum conſtitutæ? num.53. Item, ſup. nu.50.

Si fuerĩt adulatores, vel proditores quâ pœna puniri debent? num. 59.

Quid ſi fuerint maledicæ? num.61.

Cum fuerint ſolẽniter depoſitæ, ſeu degradatæ, à quo reſtituẽdæ ſunt? n.63.

Exercentes vſuras quomodo puniendæ? num.64.

Depoſitæ tantum à quibus abſtinere debent? num.65.

In lege veteri, tempore Moyſis quomodo deponebantur? num.74.

Sub cuius imperio eodem tempore dictæ legis veteris militabant? num.70.

Apud quos his temporibus conueniendæ ſunt? num.77. & 154.

Clericus bannitus beneficio priuandus, num.110.

13 *Hæretici an pro prima vice tradi debeãt curiæ ſeculari?*

Illorum bona confiſcanda, num.84.

14 *Incorrigibilitas. vide ſup. in verbo Clerici. num.9.*

16 *Textus in Cap. Ad falſariorum. ſub tit. de Crimine falſi, quãdo locũ habeat?*

18 *Textus in cap. Nouimus. ſub tit. de Verb. ſign. in §. fi. an ſit ſpecialis in eo tantum caſu, de quo loquitur?*

19 *Textus in Cap. Peruenit. de Sent. excom. quando locum habet?*

20 *Excommunicati pro leui manuum iniectione in perſonas Eccleſiaſticas à quo abſoluuntur.*

Et quid cum grauiter deliquerint? nu. 21.

Cui æquiparentur excommunicati? nu. 108.

An ſint in gremio Eccleſiæ? num. 109.

22 *Textus in Canone, Si quis ſuadẽte.17. quæſt.4. declaratur.*

25 *Abbas Panormitanus in cap. At ſi clerici. nu.41. dũ de Aſſaſſinis loquitur,*

dicens eos poſſe impune offendi, confutatur: & per aliquos numm. ſeqq. præſertim in num. 39.

26 *Depoſitionis, verbum in hoc Cap. 1. de Homic. lib. 6. quomodo capiendum? & num. 79. & 81.*
Quandoque ſumi poteſt pro degradatione, num. 32.
Quandoque vero econtra vnum pro altero ſumitur, num. 42. & 55.
Sed ſimpliciter pro qua degradatione ſumitur? num. 33. Item,
Depoſitio quid? num. 45.
Quando, Depoſitionis, verbum ſignificet actualem, ſeu ſolemnem degradationem? num. 56.
Alio modo quomodo dici poteſt? nu. 64.
Tempore legis veteris Depoſitionis effectus, num. 67.
Eiuſque forma num. 74.

27 *Degradationis efficacia.*
Quandoque dicta depoſitio, num. 28.
Simplicis eius mentio a lege facta quomodo capitur? num. 34. & 46. in fi. Item num. 58.
Degradatio & officij priuatio quomodo differant? num. 38.
Verbalis degradationis forma, nu. 40.
Vnde dicta? num. 43. Item,
Propria qua ſit? num. 47.
Eius definitio, num. 46.
Eiuſque forma, num. 48. & 49.

30 *Textus in Cap. 1. ſub tit. Qui clerici, vel vouentes, &c. in verbo, Degradari, quomodo ſumitur?*

36 *Secularis curiæ auxilio implorato, an ob idipſum et curiæ negocium commiſſum cenſeatur?*
Sed quando poterit implorari? nu. ſeq.

37 *Ordinarij locorum quando poterunt auxilium ſecularis curiæ petere?*

44 *Gradus, pro ordinibus Eccleſiaſticis.*

57 *Conſequens qui vult, antecedens neceſſario velle debet, ſine quo illud conſequens haberi nequit.*

60 *Textus in Canone, Clericus, il 2. Diſt. 46. in verbo, Degradari, declaratur, & num. 61.*

62 *Suſpenſio quandoque ſub verbo Degradari continetur.*

68 *Ordines, quos nūc ſeruat, & cōfert Eccleſia, an fuerint tempore legis veteris, & quomodo ad Sacerdotale munus tunc perueniebatur?*
Quis nunc illos inſtituerit? num. 69.

71 *Reges & Imperatores tempore legis veteris poteſtas.*

72 *Samuel loco Heli conſtitutus populum regebat.*

73 *Saul, Dauid, Salomon, Reges atque ſacerdotes.*

75 *Sacramenta noua legis a quo ſint inſtituta? & de eius effectus.*

78 *Ciuile Ius ſacros Canones imitatur.*

80 *Legiſlator oīa Iura ſcire præſumitur.*

82 *Diffidati, qui? & inibi Geminianus cōfutatur per aliqq. numm. ſubſeqq.*
Cui comparandi? num. 100.
An impune poſſint occidi? num. 106.
Quæ ſit eorum pœna in hoc Cap. 1. contenta? num. 113. & 125.
Proprij vocabuli vis qua ſit? num. 117.
Quæ ſit eius generalis pœna? num. 118. & 127.
Quaque illorum, qui capite ſint diffidati? num. 119.

83 *Transfugarum pœna.*
Eiuſque ratio, num. 105.

86 *Canonica lex miſericordiam ſequitur.*

87 *Priuatus an aliquem impune offendere poſſit lege permittente?*

88 *Offēdere aliquē lege pmittēte an liceat?*
Verbum, Offendere, quomodo ſumatur? num. 98.
Qui poteſt impune offendi, an bonis ſpoliari valeat? num. 99.

89 *Adulteri an poſſint impune occidi de Iure communi? vel de iure Regni? & num. 93.*
Cui pœnæ erant obnoxij in lege veteris teſtamenti, num. 91.
Et cui nunc de iure ciuili? num. 92.

90 *Legem pœnalem confringens an peccet?*

94 *Subrogatum cuius ſortiatur naturam?*

95 Pœna

95 *Pœna peccati quando euitatur in caſu homicidij.*

96 *Bãniti an impune occidantur in anima iudicio?*
Sed an de Iure communi poſſint occidi? num.104.
Quibus priuentur? num.107.
Imperij membra deſinunt eſſe, nu.109.
An bonis ſpoliari poſſint? num.112. & 114.

97 *Iudex ſecularis an poſſit aliquem interficere abſque ordine iudiciario?*
Quid ſeruare debet in iudicando? num. 123.145.146. & 148.
Si pecunia corruptus iudicauerit, qua tenetur pœna? num. 143. & aliqq. ſeqq.
Prohibetur omnino contra perſonas Eccleſiaſticas, & præſertim Milites S. Io. Hieroſolymitanos ſe intromittere, num.154.

101 *Adam diffidentiæ filius vna cum omnibus hominibus vocatus: ac etiam Dei inimicus.*

102 *Hoſtium ſpecies quotuplex?*
An impune occidantur? num.103.

115 *Vſurpantes, aut inuadentes bona Eccleſiaſtica qua pœna teneantur de Iure ciuili?*

120 *Capitis pœna qua?*

121 *Læſæ Maieſtatis rei quandoque relegantur.*
Quæ probationes requiruntur in dicto crimine, num.138.
Inter cætera crimina immaniſſimum, num.139.

130 *As quid?*
In quot partes diuiditur? num.131.
Quid veniat eius appellatione? n.132.

133 *Pecuniæ appellatione quid continetur?*
Si ea media aliquis alium occiderit, vide ſup. in verbo, Aſſaſſini; & paſſim per totam Quæſtionem, præſertim in ſubſeqq. numm.

134 *Mandatarij Chriſtiani aliquos occidentes media pecunia an comprehendantur inter eos, quos nunc Aſſaſſinos vocamus?*

140 *Alexander Ambroſinus hic, Cap. 7. nu. 4. confutatur.*

141 *Occidentes media pecunia, & occidi mandantes quibus nominibus vocentur a iure ciuili?*

142 *Innocentius IV. quo tempore floruit.*

144 *Lex Iulia Repetundarum ad quæ pertinet?*

146 *Fides iuſtitiæ fundamentum.*

147 *Defendere alios an ſemper liceat?*

148 *Reipublicæ inſeruientiũ munus, ex Cic. lib.1. Offic.*

149 *Teſtis falſum deponens qua pœna afficiendus?*

150 *Ratio vbi eadem, idem ius.*

154 *Milites Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani in crimine Aſſaſſinij quomodo puniendi?*

155 *Caroli Borrhomæi S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopi Mediolanenſis ſucceſſus.*

ſ. V.

QVINTO in hoc præſenti Capite tractari libet de Aſſaſſinis, quorum mentio habetur in Capitulo primo, ſub tit. de Homicidio, in Sexto lib. Decretalium, vbi caſus in ſuis proprijs terminis eſt. At quoniam hodie Doctores aliter ſumunt, & intelligunt prædicti Cap. verba, ſenſum, & deciſionem; Ideo prius nobis expedit ſcire de eius intentione, ac verborum proprietate: poſtmodum quomodo his noſtris temporibus ſit deſumptum, quidue ſentiant Doctores de huiuſmodi Aſſaſſinis. Vnde, relatis primo loco ipſiuſmet Capituli verba, (quibus facilius hæc noſtra ſcripta poſſint intelligi) conabor illorum ſenſum declarare. Quibus patefactis, breuiter quid, & quomodo nunc practicetur, dicemus. Sunt autẽ ipſius Capit. verba hæc, q̃ ſequuntur.

VERBA TEXTVS CAP. I. SVB TIT. DE HOMICIDIO. Lib. VI.

1 » *PRO † humani redemptione generis, de ſummis cælorum ad ima mundi deſcendēs, & mortem tandem ſubiens temporalem Dei filius Ieſus Chriſtus, ne gregem ſui pretio sāguinis glorioſi redemptū, aſcenſurus poſt reſurrectionem ad patrem, abſque paſtore deſereret, ipſius curam B. Petro Apoſtolo (vt ſua ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorumque mentes ad ſalutis opera ſua accenderet deuotionis ardore) commiſit: Vnde nos eiuſdem Apoſtoli effecti (diſponente Domino, licet immeriti) ſucceſſores, & ipſius Redemptoris locum in terris, quanquam indigne tenentes, circa gregis eiuſdem cuſtodiam ſolicitis excitatis vigilijs, & animarum ſaluti iugis attentione cogitationis intendere ſummouendo noxia, & agendo profutura debemus: vt excuſſo a nobis negligentiæ ſomno, noſtrique cordis oculis diligentia ſedula vigilantibus, animas Deo lucrifacere ſua nobis cooperāte gratia valeamus. Cum igitur illi, qui ſic horrenda inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia mortem ſitiunt aliorum, vt ipſos faciant per Aſſaſſinos occidi, non ſolum corporum, ſed mortem procurent etiam animarum (niſi eos exhuberans gratia diuina præuenerit, vt ſint armis ſpiritualibus præmuniti, ac omnis poteſtas tribuatur a Domino ad iuſtitiam rectumque iudicium exercendum.) Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam nefarias præſumptiones eccleſiaſticæ animaduerſionis mucrone ferire, vt metus pœnæ, meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat: præſertim cum nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem Aſſaſſinorum domino impetrare, ſicque ab eo nō abſque Chriſtianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam ſuam; Sacri approbatione Concilij ſtatuimus, vt Quicūque Princeps, Prælatus, ſeu qualibet alia Eccleſiaſtica, ſecularisue perſona quempiam Chriſtianorū per prædictos Aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, (quanquam mors ex hoc forſitan non ſequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit, excommunicationis & depoſitionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ipſo facto: & illa libere alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur. Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tāquam Chriſtianæ religionis æmulus, a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus. Et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur.*

Hactenus Innocentius IIII. Hic Canon cum ſit parum intellectus a Doctoribus, vt inf. apparebit, ſatis expeditam videtur habere materiā,
2 & hodie † ſumitur improprie pro eis, qui aliquem mandauerint occidi pecunia mediante: Hos dici volunt Aſſaſſinos, vti videre eſt Clar. *in §. eo. hoc eſt, Aſſaſſinium.* & alios Scribentes. Propterea ſecundum hanc communem opinionem hoc dicit.

3 Mandans † aliquem occidi per hominem

minem pecunia conductum, vel oc-
cultans, ſeu defendens, aut conſen-
tiens alicui iſtorum, & ſi mors non
ſequatur, ſi clericus eſt, ideſt, (quod
melius mihi videtur) ſi perſona eſt
Eccleſiaſtica, priuatur officio, ſeu be-
neficio, quæ habuerit, & diffidatus a
toto populo Chriſtiano, impune of-
4 fendi poteſt. Quæ pœna † etiam ad
Epiſcopos extẽditur, vt voluit Clar.
*in d.§.Aſſaſſinium.verſic.Quæro num-
quid.* poſt Gloſ. *in eod.cap.* per illa
verba:

» *Vt quicunque Princeps, Prælа-
» tus, &c.*

Et cum his tranſit Abbas *in cap. At ſi
clerici. num. 41. ſup. de Iudicijs.* Vo-
luiſſem tamen ab eo ſcitari, num ſi a-
liquid horum commiſiſſet, prædictis
aſtringi voluiſſet pœnis? puto qui-
dem, nullum reſpondiſſet verbum.
Hinc fit, vt ego ex ſuiſmet lecturis
per diuerſa loca collexerim prædictã
pœnam adeo diſſonam eſſe, ac diuer-
ſam ab intentione prædicti Innocen-
tij præſentis Canonis auctoris, vt fa-
cillime deſtrui poſſit cõmunis, vulgi
potius, iuxta Caiet. *in Sum. verbo, Aſ-
ſaſſinus.* quam Doctorũ opinio: quia
in eo, in quo quis non recte ambulat,
viam docendo veritatis, potius de-
ſtructor, quam doctor dici debet. Vn
de vt melius præſens negocium in-
telligatur, capio primum verbum il-
5 lud, ASSASSINOS, † qui, ſecun-
dum veram & propriam ſignifica-
tionem, dicuntur eſſe quidam infide-
les, qui ſubſunt, ſed melius ſuberant
principi infideli, a quo ita edocti &
inſtructi erant, vt quos ille occidi iuſ-
ſiſſet, facillime occidebant: ita refert
Couar. *d. cap. 20. num. 9. lib. 2. Varr.
6 reſol.* & alij omnes. Dicti † autem a
gente Aſſaſſinorum, vt docet Duar.
*lib. 2. diſp. anniuer. cap. 12. verſic. de
Aſſaſſinis.* & tradit Clar. *in præd. §.
in princ. ibi, (Et ſcias, &c.* licet ipſe
cum cæteris tranſeat. Dixi melius ſu-
7 berant, quia hodie † tale genus homi
num receſſit ab aula, prout bene re-
fert Nauar. *in d. Manu. cap. 27. num.*
138. & alij; ſed nouiter Menoch. *de
Arbitr. Iud. caſu 360. num. 39.* Quo
verbo declarato, ſciendum eſt, quod
hoc dicit in Summa.

8 Mandans † aliquem Chriſtianorũ
occidi per Aſſaſſinos, aut eos occul-
tans, vel defendens, (licet mors non
ſequatur) quicunq; ſit, ſiue Princeps,
ſiue Prælatus, vel cuiuſuis fori ab om
nibus diffidatus, ſit ipſo facto excom
municatus, & ab officio ſeu beneficio
depoſitus.

Primum igitur ne Iuris terminos
abſcindamus, deuenio ad illa verba,

» *Depoſitionis a dignitate, honore,
» ordine, &c.*

Et inhærẽdo menti, & verbis Couar.
*in num. 10. circa fi. eo. cap. 20. vbi ſe
remittit ad ea, quæ ſupra dixerat in
num. 7.* qui (breuiter ſuam intentio-
9 nem referendo) non † poſſe, inquit,
clericum pro aliquo crimine quan-
tumcunque graui affici morte, niſi
expreſſe Iure caueatur; Sed huiuſ-
10 modi † caſus tres tantum dicuntur
eſſe, *ſecundum Glo. fi. in c. Cum non ab
homine. d. tit. de Iudic. & aliam Glo. in
c. Ad abolendam. §. 1. in verbo, Relin-
quatur. inf. de Hæret. quod ſequitur
Clarus in §. fi. quæſt. 36. verſic. Scias
etiam. & alij, vt melius inf. apparebit.*
Primus eſt, crimen hæreſis, *vt in cap.
Excommunicamus. & in d. §. 1. d. cap.
Ad abolendam. inf. de Hæret. cum alijs
ſimilibus.* Secundus caſus eſt, in cri-
mine falſitatis literarum Apoſtolica-
rum, *vt in cap. Ad falſariorum. eo. tit.
inf. de Falſis.* Tertius demum eſt, cri-
men conſpirationis, ſeu contumeliæ
in Epiſcopum, *per tex. in cap. Si quis
ſacerdotum. 11. q. 1.* quamuis alij plu-
res, vltra hos, adinueniantur caſus in
Iure expreſſi, *vt trademus inf. in Libro*

ſeq.

refert Proſperus de Auguſt. *in Addit. ad Quaran. in d. Summa. Bull. verbo, Sodomia. Limit.* 4. de quo crimine inf. dicemus §. *XIII. nota.* Comprobatur
18 etiam hæc ſententia in cap. † Nouimus. §. *fi. inf. de Verb. ſig.* vbi Papa quendam falſarium in perpetuum carcerem ad agendum pœnitentiam mandauit includi. Sed licet aliqui dixerint illud ſpeciale fuiſſe in eo tātum caſu: hoc tamen omnino reijcimus: nam ſequeretur, quod omnes Canones eſſent ſpeciales in ſuis caſibus: & regulas tantum generales fore ſequendas oporteret: ſed quis non videt huius contrarium verius eſſe, cum pauciſſimi ſint ſacrorum Canonum, qui generaliter loquantur? Nōne Summorum Pontificum reſponſiones exſtāt, quibus interrogationibus ab alijs factis reſponſum eſt? & tamen in ſimilibus caſibus ad eos recurrimus, quemadmodum in ſpecie (quamuis de alijs idem probari poſ-
19 ſit) adduco textum † in cap. Peruenit. *inf. de Sent. excomm.* vbi Clemēs Tertius reſpōdet cuidam Epiſcopo, dicens:

„ *De abſoluendis illis, qui clericis*
„ *non enormem, ſed modicam, & le-*
„ *uem iniuriam irrogarunt, tuæ fra-*
„ *ternitatis arbitrio duximus com-*
„ *mittendum.*

Per quem textum communiter Doctores volunt, ac vnanimiter conſen-
20 tiunt, quod excommunicati † pro leui manuum iniectione in clericos poſſunt abſolui ab Ordinarijs locorum: & ita ab vniuerſali tenetur Eccleſia, de qua re conſule Clar. *in. §. fi. quæſt.* 77. *verſic. Scias tamen.* Decif. Toloſ. 232. alias. 231. *& communiter DD.* ibidem in d. cap. *Peruenit.* & plenius
21 dicemus inf. *in lib. ſeq.* Et nihilominus antea luce † cautum erat in c. Si quis ſuadente. 17. q. 4. quod inijciens manus violentas in clericum, vel monachū, anathematis vinculo ligatus, a nullo Epiſcoporum poterat abſolui, niſi mortis vrgente periculo, ſed ad Sedem Apoſt. accedere debebat pro eius abſolutione expetenda: qui Canon regulariter loquitur, ac generaliter: ſed poſtea per il-
22 lud † aliud præd. cap. Peruenit, fuit interpetratum ſolummodo locum habere in enormi & graui iniuria: cui communi ſententiæ adſtipulatur Romani Pontificis auctoritas, vt legitur in quadam Extrauag. Io. 22. quam ad verbum refert Quarāta *in d. Summa Bull. verbo, Excommunicatio. in Rub. Excommunicatorum abſolutio.* vbi dicitur, quando fiat leuis, vel grauis iniuria: quam Conſtitutionem, Deo propitio, trademus inf. *in præcit. Lib. ſeq.* cum de perſonarum eccleſiaſticarum priuilegio, ob iniurias eis illatas, agemus. Propterea, his adductis, Abbatis ſentētia, quam communem dixit, ſiſtere non poteſt, cum ſatis refragetur §. fin. in præcit. cap. Nouimus. Sed huic ſuffragatur Textus in c. Si Epiſcopus. *Diſt.* 50. vbi dicitur his verbis:

23 „ *Si Epiſcopus, aut præsbiter, aut*
„ *diaconus capitale crimen commi-*
„ *ſerit, AVT CHARTAM FAL-*
„ *SAVERIT, aut falſum teſtimo-*
„ *nium dixerit, ab officij honore de-*
„ *poſitus in monaſterium detruda-*
„ *tur, & ibi quandiu vixerit lai-*
„ *cam tantummodo communionem*
„ *accipiat.*

Et facit alius Textus in c. In memoriam. *Diſt.* 19. quem allegat Gloſ. in præd. c. Si Epiſcopus. *in verbo, Chartam.* & ibi Præpoſitus *in num.* 14. qui allegat Innocētium *in d. c. Nouimus,* ſic tenentem. Nil mirum igitur ſi Papa in d. §. ita reſponderit, quia prædictorum Canonum militabat
24 ſententia. Et licet eiuſdem † cap. Ad falſariorum. ſententia huiuſmodi falſa-

falſarij ſimplicis excommunicatis ſeriebantur mucrone: hodie tamē eius abſolutio Summo reſeruatur Pontifici, ex Bulla, quæ legitur in die Cœnæ Domini, *cap. 6.* vbi quoque excōmunicātur qui falſitatem committūt in literis Vicecancellarij S. R. E. aut eius vicem gerentem: ita legitur in Bulla S. D. N. D. Pauli V. Itaq; quicquid ſit, reſtat firmiſſima ſupradicta regula, videlicet, quod, niſi fuerit incorrigibilis, non poterit clericus ſeculari curiæ tradi: Vnde liquido appa-
25 ret, quod opinio † domini Abb. *in d. cap. At ſi clerici. poſt num.* 41. nulla ratione probari poteſt, dū vult, quod præſens Textus permittat hos Aſſaſſinos poſſe impune offendi, per illa verba, ibi:

„ *Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus tanquam Chriſtianæ religionis æmulus a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus, &c.*

Quæ verba mihi parum eius, & ſequacium opinionibus ſuffragari videntur.

Et primum antequam ad hæc ſupra proxime relata perueniamus verba, videamus aliquid de antecedentibus: & capio verbum illud, DE-
26 POSITIONIS, † quod intelligitur pro ſuſpenſione ordinis, vel beneficij, prout ibi ſonare videntur verba, & multis comprobatum eſt Canonibus, præcipue in Tit. generali, de Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto adminiſtrante. *& inibi cap.* 1. 3. *&* 4. Imo in cap. 2. agitur de degradatione: & tamen non dicitur, quod clericus degradatus ſeculari curiæ mancipari debet: ſed qđ Epiſcopus inuocare debet eius auxilium, ſi opus fuerit: illumue clericum in exilium mittere, qui degradatus, vel ſuſpenſus ab officio pro quibuſdam criminibus, &c. vt in eodē textu continetur. Et nihilominus Degra-
27 datio † maioris eſt efficaciæ, quam Depoſitio, vt legitur in cap. Degradatio. *de Pœnis lib. 6.* vbi agitur de duplici degradatione, verbali, ſcili-
28 cet, & actuali: quæ verbalis † degradatio quandoque dicitur depoſitio, vt in d. cap. Degradatio. *in princ. verſic. Super quo.* hiſce verbis legitur:

„ *Super quo taliter reſpondemus, quod verbalis Degradatio ſeu Depoſitio ab ordinibus vel gradibus eccleſiaſticis, &c.*

Vnde idem Abb. in d. cap. At ſi clerici, debebat verba eiuſdem textus dimetiri: nam ibi *in princ. Verſic. ſi vero.* dicitur:

„ *Si vero coram Epiſcopo de criminibus in iure confeſſi ſunt, ſeu legitima probatione conuicti, dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſuſpendi ſunt a ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuo remouendi.*

Poſtmodum ſequitur infra.

29 „ *Non † debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus (cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione conterere) iudici tradere ſeculari.*

Quo iure cauetur, quod clerici depoſiti, ſeu degradati pro quolibet grauiſſimo crimine non debent curiæ ſeculari macipari, niſi eodem iure præcipiatur. Hinc Abbas hunc præſentem Textum non ita acriter debebat ſumere, cum nō ſolum nullam faciat mentionem degradationis, ſed expreſſe de ſola depoſitione tractet. Imo ipſemet Abb. in cap. 1. Qui clerici, vel voucti. *num.* 1. inquit, quod
30 illud verbum, † Degradari, contentum in eodem textu, melius debet dici, Deponi: & hoc modo illud intellexiſſe Doctores, refert, dicens, quod
31 clericus † propter homicidium non degradatur, ſed deponitur, per ſupradictum

dictum tex. in cap. Cum non ab ho-
mine, *ſup. de Iudic.* & in cap. Clerici
il 2. *ſup. de Vita & hon. cleric. num. 9.*
vbi Gloſ. 1. dicit, quod ſi clerici con-
trafecerint dicto cap. id eſt, ſi exerce-
ant officia ſecularia, debent degrada-
ri, propter quod dicit ibi Abb. quod
non debet ita arctare, ſicut Gloſ. vide-
tur loqui, intelligi, quia eſſet directo
contra mentem cap. ſeq. vnde illud
intelligit, quod debent degradari,
id eſt ſuſpendi, vel etiam deponi, quan-
do eſſent incorrigibiles: ſed debent
primo moneri, vt in d. cap. ſeq. d. tit.
de Vita, & honeſt. cler. At idem met
poſtea alibi *in c. Tua. de Pœnis.* tenet,
32 quod depoſitio † poteſt etiā appellari
degradatio, licet non ſit actualis: vn-
de aliquando ſumitur vnum pro alte-
ro per ſup. dicta: & hoc modo de-
33 poſitio † cum ſumitur pro degrada-
tione, intelligitur pro verbali, non
actuali.
34 Hinc infertur, quod dum † in ali-
quo textu ſit ſimplex mentio degra-
dationis, ſumi debet pro verbali, cū
magis ſit exoſa actualis: & odia re-
ſtringi debent, *vt in reg. Odia. lib. 6.*
& in ſpecie iiſdem verbis idem
dicentem reperi Abbatem *in d. cap.*
At ſi clerici. d. num. 37. verſic. Vnde cū
maleficia ſit odioſa. quæ omnia colli-
guntur ex ſup. dicto textu cap. 2. de
Cler. excom. depo, &c. vbi, quam-
uis ſit expreſſum verbum, Degrada-
tus, non tamen ibi præcipitur, quod
35 clericus fiat de foro ſeculi: ſed ſi † fu-
erit fugitiuus, vt capi nequeat, debet
Epiſcopus curiæ ſecularis brachium
implorare: ac etiam ſi opus fuerit, per
eandem curiam capi facere, vt dice-
mus plenius inf. *in ſeq. Lib. ſup. cit.*
cum de præd. priuilegio eccleſiaſticarū
perſonarum tractabimus; Ampleat. X L.
Limit. 2. Correctio autem ad ipſum-
met ſpectat Epiſcopum, vt in d. cap.
36 2. continetur. Imo in omnibus † iu-
ribus, quib⁹ cauetur poſſe brachium
ſecularis curiæ vocari, non commit-
titur illi eius rei coercitio, ſed tantum
in auxilium petitur, vt ex quamplu-
ribus conſtat Conſtitutionibus, præ-
ſertim in Nouellis (veteribus omiſſis)
pluries hoc legitur, vt in illis, quas re-
fert Laertius *in Bullario; vt eſt illa*
Pauli IV. edita Anno Domini, 1542.
incip. Cupientes Iudæos. §. contempto-
res autem. & alia eiuſdem, incip. Nonit
ille. §. quocirca. Item quædam alia In-
dij III. incip. Romanus Pontifex quaſi
circa med. in verſic. nec non per ſe. edi-
ta anno ſalutifero, 1557. & alia ibi re-
latae, inter quas reponendum eſt ſacro-
ſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 24. Decreto
de Refor. matrim. cap. 8. & alibi. Ac
nedum vbi ius expreſſum extat, ve-
37 rum & quandocunque † opus fuerit,
poterit Epiſcopus, ſeu loci Ordina-
rius eius vti auxilio, *vt habetur ī cap.*
1. ſup. de Off. ord. & ī Extrauag. com.
de Relig. dom. Item in alia Extrauag.
extra corpus Iuris, quæ eſt Innocentij
IX. incip. Tuneqoiſſime, in præcit. Bul-
lario, inter Conſtit. eiuſdem Innoc.
conſtit. 4. plene per Gail. lib. 1. obſer.
115. in princ. cum nouem numm. ſeqq.
Idem de Pace publ. lib. 2. cap. 17. num.
34. & tandem tradit Gloſ. fi. eiuſdem
cap. 2. de Cler. excom. depoſito, &c.

Et idem Abbas *in cap. Inquiſitio-*
nis. poſt num. 6. ſup. de Accuſat. dicit,
38 non † eſſe differentiam realem inter
degradationem, & priuationem offi-
cij, ſeu beneficij: nam perpetuo pri-
uatus beneficio & officio, ſatis dici-
tur degradatus: Vnde ex his colligo,
cum male ſenſiſſe de huiuſmodi ec-
39 cleſiaſticis † perſonis imputatis de
Aſſaſſinio, dicēs, eos a quouis impu-
ne offendi poſſe: quia in hoc præſen-
ti Textu ipſo iure deponuntur cleri-
ci: nec adeſt illa ſolemnitas requiſita
in actuali degradatione, de qua ſta-
tim inferius dicemus. Imo quod plus

 eſt,

cij poſitio; vel dic ſecundum Abb. *in d. cap. At ſi clerici. num. 7.* eſt ab altaris miniſterio perpetua remotio. Sed
46 Degradatio,† ſecundum Gemin. *hoc eo. Cap. noſtro, in §. Sacri. in fi.* eſt ſpoliatio omnium priuilegiorum clericalium, *per præd. cap. Degradatio.* At ſecundum Bertach. *de Epiſc. in 8. parte, lib. 4. in princ.* quem refert Dominus Ambroſinus *in Conſtit. noſtra cap. 17. num. 31.* aliter deſcribitur: quamuis & ipſe ibidem cum illa ſup. dicta Gemin. concorder.

Vnde ex his definitionibus, ſeu deſcriptionibus colligitur, quod proprie in degradatione actuali, quę alio modo dicitur ſolemnis, quando quis morti vel ſeculari Curiæ tradendus eſt, debet omnino ab eccleſiaſtico iudice ordinibus ſpoliari eo modo, qui dicitur in d. cap. Degradatio. *& in d. can. Epiſcopus. 11. quæſt. 3.* Quare ſi non poteſt fieri, vel nec Iura illam fieri oſtendant, tunc non debet tradi curiæ ſeculari. Vnde Canones loquentes de ſimplici degradatione, ſeu depoſitione ſemper intelligendi ſunt pro depoſitione a miniſterio ordinis, vel officij: & hoc modo illa degradatio æquabitur depoſitioni, prout diximus ex d. text. in c. Degradatio. *in princ.* Clar. autē *in §. fi. quæſt.*
47 *74. in princ.* dicit, quod proprie † Degradatio eſt illa actualis: illa vero, quam vocalem appellamus, dicitur depoſitio: vnde dixit *in verſic. Caterū. ſeq.* quod Clerici non ſunt degradandi, niſi propter illa tria prædicta crimina, quorum ſup. mētionem fecimus *in princ. præſentis Quæſt. & ſe refert ad illam præcit. quæſt. 36. quam ibidem nos tetigimus.*
48 Solemnitas † autem, quæ requiritur in actuali degradatione eſt maxima, cuius forma traditur in præd. cap. Degradatio, his verbis:

„ *Actualis, ſiue ſolemnis cæleſtis*
„ *militia militis, ideſt Clerici de-*
„ *gradatio (cum ad eam fuerit pro-*
„ *cedendum) fiet, vt exauctoriza-*
„ *tio eius, qui militia deſeruit arma-*
„ *ta, cui militaria detrahuntur in-*
„ *ſignia, ſicque a militia remotus,*
„ *caſtris rejcitur, priuatus conſor-*
„ *tio, & priuilegio militari.*
49 „ *Clericus† igitur degradādus, ve-*
„ *ſtibus ſacris indutus, in manibus*
„ *habens librum, vas, vel aliud in-*
„ *ſtrumentum, ſeu ornamentum ad*
„ *ordinem ſuum ſpectans, ac ſi de-*
„ *beret in officio ſuo ſolemniter mi-*
„ *niſtrare, ad Epiſcopi præſentiam*
„ *adducatur: cui Epiſcopus publice*
„ *ſingula, ſiue ſint veſtes, calix, li-*
„ *ber, ſeu quæuis alia, quæ illi iuxta*
„ *morem ordinandorum clericorum*
„ *in ſua ordinatione ab Epiſcopo*
„ *fuerint tradita, ſeu collata, ſingu*
„ *lariter auferat, ab illo veſtimen-*
„ *to, ſeu ornamento, quod datū, vel*
„ *traditū fuerat vltimū, inchoan-*
„ *do, & deſcendendo gradatim, de-*
„ *gradationem continuet vſque ad*
„ *primam veſtem, quæ datur in col-*
„ *latione tonſuræ: tuncque radatur*
„ *caput illius, ſeu tondeatur, ne tō-*
„ *ſura, vel clericatus veſtigium re-*
„ *maneat in eodem. Poterit autem*
„ *Epiſcopus in degradatione huiuſ-*
„ *modi vti verbis aliquibus ad ter-*
„ *rorem illic oppoſitis, quæ in colla-*
„ *tione ordinum ſunt prolata, di-*
„ *cendo, &c.*

Sed licet hic textus loqui videatur de eis, qui in ſacris fuerint ordinibus
50 conſtitutis, idem † tamen erit dicendum de alijs in minoribus exiſtentibus, vt tradit Abb. *in cap. Clericus. el 2. num. 2. ſup. de Vita & hon. cler.* Ergo cum hæc degradatio fieri debeat ipſomet clerico præſenti, patet expreſſe, quod hoc Capitulum intelligitur pro mera depoſitione, eo quod ipſo iure priuat eos, qui in illum inci-

51 fuerint, & per conſequẽs ſi quis† manus violentas in eos injiciat, incidet in excommunicationem, per ea, quæ tradit Clarus *in d. quaſt. 77. verſic. Quæro etiam. & d. quaſt. 36. verſic.*
52 *Sciat autem.* dicens, quod clericus† in ſacris conſtitutus non poteſt etiam propter quodcunque enormiſſimum crimen a iudice ſeculari puniri, niſi prius fuerit ab Epiſcopo degradatus, & traditus curiæ ſeculari: quod
53 † etiam pro clericis in minoribus intelligendum eſt, per ea, quæ ſup. proxime diximus, & per relata ab eodẽ Claro *in d. quaſt. 74.* Hanc autem actualem, ſiue ſolemnem Degradationem, Regradationem appellat D. Hieronymus *in Epiſt. ad Pãmachiũ*, quaſi, quod ex altiori gradu, ſuo vitio ad inferiorẽ deuoluatur, *prout refert Lopez. ad Diaz in pract. crim. c. 142. num. 2. & poſt eum Ambroſinus in ſuo tract. hoc eo. tit. cap. 17. num. 36.* Cui non abſimile erit, quod dici ſolet de Bannitis, quando in ciuitatem ob principis ſeu alterius eius vicegerentis indulgentiam reuertũtur. Nã quemadmodum illi ex altiori gradu ad inferiorem, quem naturaliter nacti fuerant, deuoluuntur; ita etiam huiuſmodi Banniti ex infimo gradu vel ſtatu, in quo propter ſua ſcelera repoſiti fuerant, ad priſtinum ſtatum reuerſi, Rebanniti nuncupantur.

Nec obſtat, ſi Clarus alibi *in d. quaſt. 36. verſic. Dixi etiam. & alibi* loquitur de ijs, qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti: Nam fortaſſis *ibi* illorum tantum meminit, quia ab eis aliter non poteſt tolli ſuum priuilegium: ſed illi qui ſunt in minoribus, faciliter poſſunt amittere, *vt patet ex eis, quæ ſup. in Præmio relata ſunt, & melius inf. dicemus in ſeq. Libro, vbi ſuus locus eſt.* Quare dum
54 vult duo † præmittenda eſſe ad hoc, vt quis puniri valeat a ſeculari iudice: vnum eſt, quod prius degradetur: alterum vero, quod tradatur curiæ ſeculari: illud regulariter procedit quoad eos, qui fuerint in ſacris cõſtituti: ſecus autem quoad alios, vt eundẽ Clarum videre eſt, qui ita intelligi debet *in eodem verſic. Sciat autem d. quaſt. 36. ibi, (ſed ſi ſit actualiter degradatus, &c.) & in alio prox. verſic. ſeq. Dixi etiam.* dum epilogat, quæ ſuperius diximus. Dicit tamẽ *in fi.* quod ſi fuerit incorrigibiles, poterunt abſque alia degradatione a iudice ſeculari puniri: quod an verum ſit, inferius melius videbitur, *& in d. Lib. ſeq.*

55 Sed licet aliquando † Depoſitio ſoleat econtra accipi pro ſolemni, ſiue actuali degradatione, vt in Canone, Si quæ cauſæ. 11. *quaſt. 1. §. cum ergo*: ibi:

„ *Niſi prius depoſiti, vel nudati*
„ *fuerint, curiæ non ſunt repræſen-*
„ *tandi.*

& in c. Si quis ſacerdotum. *d. quaſt. 1*: ibi:

„ *Mox Depoſitus curiæ tradatur.*

& alibi forte ſi adinueniatur: Nihi-
56 lominus in toto † Iuris corpore non inueniri cenſeo verbum hoc, Deponere, ſic ſimpliciter, quin aliqua circunſcribatur circunſtantia, vel ſigno demõſtretur, quibus huiuſmodi perſonæ eccleſiaſticę degradari debeant actuali degradatione, & curiæ ſeculari conſignari, vt in ſup. dictis Iuribus apparet expreſſe: quia præcipitur fieri illa traditio. Imo in præcit. Can. Si quis ſacerdotum. in quibuſdam libris aboriginali, & Iuo. abeſt illud verbum, Depoſitus, vt notat ibi dem Gloſſella *in lit. B.* Sed quia verba dirigebantur ad Prælatum, dum dicit, Curiæ tradatur. neceſſe erit qđ
57 præcedat d. degradatio: nam qui † vult conſequens, neceſſario velle videtur antecedens, ſine quo illud con-

ſe-

ſequẽs nequit haberi, *no. Io. Fab. ĩ Inſtit. Quib. ex cau. manumit. non li. in princ. nu. 4. & Ang. Aret. in §. Idẽque Iuris eſt. Inſtit. eo. tit. & hac eſt communis, & naturalis theorica: pro qua exſtat textus notabilis in ca. Praterea. ſup. de Off. & pot. ind. deleg. quem allegat Abb. in cap. Ex parte. poſt num. 3. inf. de Sponſall. vbi alia quoque iura refert: & quadam alia tradit Cumia. ſuper Ritu, cap. 78. Item ſi fuerit. nu. 9.* Et hãc regulam tradere voluit Innocentius *in d. cap. Si qua cauſa.* dum dixit:

„ *Niſi prius nudati fuerint, &c.*

ex quo oſtendit actualem degradationem, vt. ſ. Epiſcopus degradandũ induet veſtimentis: & poſtmodum eum denudet iuxta formam ſup. traditam *per d. c. Degradatio.*

Firma igitur regulam illam ſupra dictam, *in verſic. Hinc infertur. num.*
58 34. quod verbum † Degradare, ſimpliciter prolatum ſumitur pro depoſitione, ſeu verbali degradatione: quia in dubio pro mitiori parte intelligitur, vt diximus *ibidem* per eũdem Abb. *in d. cap. At ſi clerici. num.* 37. Sed præter eum probant expreſſius plura iura, vt eſt tex. in c. Clericus. *il 1. diſt. 46.* vbi dicitur, quod clericus,
59 † qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, degradandus
60 eſt ab officio. Item eſt tex. † in alio c. Clericus, *il 2. d. Diſt.* vbi dicitur, qđ
61 ſi clericus † maledicus non vult poſtulare veniam, degradari debet, nec vnquam ad officium abſque ſatisfactione reuocetur. vbi Præpoſitus Mediol. poſt Glo. *in num. 1.* dicit, quod
62 uerbum † illud, Degradari, ſumitur
63 pro ſuſpendere: nam ſi eſſet † ſolemniter degradatus, ſolus Papa poſſet illum reuocare; hoc eſt, cum illo diſpenſare, *quod not. Gloſ. fin. in fi. in cap. Contumaces. Diſtinct. 50. & alia Gloſ. in cap. Ideo. il primo, in verbo, At reſtitutionibus. ſecunda, quaſt. 6. quas videto.* Facit etiam alius textus in c. Si quis clericorũ. *Diſt.*
64 47. vbi dicitur, quod, Si quis † clericorum detectus fuerit vſuras accipere, placuit degradari, & abſtinere. ex quo Glo. *fin.* dicit, Abſtinere a ſacramentis quouſque pęniteat. & nihilominus in d. textu ſit mentio Degradationis, quam Præpoſ. voluit intelligi pro ſola depoſitione ab officio, *vt tradit in ſecundo not. eiuſdem text.* aitque in fin. d. text. quod iſta abſtinentia intelligitur pro officio, & beneficio eccleſia-
65 ſtico: quia ex quo eſt depoſitus, † debet poſtea abſtinere ab vtroque ſecundum Hug. & Archid. *His quoque adſtipulatur text. in cap. Nullus presbyter. de Conſecr. Diſt. 1. in fine,*
66 *& ibi Gloſ.* Sed & hæc † Depoſitio alio modo dicitur, Cadere a proprio gradu, *vt in d. cap. Coniurationum, & conſpirationum. 11. quaſt. prima, in fin. & in cap. ſeq. circa med. cum duobus cc. ſeqq. & ſi qua alia ſint iura ſimilia.*
67 At ſecus erat in lege † veteris teſtamenti: quia cum aliquis deponebatur, deſinebat eſſe de numero ſacerdotũ, vt legitur Eſd. *2. c. 7. n.* 60. ibi:

„ *Hi quaſierunt ſcripturam ſuam*
„ *in cenſu, & non inuenerunt: &*
„ *eiecti ſunt de Sacerdotio.*

Item 3. Reg. *cap. 2. nu.* 27. ibi:

„ *Eiecit ergo Salomon Abiatar, vt*
„ *non eſſet Sacerdos Domini.*

68 Et illud erat, quia tunc † temporis nõ erant ordines ſacri, prout nunc, ſed per ſtirpes diuiſum erat ſacerdotiũ, & per ſucceſſionem ad illud veniebant, *vt patet in Sacris litteris, & tradit in ſpecie D. Thom. 1. 2. quaſt. 105. art. 1. ad 4.* Sed poſtmodum in lege
69 † noua a Chriſto Domino fuit huiuſmodi ritus ordinũ celebratus, *vt per Magiſtr. ſent. lib. 4. diſt. 24. & per*

Con-

Concil. Trid. Seſſ.7.cap.1. Vnde nil
70 mirum ſi ſacerdotes † ab Imperatori-
bus, vel Regibus ſacerdotio fuerint
71 ſpoliati, cum & ipſimet † Reges, &
Imperatores eſſent Summi Sacer-
dotes, iuxta illud Pſalmi 98.

„ *Moyſes & Aaron ĩ Sacerdotibus*
„ *eius: & Samuel inter eos, qui in-*
„ *uocant nomen eius.*

72 Samuel † enim (omiſſis illis, quæ de
Moyſi dici poſſent, *vt videre eſt in*
Libb. Exodi, Leuitici, Numeri, & Deu-
teronomij) fuit iudex Hebræorum,
atque ſacerdos, vt dictum eſt, quem
conſtituit Deus in locum Heli, *vt le-*
gitur in lib. 1. Reg. cap. 3. eo quod no-
uerat Dominus inique agere filios e-
ius, & non corripuerat eos. Vnde etiã
Heli ante eum iudicabat populum
Iſrael, eratque ſacerdos, *d. lib. 1. Reg.*
Cap. 1. & 2. poſtea ſucceſſit ei Samu-
el, qui etiam populum iudicabat, *d.*
73 *lib. 1. cap. 7. & 8.* Item Saul † fuit Rex,
atque ſacerdos, *vt in cap. 10. & 14. d.*
lib. 1. Reg. his traditur verbis:

„ *AEdificauit autem Saul altare*
„ *Domino, &c.*

Quod etiam traditur de Dauide, qui
regnauit poſt Saulem: & denique de
omnibus, vt de Salomone, iuxta exẽ-
plum ſuperius relatum de Abiatar: &
de alijs. vt in Sacra Pagina legi pote-
rit, & apud Iſid. *lib. 7. Ethymol. c. 12.*
relatum a Gratiano *in c. 1. Diſt. 21. §.*
Pontifex. verſ. Antea autem Pontifices.
Et hoc modo eiecti de ſacerdotio in-
ter cæteros laicos connumerabantur:
74 Neque † aliqua degradationis ſolem-
nitas requirebatur, diuerſis de cauſis:
Primum, quia veteris legis ſacramen
ta nullum imprimebãt characterem,
ſed ſolummodo figurabãt ſacramen-
ta noſtræ nouæ legis. Secundo, quia
non erant huiuſmodi gradus ordinũ
diſtincti, *vt d. lib. 4. Magiſ. ſent. diſt.*
1. & d. Diſt. 24. Vnde Sacramenta
75 † nouæ legis, non veteris, conferunt
gratiam, & omnia a Domino noſtro
Ieſu Chriſto inſtituta fuiſſe dicun-
tur, *Concil. Trid. d. cap. 1. ſeſſ. 7. cum a-*
liqq. cc. ſeqq.

Quapropter nõ abſona illa iuris re-
gula eſt, qua cauetur, quod clerici,
76 † vel aliæ perſonæ eccleſiaſticæ non
actualiter degradatæ, non poſſunt
curiæ temporali tradi, vt d. c. Si quæ
cauſæ. §. *cum ergo.* in illis verbis.

„ *Cum ergo his omnibus auctorita-*
„ *tibus clerici ante ciuilem iudicem*
„ *denegentur perducendi: cũ (NI-*
„ *SI PRIVS DEPOSITI, VEL*
„ *NVDATI FVERINT) curiæ*
„ *non ſint repræſentãdi; patet, quod*
„ *ad ſecularia iudicia clerici non*
„ *ſunt protrahendi.*

Et pro eadem ſententia facit textus in
c. Clericum nullus. 11. 2. & tex. in c. Si
quis cum. §. non autem. ea. cauſa 11. &
quaeſt. 1. Quod nedum pontificia le-
ge cautum exſtat, ſed & imperiali, vt
77 in Authen. Vt clerici † apud proprios
Epiſcopos prius conueniantur. *in §.*
Illud palam eſt. vbi Iuſtinianus his
verbis inquit.

„ *Illud palam eſt, ſi reum eſſe pu-*
„ *taueris eum, qui conuenitur, pro-*
„ *uinciæ præſes, & pœna iudicaue-*
„ *rit dignum: prius hunc ſpoliari a*
„ *Deo amabili Epiſcopo ſacerdotali*
„ *dignitate, & ita ſub legum fieri*
„ *manu.*

78 Vnde Ius † ciuile ſacros Canones
non dedignatur imitari, *d. Auth. §. Si*
vero. c. Clerici. ſup. de Iudicijs. c. 1. inf.
de Noui ope. nunt. & c. fi. inf. de Secũ-
dis nupt. Quod videtur omnino di-
uerſum ab eo, quod voluerunt Do-
ctores, vt. ſ. huiuſmodi Aſſaſſini, nul-
la præcedenti degradatione, a quouis
inuicti offendi poſſunt. Et Farin. hos
excuſare volens, ait *in Quaeſt. 8. num.*
108. verſic. Amplia. quod ex quo Iu-
dices eccleſiaſtici vt plurimum recu-
ſant clericos degradare, & tradere cu-
riæ

riæ ſeculari, idcirco ſolent ſeculares iudices ipſos punire etiam corporaliter, nulla præcedente degradatione, ſecundum Bart. Anch. & alios, quos accumulat Plaça *Epis. delict. cap. 35. num. 4. verſic. Tertia concluſio.* Igne. *in l. Fideicommiſſum. poſt num. 266. ff. Ad Syllan.* & Clar. *in §. fi. d. quaſt. 36. verſ. Sape numero.* Inquit tamē ipſe Far. quod Iudices male faciũt, clericum abſque degradatione corporaliter, & mortis pœna afficere: Vnde ipſe ſi iudex eſſet, illud non faceret. & licet antea ibidem *in num. 47. & 57.* aliter videatur dicere; nihilominus per hanc poſteriorem ſententiam illud eſt omnino reijciendum. *& forte in prad. num. 57. idem ſentire videtur. ſed in ſeq. num. 74.* Pro communi opinione eundem Couar. allegat, quã expreſſe cõfirmat; Et poſtea *in aliqq. ſubſeqq. numm.* tradit illos tres caſus ſupradictos, pro quibus clericus degradatur, & curiæ ſeculari traditur.

79 Itaque illa ſane verba † præſentis Capituli, nempe,

» *Depoſitionis a dignitate, honore,*
» *ordine, &c.*

Non ſunt accipienda pro actuali, ſeu ſolemni degradatione: quia non ſolum expreſſe, verum etiam nec tacite colligi poteſt hãc fuiſſe Papæ intentionem. Imo ſi hoc voluiſſet, vtique expreſſiſſet. Nã huius præſentis Textus conditor Innocentius IV. extitit Pontifex anno Domini 1242. qui neceſſario fuit poſt Innocẽtium III. illius præcit. cap. Nouimus. *de Verb. ſig.* auctorem: quod patet ex librorum ordine, cum ille ſit in antiquis; hic autem præſens in Sexto Volumine: & quoniam Legiſlator † omnia
80 Iura in ſcrinio pectoris ſui dicitur habere, *tex. eſt in c. 1. de Conſtit. lib. 6. & in l. Omnium. C. de Teſtam. in prin. Bellam. Concluſ. 745. nu. 8. de Probatt.* Idcirco prædicti iuris veteris, ex quo diximus, quod dictæ perſonæ eccleſiaſticæ antequam curiæ aſſignentur, ſeculari, degradandæ ſunt, ſcientiam præſumitur habuiſſe: ex quo apparet,
81 quod huius præſentis † Capituli verba potius ad depoſitionem tendant, (quæ alias verbalis degradatio dicitur) quam ad ſolemnem degradationem; eo quod ipſo iure infligitur: illa autem fieri debet ſupradictis (vt diximus) ſolemnitatibus. Neque hic dicitur, quod vt conſtiterit, clericum ſimile commiſiſſe facinus, cum ſit ipſo iure, ipſoque facto depoſitus, brachio tradi debet ſeculari, ſed ſolummodo de ſimplici depoſitione agitur, vt patet in illis verbis:

» *Et poſtquam probabilibus conſti-*
» *terit argumentis, aliquem ſcelus*
» *tam execrabile commiſiſſe, nulla-*
» *tenus alia excommunicationis,*
» *vel depoſitionis, ſeu diffidationis*
» *aduerſus eum ſententia requira-*
» *tur.*

Sed quod tradit Gemin. *in hoc Textu, in §. Sacri. num. 11.* dicens per illa verba:

» *Diffidatus a toto Chriſtiano po-*
» *pulo.*

82 Quod diffidati † a Papa, vel Imperatore, &c. ſunt extra ipſorum diffidantium beneficium poſiti; quoniam per diffidantes & bannientes publice & notorie bellum eis indicitur, tradens pro hoc quædam Iura, (quæ declarare cum non ſit locus noſter, parum curaui: ea enim ſolummodo trademus, quæ ad hanc pertinent rem, licet non deſint, qui eum ſequantur) nullius, inquam, erit momenti. Nam ſi verum eſt, quod huiuſmodi ſententia nullibi adinueniatur, niſi in *prae. Auth. Gazaros. C. de Haerett.* & in cap. Felicis. *de Pœnis. lib. 6.* patet, quod aliter hæc verba debent intelligi: quia ibi agitur de quibuſdam pœnis, quibus haud ſemper mortis infligitur

gitur flagitium, ſed aliquando, prout ſtatim inf. videbitur. Quapropter perperam illos textus cum hoc conati ſunt concordare: quia ſi bene conſideraſſēt illa iura, puto, mea quidem ſententia, neque hunc Tex. neq; illos eo modo fuiſſent interpretati. Nam ſi huiuſmodi Delinquentes tranſfugis comparare volunt, nulla tergiuerſatione cœlari poteſt, vnum ab
83 altero penitus differre. Transfugæ † enim ipſomet iure, claris, expreſſiſque verbis permittente, vbicūque fuerint inuenti, occidi poſſunt: quod legitur in tex. l. Eiuſdem. § *fi. ff. Ad L. Corn. de Sicar.* cuius verba ad maiorem declarationem, & aliorum confuſionem hic referre volui, quæ ſunt hæc:

„ *Transfugas licet, vbicunque in-*
„ *uenti fuerint, quaſi hoſtes inter-*
„ *ficere.*

Sed text. in d. Auth. Gazaros, non loquitur, nec in eo ſimilia leguntur verba, vt ſcilicet heretici, eorumue receptores, fautores, & ſimiles, de quibus ſup. *in § 1. hoc ea. Cap.* actum eſt; poſſint a quouis impune offendi. Vnde cum differant ſententiæ vtriuſque textus, omnino & pœnæ differre debent: Quare communis hæc opinio falſa omnino demonſtrabitur. Nam ſi verba præd. Auth. legentur, aliter, ac ab illis alienum deciſum & ſtatutum fuiſſe apparebit, quia ibi huiuſmodi traduntur verba:

„ *Gazaros, Patarenos, Leoniſtas,*
„ *Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circum-*
„ *ciſos, & omnes hereticos vtriuſ-*
„ *que ſexus quocunque nomine cen-*
„ *ſeantur, perpetua damnamus in-*
„ *famia, DIFFIDAMVS, atque*
„ *BANNIMVS: cenſentes, vt om-*
84 „ *nia † bona talium cōfiſcentur, nec*
„ *ad eos vlterius reuertantur: ita*
„ *quod filij eorum ad ſucceſſionem*
„ *eorum peruenire non poſſit: cum*
„ *longe grauius ſit ÆTERNAM, quā*
„ *temporalem offendere Maieſta-*
„ *tem.*

Quibus verbis ſatis liquet, illud flagitium longe grauius eſſe hoc Aſſaſſinij crimine: Imo omnia alia præcedere oſtenditur, *tex. in c. Primum. 22. quæſt. 2. tex. in cap. Quid autem. 24. quæſt. 3. tex. in c. Quod in omnibus. 32. quæſt. 7.* & pro hoc, quod dicitur in d. Auth. quod longe grauius ſit æternam, &c. facit tex. in cap. Vergentis, *inf. de Hæret.* vbi illud idem dixit Innocentius III. & nihilominus clericus, vel aliæ perſonæ eccleſiaſticæ relapſæ cum fuerint, ac curiæ tradendæ ſeculari, debēt prius degradari, vt ſup. dictum eſt *in ſ. num. 12.* ergo multo fortius huiuſmodi Aſſaſſi-
85 ni, † qui temporaliter, licet mediatim, æternaliter delinquant, de quo non diſputo: vide tamen D. Thom. 2. 2. *quæſt. 154. art. 3. in corp.* quia ait, quod peccata carnalia minoris ſunt culpæ, quam ſpiritualia: ſed hoc quidem cognoſcitur expreſſe in præceptis Decalogi: Nam Deus ſuper omnia prius nomen ſāctum ſuum venerari iubet: poſtea in quinto præcepto prohibet homicidium, & D. Bernardus, *ſermone 64. ſuper Cant.* multum exclamat aduerſus hæreticos, & ſacri Canones, Scripturaque ſacra vbique, & ſemper deteſtantur. Quare ſuperfluū videtur de hoc amplius diſputare, cū res ipſa per ſe pateat.

Sed præter hæc non poſſum non mirari de tantis viris, qui cum fuerint interpretati Ius Canonicum, idē non ſolum confundunt, ſed etiam inaduertenter eius proijciunt ſententias: Quis enim ignorat inter Chriſti fideles Sanctam Dei Matrem Eccle-
86 ſiam, cuius † leges ipſimet ſunt ſacri Canones, magis ad miſericordiam, quam ad vindictam inclinari? legatur quæſo tota Cauſa 23. præſertim ea, quæ habētur in quinta quæſtione, vbi

vbi inter alia, in c. Reos. hæc legũtur:
„ *Reos ſanguinis defendat Eccle-*
„ *ſia, ne effuſione ſanguinis parti-*
„ *ceps fiat.*
Quod etiam cognoſci poteſt ex hac
Immunitate. Imo omiſſa hac ratio-
ne, ſi procederet Doctorum opinio,
expreſſe retorqueretur cõtra eundem
Textum, quod nõ animaduerterunt.
Nam ſi Papa virtute huius Cap. vult
vnum prohibere malum, non eſt vti-
que credendum aliud peius permit-
tere voluiſſe. Si enim ex illis verbis v-
nicuique poteſtas tribueretur huiuſ-
modi Aſſaſſinos offendendi, eorum-
que defenſores, receptores, & ſimiles,
(quia quod de principalibus, idem
de his ibidem dicitur) Papa peccan-
87 di daret occaſionem: cum non † poſ-
ſit vllus priuatus alios offendere, licet
lex permittat, quin in mortalis pec-
cati reatum incidat: Vnde in foro pę-
nitentiali debet imponi pœnitentia.
88 Et † quando lex permittit aliquem
impune offendi, illud procedit quo-
ad pœnam temporalem, ſicut dixit
Abb. *in cap. Interfeciſti. nu. 2. verſic.*
& aduerte inf. de Homic. Fel. *in cap.*
Quæ in Eccleſiarum. ſup. de Conſtit. à
num. 3. vſque ad 15. & optime Caiet.
in Summa verbo Homicidium per ſe.
Imo idem Fel. *in cap. 1. num. 2. ſup. de*
Præſcriptio. tradit exempla quarun-
dam legum, quæ permittunt quibuſ-
dam perſonis, videlicet patri, † & ma-
89 rito adulteros occidere, *vt ſunt text.*
in l. Patri. tex. in l. Nihil intereſt. tex.
in l. Marito. in l. Quod ait. & alij ſi-
miles. ff. Ad L. Iul. de adult. quæ ta-
men nõ liberant omnino reos a qua-
libet pœna: nam ſi humiliori loco
maritus poſitus eſt, in exilium perpe-
tuo dati iubent: ſi in aliqua dignitate
fuerit conſtitutus, relegãdus eſt, *tex-*
tus ſunt clari in l. 1. §. fi. ff. Ad L. Corn.
de ſic. & in l. Graccus. C. de. tit. Ad L.
Iul. de adult. Quamuis ex Conſtitu-
tione regni, *Si maritus. lib. 3. tit. 81. de*
Pœna vxoris in adult. depreh. maritus
impune a tota pena in vxoris necem
animaduertere poſſit: cuius tamen
rei conſule Apontem *in Cõſil. 98. vbi*
de eadem agit Conſtitutione. Vnde li-
cet lex communis in aliam mitiorem
homicidij pęnam commutauerit, nõ
tamen ideo minus peccati pœna eui-
90 tatur. Quoties † enim lex aliquid pro-
hibet ſub aliqua pœna, incidens in
eam ob eius cõtemptum peccat, præ-
cipue ſi pœna ſit grauis culpæ, vt me-
reatur tranſgreſſor pati magnam pœ-
nam, *late Couar. in Reg. Peccatum.*
par. 2. §. 5. num. 2. cum duobus numm.
ſeqq. & ante eum Fel. in cap. 1. num.
47. ſup. de Conſtit. Turam. de Legi-
bus. in l. Nam & Demoſthenes. a princ.
vſq; ad num. 9. in verſic. Cum propter.
Et maxime quando lex humana ni-
titur Diuino Iure. *Fel. lo. cit.* ſicuti
eſt in præſenti caſu, quia ipſomet Iu-
re Diuino prohibetur homicidium.
Sed quamuis in lege † Moyſis Deus
adulteros & adulteras occidi præce-
perit, *vt Leuit. 20. legitur:* (quod po-
ſtea mutatum fuit, vt diximus *ſup. in*
Initio Cap. II. num. 83.) illud tamen
intelligitur pro poteſtatem habente
publicam, non vt cuilibet fuiſſet per-
miſſum propriam alicui iniuriam.
Vnde Gratianus *in d. c. Reos. in fine,*
tractando de eadem re, inquit:
„ *Prohibetur ergo illo præcepto quiſ-*
„ *que ſua auctoritate in necem ali-*
„ *cuius armari, non legis imperio*
„ *reos morti tradere. Qui enim pu-*
„ *blica poteſtate functus ipſius le-*
„ *gis imperio malos perimit, nec il-*
„ *lius trãſgreſſor, nec cœleſti patria*
„ *alienus habetur.*
Idem legitur in quibuſdam cc. ſubſeqq.
extractis a libris D. Auguſt. Quare
92 licet lex † ciuilis, prout & lex Moyſis,
vltimo ſupplicio puniat adulteros, vt
habetur in tex. l. Quamuis. §. *fi. C. de*
tit.

tit. Ad l. Iul. de adult. ibi:

„ *Sacrilegos nuptiarum gladio pu-*
„ *niri oportet.*

Quæ pęna eſt mortis naturalis, *l. Aut*
damnum. §. 1. ff. de Pœnis. & facit tex.
in l. Transſigere. C. de Tranſact. tex. in
l. Caſtitati. C. d. tit. de Adult. & tex. in
§. Item lex Iulia. Inſtit. de Publ. iud.
93 Non † tamen poterit quilibet adul-
teros impune occidere, niſi ſolum is,
cui iudex poteſtatem tribuerit: alias
homicidij pœnam non euadet, iuxta
D. Auguſt. ſententiam relatam a
Gratiano *in c. Cũ miniſter. 23. quæſt.*
5. his verbis:

„ *Cum miniſter iudicis occidit eum,*
„ *quem iudex iuſſit occidi; profecto*
„ *ſi id ſponte facit, homicida eſt, e-*
„ *tiam ſi eum occidat, quem ſcit a*
„ *iudice debuiſſe occidi.*

Concordat c. Miles. ea. cauſa, & quæſt.
Et hoc eſt illud, quod voluit Fel. *in d.*
cap. Quæ in Eccleſiarum. num. 14. poſt
princ. ſup. de Conſtit. verſic. Ex quo
ſequitur. & ideo imponitur huic gra-
uis pœna, *vt in c. Admonere. 33. quæſt.*
2. & vide Abb. in d. cap. Interfeciſti.
inf. de Homic. in princip. num. 2.

Sed rurſus obſtare videtur hoc:
quia ſi Legiſlator mandare, vel tra-
dere poterit iudici poteſtatem, vt pro
tali crimine mortis pœnam irroget:
ita etiam videtur hanc eãdem facul-
tatem cuicunque volet cõcedere poſ-
ſe, cum is ſit ſubrogatus a lege loco il
lius miniſtri, quem iudex, cui lex illã
tribuit poteſtatem, aliquem occidere
94 iuſſerit: & ſubrogatus † naturam ſub-
rogantis ſortiatur, *clem. 1. de Supplen.*
negl. præl. plene Gabriel Rom. Cõm. cõ-
cluſ. lib. 6. de Reg. iu. concluſ. 2. Capyc.
Deciſ. 194. num. 16. & duobus ſeqq.
Toloſ. Deciſ. 90. Boer. Deciſ. 212. &
Deciſ. 284. num. 17. verſic. conſequenter
probatur. Gramm. Deciſ. 105. num. 25.
verſic. Subrogatum. quam inductio-
nem, ſeu oppoſitionem adducit Fel.
in d. cap. Quæ in Eccleſiarum. in ſeqq.
verbis, poſt d. num. 14. Sed attende,
quia huic reſp. cum Abb. *in princip.*
cap. Interfeciſti. d. num. 2. & Æn. de
Fal. *eius additionator in verbo, A pec-*
cato homicidij: qui poſt quaſdam Do-
ctorum contrarietates concludit *in*
verſic. Veritas. per eũdem Abb. quod
95 ſi † occidatur ille, qui de Iure natura-
li vel diuino poterat occidi, puta ad
ſuam propriam defenſionem, tunc e-
quidem peccati pœna euitatur, *ex*
Abb. in cap. Olim. el 1. num. 17. ſup. de
Reſtit. ſpol. Aut ille poterat occidi de
96 iure poſitiuo, vt banniti, † & ſimiles:
& tunc occidens tenetur in animæ
iudicio. Sed nec ſatis dictum videtur
ex hac reſponſione, quia forte ſimilis
eſt ſupra proxime traditis. Vnde di-
cerem, quod ideo aliter hic in huiuſ-
modi caſu ſubrogationis dicendum
97 eſt, quia iudici † illa facultas non cõ-
ceditur veluti perſonæ priuatæ, ſed vt
ordine iudiciario poſſit, ac procedere
valeat, vt apparet ex eis, quæ *in præce-*
denti verſic. prope finem. poſt num. 91.
tradidimus: Quod non ſolum pro
pedaneis. i. inferioribus iudicibus: ſed
& de ſupremis quibuſcũque, ipſomet
naturalis Iuris dictamine aſſiſtente,
intelligitur. Quædam alia poſſent
addi, his ſimilia, quæ poſt hæc manu
ſcripta Deo teſte, apud Azor, *Inſtit.*
mor. lib. 5. cap. 20. circa fi. in verſic.
Sunt etiam leges. per totum reſtans,
perlegi: quæ cum ſatis longa eſſent
huc tranſcribere, ideo omiſi: vide
etiam Caiet. *in d. Summa, lo. ſup. cit.*
in verbo, Homicidium per ſe.

Hinc infertur, quod dum hic Tex-
tus conſulere volebat animarum ſa-
luti, per illa verba, ibi:

„ *Noſtrique cordis oculis diligentia*
„ *ſedula vigilantibus, animas Deo*
„ *lucrifacere, ſua nobis cooperante*
„ *gratia valeamus.*

præbuiſſet occaſionẽ peccandi, aliaſ-
que

que animas perdendi: Nam cum a-
liquis horum, quorum hoc Cap. me-
minit, ita impune offendebatur, quia
erat excommunicatus, illoue grauiſ-
ſimo peccato innodatus, ſi illo arti-
culo, ſiue inſtãti mortuus eſſet, dam-
natus fuiſſet ad gehẽnam ignis æter-
ni: & occiſor committens homici-
dium, grauiter peccauiſſet: Vnde cõ-
ſulens vnius ſaluti, fuiſſet plurium
perditio. Imo hoc nedum in præcita-
tis verbis habetur, ſed pluries repeti-
tur, *vt in* §. *Cum igitur* ibi:

„ *Non ſolum corporum, ſed mortem*
„ *procurent etiam animarum.*

Et iterum poſt pauca:

„ *Nos tanto periculo volẽtes occur-*
„ *rere animarum.*

Adde hic, quod dum dicunt Do-
ctores, quod huiuſmodi Aſſaſſini poſ-
98 ſunt impune † offendi, vt apparet in
his (præter alios, qui adduci poſſent)
quos refert Gabr. Rom. *Comm. concl.*
lib. 7. concl. 1. nu. 31. vſque ad perem-
ptionem infra intelligitur, quemad-
modũ de Statuto loquente, ſeu per-
mittente, quod bannitus poſſit of-
fendi impune, qui etiam occidi pote-
rit, *tradit Iaſ. in l. Omnes populi. num.*
49. poſt med. ff. de Iuſt. & iur. vbi al-
legat Bart. Io. And. in Addit. ad Spe-
cul. Paul. de Caſt. & Ang. ſed his addi
poſſunt omnes ij, quos tradit Additio ad
Bart. in conſil. 188. vol. 1. incip. Statu-
to caſtri. quod conſil. allegat etiam Iaſ.
lo. cit. & ibi plures pro hac traduntur.
Atque ideo diximus, quod dum Pa-
pa ſaluti vnius conſuleret, plurimo-
rum eſſet perditio. Sed Fel. plus dicit
in d. cap. Quæ in Eccleſiarum. co. num.
14. poſt med. in verſic. No. ſecundo.
99 qui voluit, quod dum † aliquis impu-
ne offendi poteſt, poſſunt etiam bo-
na ſibi impune auferri, iuxta ſenten-
tiam Bal. *in cap. Literis. ſup. de Reſtit.*
ſpol. & in l. fi. circa med. C. Si contra
ius, vel vtil. publ. & per tex. in l. 1. §.
quod pretor. ff. de Aleat. per quem
ait, melius, quam alibi probari, quod
illa verba:

„ *Impune offendi.*

Intelligitur in ære & in perſona: ſed
hoc non dicit d. textus: imo ille in-
cipit, Quod autem prætor. ſed in §.
præced. prope finem, vbi ſolum hoc
dicitur, ideſt,

„ *Quicquid eorum fecerit, Impune*
„ *fit.*

Allegat inſuper ibi Iaſon Bart. Paul.
Caſtr. & alibi eundem Bal. quibus ad-
dendi ſunt ij, quos refert Additio ibi-
dem in verbo, AEre. Ex quo ergo ap-
paret dicendum, quod ſi huiuſmodi
Aſſaſſini potuiſſent impune offendi,
poterant etiam bonis ſpoliari: Et for-
ſitan ſecundum relata procedere vi-
deretur huiuſcemodi ſententia per il-
la verba:

„ *Sit etiam cum ſuis bonis munda-*
„ *nis omnibus tanquam Chriſtianæ*
„ *religionis æmulus a toto Chriſtia-*
„ *populo perpetuo diffidatus.*

Sed quomodo hæc intelligantur ver-
ba, inf. ſtatim melius dicetur.

Venio igitur ad illa verba proxime
relata, videlicet,

„ *A toto Chriſtiano populo perpetuo*
„ *diffidatus.*

100 Et dico, quod licet Diffidati † apud
Interpretes hoſtibus æquiparentur,
attamen non illis hoſtibus æquipa-
randi ſunt, de quibus ipſi loquuntur,
vt. ſ. a quouis inuenti poſſint impune
101 offẽdi. Nam primus † parens Adam
& ipſe cum e paradiſo voluptatis fuit
eiectus, diffidentiæ filius appellatus
eſt, ac per eum nos quoque omnes,
vt Apoſt. *ad Epheſ. cap. 2. in princ.* tra-
dit: & habetur in cap. Clerici. inf. de
Exceſſibus prælat. Vnde & inimici
Dei dicti ſumus, *idem Apoſt. ad Rom.*
cap. 5. num. & nihilominus Deus non
ſtatim illum perdidit, ſed veluti exu-
lem expulit, vti cantat S. Mater Ec-

cleſia *in illa Antiphona ad B.Virg.quæ*
incipit, Salue Regina mater miſericor-
dia. ibi, (Ad te clamamus Exules filij
Heuæ.) Itaque pro huiuſcemodi in-
telligentia ſciendum eſt,quod hoſtes
102 † in triplicem capiuntur differẽtiam,
licet Gail. *lib. 2. de Pace publ. cap. 1.*
num. 22. in duplicem tantum diuiſe-
rit ſpeciem: Nam primo loco conſti-
tuuntur ij,quibus populus Romanus
bellum publice decreuerit, vel ipſi po
pulo Romano,*textus eſt in l. Hoſtes.*
ff. de Capt. & poſtlim. reuer. & in l.
Hoſtes.ff.de Verb.ſign. Secundo,illos
hoſtes capiemus, qui ad ipſoſmet
transfugerint hoſtes, *iuxta præd. tex.*
in l. 3. §. transfugas. ff. Ad l. Cornel.
de Sic. Tertio tandem, pro bannitis
ciuitatis ſumuntur, *vti videre licet a-*
pud Clar. in §. Homicidium. verſic. Ple-
runque etiam. in princ. Vnde licet ho-
103 ſtes † impune occidi poſſint, vt volu-
erũt Doctores in hoc eodem Textu,
& patet per ſuperius expreſſa;diuerſa
tamẽ inter hos militat ratio: quia et-
ſi hoſtes, quibus populus Rom. bel-
lum decreuerit,impune poſſunt occi-
di;ac etiam transfugæ, ipſomet iure
permittente;non tamen idem dicen-
104 dum eſt de bannitis,† quia contrariũ
diſponit Ius commune, nam nõ poſ-
sũt impune offendi, teſte Io. Brunel-
lo *in Repet. cap. 1. de Homic. part. 4.*
num. 70. Ac ita poſt Bart. *in l. Vt vim.*
num. 1. ff. de Iuſt. & iu. determinaro
communiter Doctores per Claud. *in*
d. l. Vt vim. num. 8. in Lectura. & in
Repet. num. 17. tradit Clar. *lo. cit.* I-
demque ſe vidiſſe communiter ob-
ſeruari, ait Alber. *in 4. part. Statt.*
quaſt. 16. circa fi. quem etiam refert
Clar. *lo. ſup. cit.* dicens, quod hæc
concluſio habet maximam æquita-
tem, ne homines ea ex cauſa inter ſe-
ipſos ſæuiant. Vnde id, quod dicitur
105 in d. §. Transfugas, † ſpeciale eſt; vt
etiam *ibidem* dicit Clarus per eun-
dem Bart. *lo. præallegato*,vt.ſ. poſſint
impune offendi propter periculum
reuelationis ſecretorum: quod com-
muniter amplexum ex eo. Claud. *in*
d. l. Vt vim. num. 9. ibidem Clarus re-
fert. Cæteri vero hoſtes,vt ſunt ban-
niti, non ſecundum Iuris communis
diſpoſitionem, ſed Satutorum im-
pune offenduntur,*Clar. lo. cit. vbi ple-*
ne hanc tradit rem.

Dum igitur hic præſens Textus
vult, quod huiuſmodi Aſſaſſini ſint
106 ab omnibus diffidati, † non debet in-
telligi, quod ab omnibus impune of-
fendi poſſunt:quia ſi verum eſt,quod
illud ſpeciale eſt in transſugis ad ho-
ſtes,porro huiuſmodi Aſſaſſinos non
iure comparabimus ijſdem transfu-
gis, quemadmodum noſtrates tradi-
dere: quia reuera non ſunt trãſfugæ,
neque illorum vllam habent qualita-
tem. Atque etiam nec ipſiſmet hoſti-
bus erunt comparandi, quia proprie
non ſunt hoſtes: Ergo remanet quod
ſolum bannitis coæquentur, qui (vt
diximus) ſecundum communis Iuris
diſpoſitionem non poſſunt impune
offendi, niſi ſpecialiter aliquo Statu-
to fuerit permiſſum. Sed hic præſens
Textus Ius cõmune eſt: Ergo. Illud
autem,quod dicitur in illis verbis:

„ *A toto Chriſtiano populo perpetuo*
„ *diffidatus, &c.*

Idem mea ſententia demonſtrat, ac
eiuſdem iuris eſt, cuius eſt bannum,
ob excommunicationis pęnam, quæ
lata eſt aduers⁹ hos Aſſaſſinos. Nam
107 quemadmodum banniti † non tan-
tum ciuitatem Romanam,(quæ cõ-
munis patria eſt totius orbis; *l. Roma.*
ff. Ad municip.) ſed etiam omnia hu-
manitatis iura,officiorumque viciſſi-
tudines, & commercia amittunt: ita
quoque huiuſmodi Aſſaſſini, cum
108 ſint excommunicati, † eandem, præ-
ter alias,incurrunt pęnam,quam ipſi
banniti, ideo merito comparari ſo-
lent,

lent, *Gail, d. cap. 1. num. 26. de Pa. pub. Brunel. d. par. 4. num. 39. in d. Rep. cap. 1. de Homic. Gabr. Rom. Comm. concl. lib. 5. de Reſtit. ſpol. concl. 1. num. 104.* ea ratione, quia ſicuti ban-
109 niti † membra non ſunt imperij, ſed pro mortuis habentur: ita quoque excommunicati membra deſinunt eſſe Eccleſiæ, *text. in cap. Decernimus. de Sent. excom. lib. 6. & plenè Gail, lo. cit. vbi plura de huiuſmodi conferentia refert.*

Hinc aduerte quomodo pariter
110 hæc ambulant, nam clericus † exbannitus beneficiarius perpetuo beneficium, quod habet, priuatur, cum nō poſſit in eo ſeruire, vt tradit Clar. §. *fi. quæſt. 73. verſic. Pariter. in fi.* ex Rebuff. *in Praxi benef.* qui dicit, ita fuiſſe iudicatum per Parlamentum Tholoſ. quod cum Iure noſtro, hoc eſt, cum hoc præſenti Cap. conſonare videtur, ex illis verbis:

» *Excommunicationis, & depoſitionis a dignitate, ordine, officio, & beneficio incurrant ſententias ipſo facto: & illa libere alijs, &c.*

Poſtea ſubdit:

» *Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus tanquam Chriſtianæ religionis æmulus a toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus.*

Vnde Innocentius in his verbis, præter depoſitionis pœnam, ſuperaddidit excommunicationem: idcirco inquit: Sit etiam cum ſuis bonis, &c.
111 Quia regulariter † clericus homicida non excommunicatur, ſed ſolum deponitur, vt patet per ſuperius expreſſa, ex illo præd. cap. Cum non ab homine. *ſup. de Iud.* & traditur in Canone Apoſtolorum 64. qui vult laicos arceri a communione: clericos vero deponi; ſed ſpeciale eſt in hoc præſenti caſu, quia ex ſola receptione, vel defenſione quis iiſdem pœnis, quibus & ipſemet principalis auctor obnoxius eſt, ligatur.

Adæquari adhuc bannitis huiuſmodi perſonæ in hoc Capitulo contentæ videntur, quoad bonorum amiſſionem: nam ſicuti bannitorum
112 † bona poſſunt impune ab eis auferri, prout quidam dicunt, vt ſunt relati per Brunel. *d. par. 4. in cap. 1. de Homic. num. 71. circa med. ibi, Tu tamen* qui multos refert, quos etiam cum alijs tradit Gabr. Rom. *d. Concl. 1. nu. 163. de Reſtit. ſpoliat.* (quod intellige iuxta inferius relata *in verſic. ſeq. num. 114.*) Ita quoque ab huiuſmodi perſonis, de quibus hic Textus loquitur, apparet bona poſſe impune capi, per illa prædicta verba:

» *Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, &c.*

Vnde idem Brunel *in d. Repet. cap. 1. parte 5. num. 2. circa med.* inquit,
113 quod huiuſmodi † Diffidationis pœna ſumitur pro bonorum diffidatione: quaſi voluiſſet dicere, q̄d a quocunque bona iſtorum, de quibus hic fit mentio, impune occupari, capique potuiſſent; Quare ſi nō extarent prædicta verba, aliter hoc intelligerem: quia etſi bannitorum bona poſſunt occupari impune ex communi Doctorum ſententia, (quam nec credo veram, vt melius inf. ſtatim patebit:) quoad hoc tamen non æquiparatem diffidatos cum bannitis, ſumpta occaſione ab illis verbis, quæ traduntur in præd. Auth. Gazaros. *C. de Hæret.* vbi non ſolum de Diffidationis pœna tractatur, verum etiam & banni: quia ibi dicitur.

» *Diffidamus, atque Bannimus.*

Cuius textus verba ſimilia ſunt illis, quæ traduntur in d. cap. Felicis. *de Pœnis. lib. 6.* vbi in princ. dicitur:

» *Sicut reus criminis Leſæ Maieſtatis perpetuo ſit infamis, Diffidatus, nihilominus & Bannitus.*

De

De quo textu melius inferius agemus. Ex his ergo apparet aliquam eſſe differētiam inter diffidare, & bannire: Nam ex huiuſmodi adiectione maiorem vim videtur habere pœna banni, quam Diffidationis. Propterea ſi verum eſt quod ex Iulio Claro diximus, vt ſcilicet de Iure communi banniri non poſſint impune offendi, niſi per Statuta ſpecialia fuerit ita inductum: multo magis in hoc præſenti caſu illud procedere debet, cum minor ſit Diffidationis pœna, quam banni, præſertim quia ſumus in puris terminis Iuris communis.

114 Sed mea quidem ſententia nec † vera videtur aſſerentium opinio, quod banniti bonis impune ſpoliari poſſint, eo quod in legibus Friderici, *in Auth. collat. 10. de Statutis, & conſuetud. contra liber. Eccl. editis. §. Item nulla poteſtas.* reperi, quod vſurpan-

115 tes † ſeu inuadentes bona eccleſiaſtica triplum refundere coguntur: & nihilominus banno Imperiali obnoxij permanent: quod patet his ſequentibus verbis.

» *Item nulla poteſtas, vel perſona*
» *publica, vel priuata collectas, ſiue*
» *exactiones, angarias, vel peran-*
» *garias Eccleſijs, vel alijs pijs Lo-*
» *cis, aut eccleſiaſticis perſonis im-*
» *ponere, aut inuadere bona eccleſi-*
» *aſtica præſumant: quod ſi fece-*
» *rint, & requiſiti ab Eccleſia, vel*
» *ab Imperio emendare contempſe-*
» *rint, triplum refundant: & nihi-*
» *lominus BANNO IMPERIA-*
» *LI ſubiaceant: quod abſque ſa-*
» *tisfactione debita nullatenus re-*
» *mittatur.*

Quæ Auth. pars eadem eſt cum Auth. Item nulla communitas. C. de Epiſc. & Cler. atque ex eod. contextu deſumpta eſt illa præd. Auth. Gazaros. C. de Hæret. Quare ſi bannitorum bona poſſēt impune occupari, fruſtratoria redderentur illa prædicta verba,

» *Triplum refundant.*

116 Doctores † autem, qui voluerunt bannitos impune bonis ſpoliari poſſe, ſunt intelligendi, ſeu potius loqui videtur de ijs, qui ex ſpecialium Statutorum permiſſione impune offendi poſſunt, *vti diximus ſup. poſt num. 99.* Itaque ne res adhuc in ſuſpenſo per-

117 ſiſtat, dicendum eſt, quod illud † verbum, Diffidare, cum nō ſit latinum, ſed potius barbarum, nullam veram, propriamue ſignificationem habet,

118 ſed iuxta † criminis, verborumue, quibus eſt coniunctum, qualitatem ſumendum eſt: nam aliquando maiorem, quandoque vero ſolet vim habere minorem, prout facti contingentia expoſcerit; vt, præter hunc, & alios ſupracitatos textus, in quampluribus alijs ſcriptum adinuenitur.

Sed primum cognoſcitur in præd. cap. Felicis. *de Pœnis lib. 6.* vbi *quaſi circa ſi. in §. Præmiſſis, &c.* pœnas inibi cōtentas ſecundum exceſſus qualitatem moderari præcipitur: cuius textus verba ſunt hæc:

» *Præmiſſis etiam dignum cenſui-*
» *mus adnectēdum, vt ſi quiſquam*
» *aliquo prædictorum exceſſuum*
» *quemquam de clericis, vel religio-*
» *ſis noſtræ familiæ, vel Cardina-*
» *lium afficere forte præſumpſerit,*
» *proportionetur pœna delicto: ita*
» *quod vindicta ex æquo exceſſui re-*
» *ſpondente, ab offenſa noſtrorum*
» *cohibeātur deinceps manus teme-*
» *rariæ formidinis vltionis, quas,*
» *&c.*

Et nihilominus huiuſmodi perſonæ Diffidationis pœna tenentur, *vt in princ. eiuſdem cap. apparet.* prout legitur in illis verbis ſuperius expreſſis *poſt num. 113.*

Idem habetur in quadam Extrauag. Conſtit. Pauli IV. *in Bul. fol. 575. in Conſtit. eiuſdem Pauli, conſtit. 5. incip.*

5. incip. Cum nimis abſurdum. edita Anno Dominum, 1555. vbi hæc leguntur verba:

„ *Et ſi circa præmiſſa in aliquo quo*
„ *modolibet defecerint, iuxta qualitatem delicti in Vrbe per nos, ſeu*
„ *Vicarium noſtrum, aut alios a no-*
„ *bis deputandos; ac in ciuitatibus,*
„ *terris, & locis prædictis per eoſ-*
„ *dem magiſtratus, etiam tanquam*
„ *rebelles, & criminis Læſæ Maie-*
„ *ſtatis rei, A TOTO POPVLO*
„ *CHRISTIANO DIFFIDA-*
„ *TI, noſtri, & ipſorum vicarij, ac*
„ *deputandorum, & Magiſtratuum*
„ *arbitrio puniri poſſint: non ob-*
„ *ſtante, &c.*

Sed ante hanc ſupradictam Conſtitutionem, quandam aliam reperi *in eodem Bullario fol.*88. inter Conſtitt. Pauli II. *Conſtit.3. incip. Munera execcare.* vbi inter alia, quæ ibi leguntur, hæc habentur:

„ *Inſuper ne aliquos reos capita-*
„ *lium, aut exules, Bannitos &*
„ *DIFFIDATOS ſub pœna Ca-*
„ *pitis abſoluere, reſtituere, aut pœ-*
„ *na liberare audeant ſine Rom. Pō-*
„ *tificis ſpeciali licentia*.

Ecce ergo quomodo Diffidationis pœna quandoque poteſt non eſſe capitalis, quia dicit Papa:

„ *Diffidatos ſub pœna Capitis.*

Ergo quidam ſunt Diffidati præter pœnam capitis.

119 Præterea nec † quidem Diffidatos ſub pœna capitis vbique, & a quouis inuentos impune putarem offendi poſſe: quia huiuſcemodi pœna non ſemper mortem indicat naturalem, ſed & ciuilem quãdoque. Vnde cum in pœnis benigna ſit adhibenda interpretatio, iuxta vulgatũ illud axioma ſæpiſſime a nobis in hoc Libro
120 traditum; Sed cum † iura ſimpliciter prædictam capitis pœnam ingerunt, etiam pro exilio ſumitur, *Glo. in l. 1. C. Ne mancip. Chriſt. & Glo. in l. Hos accuſare. §. omnibus. verbo, Capitis. ff. de Accuſatt. & in l. Cum patronum. ff. de Iure patron. cum alijs accitis per Iacob. de Bellou. in tract. crim. tit. de Pœna cap.* Ergo in dubio intelligendum pro mitiori, *l. Præſes. ff. de Pœnis.* eſtque *alius bonus textus in l. Præſenti. in princ. C. hoc eo. tit. noſtro de His qui ad Eccleſias, &c. & quædam alia refert Boerius in Deciſ.*254. *num.*10. *ſed facit textus in l. 2. ff. de Pubb. Iud. & tex. in §. Publicorum. Inſtitt. d. tit. de Pubb. iud.* Et ſuper omnia Iura eſt optimus textus *in l. Rei capitalis. ff. de Pœnis.* vbi Vlpianus,

„ *Rei capitalis damnatum* (ait) *ſic*
„ *accipere debemus, ex qua cauſa*
„ *damnato vel mors, vel etiam ciui-*
„ *tatis amiſſio, vel ſeruitus contin-*
„ *gat.*

Quapropter in præcitatis Iuribus, vbi de his ſimilibus Diffidatis agitur, non omnino pro naturalis mortis pœna, ſed aliquando pro ciuilis intelligendum eſt, prout criminis qualitas expoſcit.

Non obſtat, quod in quibuſdam prædictorum Iurium tractetur etiam de Læſæ Maieſtatis crimine, ita vt in illa incidentes illius pœnæ rei ſint iu-
121 dicandi: quia adhuc Læſæ † Maieſ. crimen non ſemper naturalis mortis pœnam infligit, ſed & quandoque relegationis, vt oſtendit Bart. *in Extrauag. Ad reprimendum. in Gloſ. verbo, Legitime. num. 2. verſic. Non obſtat hac litera. iuncta alia Gloſ. eo. tit. in verbo, Tangat. quæ Gloſ. eſt in princ. nu. 22. quarum meminit Capyc. Deciſ.* 130. *num.* 20. *in princ.* Sed hoc non eſt adinuentio noua Bartoli, licet pro hoc nullum alleget textum, quia forte non eſt recordatus illius in l. Eorum. *ff. de Pœnis.* vbi expreſſe hoc idẽ habetur, his verbis:

„ *Eorum, qui RELEGATI, VEL*

„ *DE-*

bus,qui licet illis prędictis pœnis ſint
obnoxij, non tamen eodem modo,
quo & ipſi auctores, puniri debent,
127 ſed iudicis † arbitrio relinquūtur: qđ
tangit hoc in Textu Io. And. dicens,
pœnas huius Canonis eſſe arbitra-
rias. Vnde huiuſmodi Diffidationis
pœna iudicis arbitrio relinquitur,
prout ſatis ſup. dictum eſt. Et hæc
mihi de Iure verior ſentētia videtur,
non ea communis Doctorum, quæ
penitus a vero deuiat. Nam Papa ſi
voluiſſet prouidere in caſu, quo ali-
quis mādauerit interfici ære median-
te, vtique expreſſiſſet, *argum. cap.* 2.
poſt med. ſup. de Tranſl. Epiſc. prout
pluries exſtat expreſſū in iure ciuili,
vt in fine huius Quæſtionis plene ap-
parebit. Sed quidem Innocentius hic
noluit puidere in prædicto caſu iuris
ciuilis, quia ſatis ab eodem iure ciuili
prouiſum fuerat & exſtat, ſed in pro-
prio caſu, & in ſuis terminis, vti ſatis
ſuperque a nobis hucuſque traditum
eſt.

At quoniam hodie noſtris tempo-
ribus hoc genus hominum non repe-
ritur; ideo hæc omnia ſupradicta e-
uanuiſſe ac ceſſaſſe dicendū eſt, prout
eſt excommunicationis pœna, depo-
ſitionis, & aliorum, de quibus hic agi
tur, *Caiet. in Sūma, verbo Aſſaſſinus. Nauar. in d. Manuali, cap. 27. num.* 136. *Couar. d. cap. 20. num. 9. & 10. Graſſ. d. part. 1. Deciſſ. aur. caſ. conſc. lib. 4. cap. 33. num. 10 verſic. Mandantes interficere.*

Verum noſtri Doctores arrepta
occaſione ab hoc Textu, illū conati
128 ſunt ad eos extendere, qui † pecunia,
aliaue mercede cōducti aliquem oc-
ciderint; imo etiam ad ipſoſmet cō-
ductores, vti tradit Decianus *lib. 6. cap. 28. alias, 29. num. 18. in fi. Vnde ſummant hunc Canonem prout diximus ſup. in princ. huius Quæſtionis.* Qua-
129 propter aliqui † Hos dici volunt ab
As, aſſis, quod ſumitur principaliter
pro pecunia, ideſt, Aſſe mediante: vel
130 melius As † ſumitur pro omnibus bo-
131 nis hæreditarijs, quæ † diuiduntur in
duodecim vncias, §. *Hæreditas. & Glo. in verbo, Sexcunx. & ibi Additiones. Inſtit. de Hæred. inſtit.* Et quæ-
libet pars dicitur As. Vnde quicquid
132 † datur, As dicitur, quia adhuc As
ſumitur pro vno obolo, vel pro qua-
libet re, teſte Nembris. *in ſuo vacab. V. l. §. As. in fi.* Vnde dum Docto-
res dicunt in hoc Textu, quod Aſſaſ-
ſinium committitur quando fit ali-
quod homicidium pecunia median-
133 te, intelligitur † pro pecunia quęlibet
res *ita Capyc. Deciſ. 155. num. 22. poſt text. in l. Pecuniæ. cum l. ſeq. ff. de Verb. ſign. ſed illa lex ſequens allegata ab eo, minime de ea tractat re: Quare puto melius voluiſſe allegare textum in l. Pecunia. la 2. ff. d. tit. de verb. ſign. quibus aſtipulatur text. in l. Propemodum. & text. in l. Non poteſt. ff. d. tit. de verb. ſign.* Sed hoc omnino reijci-
endum eſt, quia omne, quod Aſſe fit
mediante, Aſſaſſiniū eſſet dicendum.

Sed ad propoſitum redeamus. So-
134 lent † quidam differentiam quādam
conſtituere inter mandatarios Chri-
ſtianos & infideles: Nam hos volunt
dici Aſſaſſinos, qui miniſterio infide-
lium homines perimerint, iuxta præ-
ſentis Textus diſpoſitionem, qui lo-
quitur de quodā genere infidelium,
qui ſuberant cuidam principi itidem
infideli, cuius præcepto Chriſtianos
occidebant: ſecus autem ſi manda-
rijs Chriſtianis vterentur; ſed hoc
cōmuniter reijci, dixit Farin. *d. quæſt.* 8. *num.* 83. licet *in praecedenti & ſubſequenti num.* referat plures tenentes,
quod in crimine Aſſaſſinij abſque de
gradatione clericus poterit a iudice
ſeculari puniri, vbi iure optimo Pla-
çam in contrarium adducit.

Secundo volunt Doctores, quod

is Aſſaſſinus dicitur, qui mandante
infideli Chriſtianum occiderit:quod
etiã deſumptum videtur ex hoc Tex-
tu: eo quod ille princeps ſiue domi-
nus, cui ſuberant prædicti Aſſaſſini,
erat (prout diximus) infidelis: ſed
hoc etiam reprobatur, vt tradit Am-
broſinus *hic in noſtra Conſtit. cap. 7.*
num. 2. in princ. & communiter Scri-
bentes, qui de hoc crimine tractant.

Quidam autem, & forte commu-
nis eſt opinio, vt videre eſt etiã Am-
broſ. *d. cap. 7. num. 12. & ſeq.* qui
135 multum inſiſtit, quod ad hoc, vt quis
† Aſſaſſinus dicatur, oportet Chriſti-
anum occidi: & ibi poſt multos hanc
defendere conatur opinionẽ, tradens
etiam quãdo præſumẽdũ ſit aliquem
eſſe Chriſtianum. Sed arguendo a
caſu præcedentis §. quemadmodum
& ipſe facit, ita reſpondendum duxi:
quod ſi quis proditorie occiderit in-
fidelem, hac Immunitate deſtitutus
eſt, *vti videre eſt in d. §. num. 14. &*
15. vbi eundem Ambroſ. lo. ſup. cit. re-
probando confutauimus: multo fortius
ſi per Aſſaſſinium quis aliquem infi-
delium occiderit, hac Immunitate
priuandus eſt, cum maius ſit Aſſa-
ſſinium (vt eius verbis vtar) prodi-
tione.

Sed hoc, quod tradit Ambroſ. hu-
iuſmet Textus auctoritate firmare
præſumunt, qui de Chriſtianis occi-
ſis, vel occidendis tractat. Sed valde
miror de tantis viris, cui poſt tergum
proijcientes veram & propriam Tex-
tus deciſionem, eius partem ſibi im-
proprie & indirecte vſurpando, vel
quædam in eo contenta ad ſuum cõ-
modum trahendo, approbant: quæ-
dam autẽ reijciunt, vti fuſius in ſeqq.
apparebit. Vnde aut res tota pendere
debet ab hoc Textu, aut penitus ali-
unde: quare bene conſidera.

Approbant, inquam, hũc Textum
quoad eam partẽ, vbi dicitur, quod
136 pœnis † etiam erunt obnoxij, quam-
quam mors non fuerit ſecuta: ibi,

„ *Nos tãto periculo volentes occur-*
„ *rere animarum, &c.*

Ex quo volunt inter hos improprie
ſumptos comprehendi etiam, eũ, qui
mandauerit occidi, licet mors non
fuerit ſecuta: *& hoc tangit Clarus in*
§. eo, hoc eſt, Aſſaſſinium. verſ. Sciat
etiam.

Atque etiam, præter alia plura ſpe-
cialia & infinita, quæ huic crimini
adſcribuntur, deſumunt ex hoc Tex-
137 tu, quod in caſu † prædicto ſufficiunt
indicia probabilia, & non requiritur
plena & perfecta probatio: & hoc per
illa verba:

„ *Et poſtquam probabilibus conſti-*
„ *terit argumentis, &c.*

Quod poſt multos tradit Gabr.
Rom. *Comm. concl. lib. 7. concl. 1. nu.*
20. in quarta ampliatione: ſed per to-
tam concl. plura dicit, quibus ego, &
alijs vltra illos renuntio, cum non pa-
rum diſtet vnus ab altero caſu, ita vt
nulla valeat admitti comparatio; ſed
vnica tantum ratione probare cona-
bor hoc in præſenti caſu procedere
minime poſſe, cum ſit, quod in crimi-
138 ne † Læſæ Maieſtatis cautiſſime ſit a-
gendum: nam non proceditur ad cõ-
demnationem, niſi adfuerint proba-
tiones luce meridiana clariores, vt op-
time tradit Gigas *de crim. Læſæ Maieſ.*
tit. Quomodo & per quoſ. quæſt. 29. nu.
139 3. qui ex eo mouetur, quod hoc † cri-
mẽ cum ſit omnium immaniſſimum,
tanto cautius eſt agẽdum. Ergo mul-
to magis in hoc præſumpto caſu, cum
ſit eo minor. Multo plura ſuper hoc
mihi dicẽda eſsẽt ſed cõticeo: hoc ta-
men affirmo, quod omnes quoad hãc
rem ſcipione ſubniti deberent, cum
non habeant, vbi quieſcant.

Ecce enim quid ait Ambroſinus
140 *d. cap. 7. num. 4.* quod hoc † nomen
Aſſaſſinij de iure communi erat inco-
gni-

gnitũ,quia fieri mandans conductor
dicebatur, ſaciens vero locator.poſt-
modum autem Iure canonico adin-
uentum fuit, vt huiuſmodi perſonæ
Aſſaſſini nuncupentur, allegans pro
hoc Maſcar.*de Probatt.concl.*38.*num.*
1.*par.*1.Baiar. Burſ. Gabr. & alios.
Sed miror equidem de tãto viro, qui
cũ non ſemel,ſed pluries repetat *in d.*
*cap.*7.quod hic Textus loquitur de
quodam hominum genere,non autẽ
de his,qui pecunia,vel alia ducti mer
cede homines perimunt, illud auſus
ſit affirmare. Sed nonne ius ciuile hu
141 iuſmodi criminoſos, qui † mercede
cõducti alios interimũt, ſuo proprio
vocauit nomine, nẽpe,Locatores,vt
dictum eſt:& eos,qui pecunias,vel a-
lias dederint mercedes, Cõductores
dici voluit? Quæ nomina veriſimilia
ſunt cęteris caſibus:quemadmodum
enim quis dici poteſt locator operũ
ſuorum ad aliquod opus moliẽdum;
ita quoq; dicem⁹ locare operas ſuas
ad maleficium cõmittendum, vt pu-
ta homicidiũ,vel aliud ſimile; & hoc
ab initio ipſius iuris ſẽper vim ſuam
retinuit, cum non inueniatur muta-
tum: vnde eodem ciuili Iure punitio
ſatis oſtẽdebatur. Deinde,interueni-
ente tempore,factum eſt, vt quidam
Principes (ſi ita dici meruerunt) ty-
ramni nullo auulſi timore, quoſdam
ſeruos nutrirent, qui ſua induſtria,
quẽ eorum domini occidi præcepiſ-
ſent,interimebant: quo reſultante in
religionis Chriſtianæ diſpendium,
ſuperuenit hoc nouum remedium:&
poſtmodum a Domini † natali 1241.
142 quo tempore floruiſſe fertur Romæ
Innocẽtius IV. hui⁹ nominis,exiſtẽs
loco Diui Petri Apoſtoli Pontifex,
cõditus eſt ab eo hic præſens Textus,
qui a Bonifacio VIII. inter cæteras
Cõſtitutiones Pontificias ab eo col-
lectas in illo Volumine, quod inſcri-
bitur, Sextus Decretaliũ, fuit inſer-
tus,ſub titulo de Homicidio. Itaque
Põtifex prædictus Innocẽtius noluit
prouidere in caſibus a cõmuni Iure,
licet ciuili,deciſis: ſed ſpeciatim tan-
tum de prædictorum hominum ge-
nere, cum ſatis ſuperque ab eodem
ciuili iure ſuper hoc, quod tradunt
Doctores,fuerat prouiſum: quod ex-
preſſiſſime patet in pluribus legibus,
quarum tenorem hic referre volui: &
primum eſt tex. in l. Lex Iulia. §. *fi.*
*ff.Ad l.Iul. repetund.*cuius verba ſunt
hæc:

" *Hodie ex lege repetundarum ex-*
" *tra ordinem puniuntur, & ple-*
" *runque vel exilio puniuntur, vel*
" *etiam durius, prout admiſerint.*
" *Quid enim SI OB HOMI-*
" *NEM NECANDVM PECV-*
" *NIAM ACCEPERINT, vel*
" *licet non acceperint, calore tamen*
" *inducti interfecerint, vel inno-*
" *centem, vel quem punire non de-*
" *buerant? capite plecti debent, vel*
" *certe in inſulam deportari, vt ple-*
" *rique puniti ſunt.*

Cui aſtipulatur textus in l. Non ſo-
lum.§.*ſi mandato.ff.de Iniur.* ex quo
voluit Ambroſinus *d. cap.*7.*num.*4.
quod iure ciuili ſimiles perſonæ vo-
cantur Conductores, & Locatores:
& facit alius textus in l. Cicero. *ff. de*
Pæn. quem ad hoc propoſitum allẽ-
gat Gomez.*lib.*3.*Varr. Reſol. cap.*3.
*num.*10.*in princ. vbi etiam tradit can-*
dem l.Non ſolum.allegatam ab Ambroſ.
Sed ille text. d. l. Lex Iulia.*in d.* §.*fi.*
a me relatus videtur potius pertinere
143 ad iudices † alioſue magiſtratus, qui
pecunia corrupti aliquem innocen-
tem condemnauerint,cum ſit ſub tit.
ad candẽ rem pertinente, vt cauetur
144 in l. 1.eo. tit. vbi dicitur quod Lex †
Iulia repetundarũ pertinet ad eas pe-
cunias, quas quis in magiſtratu,po-

 teſta

teſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriouc publico cepit, &c. *& text. in l. fi. ibidem concordat*. Sed ſumpta occaſione ab eodem textu, omiſſis alijs iuribus, quæ poſſent adduci contra eos, qui nulla poteſtate præditi pecunia corrumpuntur, vel alios conducunt ad homicidia perficienda, alios textus huic perſimiles tradam, quorum argumentis facillime communis & inueterata hæc conſuetudo (ſi ita dici debet, cum ſit expreſſe cõtra ius ſcriptum: quod potius abuſus & corruptela dicendum eſt, iuxta ſup. relata *Cap. III. §. I. num. 3. & aliqq. ſeqq.*) claudicare, imo deſtrui apparebit: Vnde poſt præd. textum, exſtant cõplures *ſub eod. tit. ff. Ad l. Iul. repet.* nempe, tex. in l. Lege Iulia, vbi huiuſmodi traduntur verba:

» *Lege Iulia repetundarum tene-*
» *tur, qui cum aliquam poteſtatem*
» *haberet*, PECVNIAM OB IV-
» DICANDVM DECERNEN-
» DVMVE ACCEPERINT.

Textus in l. Eandem lege. §. *lege Iulia*, ibi;

» NEVE QVIS OB SENTEN-
» TIAM IN SENATV CON-
» SILIOVE PVBLICO DI-
» CENDAM PECVNIAM AC-
» CIPIANT.

Atq; exſtat *ſub præd. tit.* d. l. Lex Iulia. (cuius §. fi. ſuperius allegauimus) vbi in princ. de his agitur, hiſce verbis:

» *Neue ob hominem in vincula pu-*
» *blica conyciendum, vinciendum,*
» *vincirive iubendum, exue vincu-*
» *lis dimittendum.* NEVE QVIS
» OB HOMINEM CONDEM-
» NANDVM, ABSOLVEN-
» DVMVE; NEVE OB LI-
» TEM AESTIMANDAM, IV-
» DICIVMVE CAPITIS, PE-
» CVNIAEVE FACIENDVM,
» VEL NON FACIENDVM
» ALIQVID ACCEPERINT,
» *&c.*

Quibus iuribus non inconcinne aſtipulatur text. in l. 1. §. 1. ff. Ad l. Corn. de Sicar. qui textus præ cæteris clarius loquitur, his verbis:

» QVIVE MAGISTRATVS,
» IVDEXVE *quæſtioni ſub capi-*
» *talem cauſam* PECVNIAM
» ACCEPERVNT, *vt publica le-*
» *ge reus fieret.*

Ex his ergo Iuribus patebit communis error, cum ſatis liqueat Iudices aliosue Magiſtratus plus delinquere, quam cæteri priuati homines. Iudex
145 † enim ex munere ſibi iniuncto Rempublicam malis, & improbis hominibus purgare debet, & in diſceptandis controuerſijs neutri parti, præter ius & fas addictus eſt: Iuſtitiam obſeruare, innocenter viuere, reis ſontibus ſecundum leges irrogare ſupplicium tenetur, *Authen. Iuſiur. quod præſt. ab his, &c.* Ideo illis magiſtratum conferendum, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda iuſtitia plurimum repoſuerunt ſolicitudinis, lex præcipit, *Auth. de Praeuinc. præſ. collat. 9. in Edit. Haloandri, §. Nos autem.* Vnde Cic. *lib. 2. Offic. tit. Auaritia vacare debent, qui munera publica funguntur.* de eadem tractans re, *vt patet in princ.* (qui Lucio Piſoni Legis Repetundarum tribuit honorem, nam antea nulla fuerat, ſed tantum fere centum & decem annos præceſſiſſe *præd.* lib. 2. Offic. inſcriptionem, demonſtrat) circa finem inquit:

» *Nec vlla res vehemẽtius Rempu-*
» *blicam continet, quam fides.*

Et poſt pauca, iterum ait;

» *Ab hoc igitur genere largitionis,*
» *vt alijs detur, alijs auferatur ab-*
» *runt ij, qui Rempublicam tuebun-*
» *tur.*

Hæc

Hæc ille. Huius autem rei ea eſt ratio, quia vbi fides ſeruatur Reſpubl.
146 labefactari non poteſt: quia fides† eſt iuſtitiæ fundamentum, *Cic. lib. 1. Offic. tit. de Fide fundamento iuſtitiæ.* eſſe autem ſine iuſtitia reſpubl. non poteſt. Et alibi ſup. *tit. de Adoleſcentis officio ad gloriam comparandam. circa fi. d. li. 2. Offic.* vt priuatum a publico diſcernatur, hæc ait:

» *Quid eſt tam inhumanum, quam*
» *eloquentiam a natura ad ſalutem*
» *hominum, & ad conſeruationem*
» *datam, ad bonorum peſtem, perni-*
» *ciemque conuertere? Nec tamen*
» *vt hoc fugiendum eſt, ita haben-*
» *dum eſt religioni contrarium: no-*
» *centem aliquando & nefarium*
» *impium defendere. Vult hoc mul-*
» *titudo: patitur conſuetudo: fert*
» *etiam humanitas. Iudicis eſt ſem-*
» *per in cauſis verum ſequi: pa-*
» *troni nonnunquam veriſimile, e-*
» *tiam ſi minus ſit verum, defende-*
» *re, &c.*

Hinc Gregorius a Gratiano relatus *in c. Quicunque. 11. quæſt. 3.* in hos recte inuehitur, dicens:

» *Quicunque aut conſanguinitate,*
» *aut amicitia, & econtrario, vel*
» *hoſtili odio, vel inimicitijs in iu-*
» *dicando ducitur, peruertit iudi-*
» *cium Chriſti, qui eſt iuſtitia, &*
» *fructum illius vertit in amaritu-*
» *dinem.*

Et Vrbanus Papa itidem a Gratiano relatus *in cap. Qui aliorum. 24. q. 3.* non ſolum aduerſus hos Iudices, qui nec pecunia, nec alia mercede corrupti innocentes condemnauerint: verum etiam contra eos, qui velut aduocati alienos defendunt errores, inſurgit, dicens:

147 » *Qui† aliorum defendit errorem,*
» *multo amplius damnabilior eſt il-*
» *lis, qui errant: quia non ſolum er-*
» *rat, ſed etiam alijs offendicula er-*
» *roris præparat, & confirmat.*

Quantum igitur perniciosum ſit hominibus his inuolui calamitatibus, nedum his apparet dictis, ſed & ipſamet ratio omnes alligat. abſurdum enim fuerit eos in culpa hærere, qui iura præſcribunt alijs, quandoquidem ab his potiſſimum exemplum vitæ petendum eſt. Sicut enim ignis, quæcunque admouentur, calefaciẽs, ipſe primum innata ſibi vi calet: nix contra, ſuapte natura frigida, infrigidat & alia: ſic Iudex ipſe debet eſſe plenus iuſtitia, ſi alijs ius adminiſtraturus eſt, a quo velut fonte promanant fluentia dulcia legum, & potabilia ſitientibus iuſtitiam. Id ita demum fiet, ſi is qui ad iudicandum aſcendit tribunal, iudicari ſe non minus, quam iudicare cogitet, iuxta illud Apoſt. *Ad Rom. 2. in princ. ibi;*

» *In quo enim iudicas alterum, te*
» *ipſum condemnas: eadem enim*
» *agis, quæ iudicas? &c.*

Sed nihilominus, his non obſtantibus, non veritus eſt Clarus affirmare *in §. Homicidium. verſic. Item Iudex.* ſimplici pœna tãtum homicidij reos eſſe Iudices, qui pecunia media aliquem innocentem condemnauerint, *motus ex pracit. tex. in l. Lex Iulia. d. §. fi. ff. Ad l. Iul. repetund. ex ue alio tex. in l. 1. in princ. & in d. l. 3. §. qui falſa. ff. Ad l. Corn. de Sicar.* Et nihilominus antea *in d. §. Aſſaſſinium,* multo plura de his, qui pecunia conducti alios perimunt, refert: & ſuper illo caſu plura quoque congerit ſpecialia: imo adhuc a noſtratibus laute, & opipare abſque ratione volumina typis exponuntur. Quare melius deberent aduertere Doctores: ac inter publicum & priuatum lõge aliud diſcrimen, & contrarium ab hoc relatum ex Claro, interponere: ſicuti non parum diſcriminis eſt inter furtum priuatum, & publicum, nã iſtud maio-

maiorem trahit ad ſe pœnam ; vt apparet in his, quæ ſup. dicta ſunt *hoc eo. Cap. §. 1.* Vnde ſicuti etiam ſimplicis furti pœna longe magis differt a pena tutoris, ſiue curatoris, qui in administranda tutela male verſatus eſt, vt videri poteſt in Libris Iuris ciuilis: ita quoque grauius puniri debet iudex, cui fides in adminiſtranda Republica cōmiſſa eſt, & contra propriū munus venire nō pudet. Sed hoc nō meæ aſcribas ſentētię, cū & idipsū referat Cic. *lib. 1. Offic. tit. Officia illorum, qui Rempublicā gerunt*, dicens:

148 „ *Qui † Reipublicæ profuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant, vt quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: Alterum vt totū corpus Reipublicæ curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Vt enim tutela, ſic procuratio Reipublicæ, ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerēda eſt. Qui autem parti ciuium cōſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Ex quo euenit, vt alij populares, alij ſtudioſi optimi cuiuſque videantur, pauci vniuerſorum. Hinc apud Athenienſes magna diſcordia orta ſunt in noſtra Republ. non ſolum ſeditiones, ſed peſtifera etiā bella ciuilia. Quæ grauis & fortis ciuis in Repub. dignus principatu fugiet, atque oderit, tradetque ſe totum Reipubl. Neq; opes aut potentiam conſectabitur: totamq; eam ſic tuebitur, vt omnibus conſulat. Nec vero criminibus falſis in odium, aut inuidiam quemquam vocabit omnino. Itaque iuſtitia, honeſtatique adhæreſcat: vt dum eam conſeruet, quamuis grauiter offendat, mortem appetat potius, quàm deſerat illa, quæ dixi.*

Hactenus Cic. Vnde videtur dicendum, quod ſi priuati homines, qui aliqua ducti mercede alios interficiūt, tot grauibus pęnis inuolui Doctores tradiderunt: melioris conditionis nō debent eſſe hi, qui contra id, quod ſibi iniunctum eſt, veniūt, vt ſunt prædicti, de quibus hic proxime dictum eſt, cum grauius delinquant, vnde grauius puniri debent, ſecundum ea quæ refert D. Thom. 1. 2. *quæſt. 73. art. 10. in Corpore.* Hinc eos quoque Aſſaſſinos iuxta hanc communem, ac vulgatiſſimam (licet erroneam, vt ita ſemper dicam) cum alijs vocarē, quod apud Capyc. *Deciſ. 155. num. 13.* fortaſſis comprobatum leges.

Inter hos etiam nec longe poſſunt eſſe falſi teſtes, cum in rei veritate ſecūdo loco poſt ipſos magiſtratus ponendi ſunt: infimo vero huiuſmodi

149 priuati. Teſtes † enim grauius delinquere dicuntur, cum falſum proferūt teſtimonium, quia tres offendunt: Deum ſ. Iudicem, & partem, *cap. 1. inf. de Crim. falſi.* Vnde triplici pœna puniri debent, *vt tradit Glo. d. cap. 1. in verbo, Lædit.* Primo quia Deum offendunt, ſeptemnis pœnitentia debet iniungi pro periurio, *6. quæſt. 1. c. Quiſquis conuictus.* Secundo, quia iudicē deludūt, infamabūtur, *12. q. 5. c. Quiſquis conuictus.* Et verberibus caſtigabuntur, *5. q. 5. c. Illi qui.* Vel extra ordinem punientur: nam durante cauſa, extraordinarie iudex eos punire poteſt, *vt ait Gloſ. præced. d. cap. 1. per tex. in l. Nullum. C. de Teſtibus.* Sed cauſa finita poſſunt accuſari Lege Cornelia de Sicarijs, *per text. in l. 1. ff. eo. tit. Ad l. Cornel. de Sicar. reſp. 1. & §. 1.* Punitur quoq; falſus teſtis etſi conat⁹ nō habuit effectū. Tertio, quia proximum lædunt, iuxta modū læſionis ſunt puniendi, *ita præd. Gloſ.*

Con-

Concludendum igitur hinc eſt, quod ſi prædicta communis Doctorum opinio ſuper his, quos Aſſaſſinos vocant, procedit, prout expreſſe hic in hac noſtra Conſtitutione ab Auctore, nempe, Gregorio XIV. firmata videtur, qui de iiſdem impropriè ſumptis intellexiſſe neceſſario apparet; (Nam ſi aliter voluiſſet, fruſtra de ſimilibus tractaret, cum gẽtes prædictæ ab hac aula, vt diximus, receſſerint, quod poſt hæc manuſcripta reperi apud Ambroſ. *d. cap. 7. num. 6. in fi.*) multo magis alios ſup. dictos, nempe teſtes falſum deponentes, ac Iudices iniqua iudicantes inter eoſdem complecti debent, rationibus iã enarratis: ac præſertim quia his temporibus videmus, quod homines ſæpiſſime periurant, & plures in interitum modica ducti mercede trahunt. Vnde licet de Iure communi huiuſmodi Aſſaſſini mandatores, ſeu locatores, & conductores appellentur, attamen quia prædicta mercede interueniente grauius delinquere videntur, vt communiter ſuis tradunt locis Scribentes, ſicuti videre eſt Clarum *in d. §. Aſſaſſinium. verſ. Scias. in fi.* Idcirco factum eſt, vt etiam affectus, quamuis effectus non fuerit ſecutus, puniatur, *Clar. ibidem in princ.* quod eſt contra id quod ſup. diximus *hoc eo. Cap. d. §. 1. poſt nu. 116. per aliqq.*
150 *ſeqq.* Itaque militante † hac eadem ratione in illis duobus ſupradictis caſibus de Iudicibus & Teſtibus, ſeu alijs complicibus, idem ius ſtatuẽdum putarem, *l. Illud. ff. Ad l. Aquil. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de Fonte.*

Vnum tandem addas hic, quod li-
151 cet affectus † effectu non ſecuto puniatur, non tamen eadem pœna, qua ſi is ſecutus eſſet, huius criminis rei tenebuntur, ſed iuxta facti qualitatem, & perſonarum iudicis arbitrio relinquendum putat Clarus *d. §. Aſſaſſinium. eo. verſic. Scias etiam. iuncto alio verſic. Scias etiam. in §. fi. quæſt. 92. quem ipſemet ibidem allegat.* dicẽs etiam, quod in mitiorem partem debet iudex inclinare: vide tamen Capyc. *d. Deciſ. 155. nu. 21.* & alios Scribentes ſuis locis.

Eſt denique hic diſcutiendum, An
152 † huiuſmodi pœnæ perſonas afficiant eccleſiaſticas, ita vt abſq; degradatione actuali poſſit iudex ſecularis in illas animaduertere, & velut eoſdem laicos propria auctoritate punire? Et breuiter & reſolutiue dico quod non. Primo quia ſatis conſtat ex præcedẽtibus quæ tradita ſunt pro declaratione præſentis Cap. I. de Homicidio, lib. VI. & pręter ſupradicta in hac eadem Gregoriana noſtra Conſtitutione expreſſe confirmatur, quæ poſt crimina excepta ab hac Immunitate, tractans de perſonis Eccleſiaſticis, omnem abſtulit facultatem a iudicibus, & alijs ſecularibus poteſtatis officium gerentibus, ſe intromittendi etiam pro illis criminibus exceptis aduerſus dictas perſonas Eccleſiaſticas: quod legitur *ſub §. De crimine vero hæreſis. in verſic. Sicut etiam.* hiſce verbis:

„ *Sicut etiam prohibemus, NE*
„ *CONTRA ECCLESIASTICAS PERSONAS SECVLARES, AVT CVIVSVIS ORDINIS, VEL MILITIAE, ETIAM S. IOANNIS HIEROSOLYMITANI, REGVLARES quoquomodo, etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos Iuris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſue ab Eccleſijs, Monaſterijs, Domibus, Locisq; ſacris, aut religioſis, ETIAM IN CASIBVS IN HAC CONSTITVTIONE EXPRES-*

„ *PRESSIS, extrahere, abducere,*
„ *capere, carcerare, aut cognoſcere*
„ *de criminibus ad Forum Eccleſi-*
„ *aſticum pertinentibus, alias quã*
„ *de Iure, & per priuilegia eiſdem*
„ *Ordinibus, aut Militijs conceſſa,*
„ *permittitur, quomodolibet præſu-*
„ *mant, &c.*

Hic miror de Domino Ambroſino, qui nullã huiuſmodi rei fecerit mentionem: Imo dum hanc rem diſcutit *in præcit. ſuo Trac. cap. 17. poſt num. 5. in aliqq. ſeqq. numm. ad duodecimũ vſque*, illud ſolummodo concludit, quod debet ferri ſententia declaratoria ab Epiſcopo, vel alijs ſuperioribus eccleſiaſticis ad hoc, vt huiuſmodi perſonæ eccleſiaſticæ condemnari poſſint a iudicibus temporalibus abſque ſolemni degradatione, licet hoc ibidem non ſine aliqua controuerſia pertrãſeat. Sed quicquid ſit, pro eius deciſione videtur exſtare quædam Extrauagans Conſtitutio fel. recordat. Clementis VIII. *edita die* 18. *Decemb.* 1595. (quam ad verbum refert Quaranta *in d. trac. Summa Bull. ſub rub. Forum Competens. Cõſtit. vlt.*) in fauorem prædictarum Eccleſiaſticarum perſonarum, & præſertim Mi-
153 litum † Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani: vbi inhibetur expreſſe, ne ſecularis Curia prætextu præſentis criminis Aſſaſſinij ſententiam aliquã declaratoriam ferre, quod Aſſaſſiniũ commiſerint; neque ad pœnarum exſecutionem deuenire audeat, niſi prius per eorum ſuperiores, adiuncto ſibi loci Epiſcopo, declaratum fuerit, illos tale Aſſaſſinium commiſiſſe, non obſtante quauis etiam antiquiſſima, & immemorabili conſuetudine in contrarium forſan quomodolibet vrgente. Quod voluit etiam extendi non ſolum ad Fratres dicti Hoſpitalis, ſeu Milites, vel Religioſos, ſed etiam ad Familiares, Seruitores, ac Præsbiteros ſeculares eorum Eccleſijs inſeruientes, dum eis inſeruiunt: ac etiam ad quaſuis alias perſonas dicti Hoſpitalis: & omnino ita fieri præcipitur, vt hiſce patet verbis:

„ *AEqua, & circũſpecta Rom. Pon-*
„ *tificis prouidentia, inter cætera,*
„ *quæ ei diuinitus incumbunt, illud*
„ *etiam ſollicite proſpicere & ca-*
154 „ *uere debet, Ne Iudices † ſeculares*
„ *in Perſonas Eccleſiaſticas, & præ-*
„ *ſertim Hoſpitalis S. Ioannis Hie-*
„ *roſolymitani, pro fidei Catholicæ*
„ *aduerſus Chriſtiani nominis ho-*
„ *ſtes defenſione aſſiduè laborãtes,*
„ *ſub prætextu criminis Aſſaſſinij*
„ *vltra quam deceat, manus exten-*
„ *dant. Propterea nos pro Paſtoralis*
„ *officij noſtri munere his malis at-*
„ *que incommodis, quæ de cætero e-*
„ *uenire poſſent, opportuna ratione*
„ *obuiare volentes: & vt Milites*
„ *religioſi prædicti in ſuis Immu-*
„ *nitatibus, & priuilegijs, vt par*
„ *eſt, conſeruentur illæſi: Motu pro-*
„ *prio, non ad ipſius Religionis, aut*
„ *alicuius pro ea nobis ſuper hoc o-*
„ *blata petitionis inſtantiam, ſed*
„ *ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ*
„ *poteſtatis plenitudine, ac noſtra*
„ *perpetuis temporibus valitura*
„ *Conſtitutione, Decernimus decla-*
„ *rationem criminis Aſſaſſinij ad*
„ *Iudicem Eccleſiaſticum omnino*
„ *pertinere. Ideoq. omnibus & ſin-*
„ *gulis quarumcunque Ciuitatum,*
„ *Prouinciarum, Terrarum, Regno-*
„ *rum, & Dominorum Curijs, Tri-*
„ *bunalibus & Miniſtris, cæteriſq;*
„ *perſonis, quacunque etiam Rega-*
„ *li, Imperiali, & alia auctoritate*
„ *& poteſtate fungentibus, & fun-*
„ *cturis, auctoritate Apoſtolica te-*
„ *nore præſentium diſtrictè prohi-*
„ *bemus, atque interdicimus, ne, ſub*
„ *excommunicationis maioris latæ*
„ *ſententiæ, a qua nõ, niſi a Romano*

„ *Pontifice, præterquam in mortis*
„ *articulo conſtituti abſolui queãt:*
„ *aliiſque pœnis noſtro, & ſucceſſo-*
„ *rum noſtrorum pro tempore exi-*
„ *ſtentium arbitrio infligendis, &*
„ *per quemcunq; eorum ipſo facto,*
„ *& ipſo iure ſine aliqua declara-*
„ *tione incurrendis, audeant, vel*
„ *quoquomodo præſumant ex nunc*
„ *de cætero in perpetuum contra ali-*
„ *quos dicti Hoſpitalis Fratres, Mi*
„ *lites, ac Religioſos, Donatos, Fa-*
„ *miliares, Seruitores, necnon Preſ-*
„ *biteros ſeculares eorum Eccleſiis*
„ *inſeruientes, dum eis inſeruiunt,*
„ *& alias quaſuis perſonas dicti*
„ *Hoſpitalis Declaratoriam aliquã*
„ *ſententiam ferre, quod Aſſaſſinii*
„ *crimen commiſerint: neq; ad pœ-*
„ *narum exſecutionẽ deuenire, ni-*
„ *ſi prius per ſuperiores eorum ad-*
„ *iuncto ſibi loci Epiſcopo declara-*
„ *tum fuerit, eos tale Aſſaſſinium*
„ *commiſiſſe, non obſtante, &c.*

Qua Conſtitutione ſic ſtante, id ſolum probari videtur, quod tradidit Ambroſinus, vt ſ. poſt prædictam ſententiam declaratoriam abſque alia degradatione iudex ſecularis eos punire poſſit. Sed hoc abſit, quia ſi Epiſcopis commiſſa eſt huiuſmodi declaratoria, vt ibi patet: idem dicendum eſt de prædicta degradatione: nam vt conſtiterit ipſi Iudici eccleſiaſtico, talem perſonam ſimile commiſiſſe crimẽ, antequam eam Curiæ conſignet ſeculari puniendam, debet ſolemniter illam perſonam degradare, & poſtmodum Curiæ prædictæ tradere, iuxta regulam ſæpeſæpius ſup. in hac eadẽ Quæſtione relatam, *præſertim per ea, quæ diximus poſt nu.* 76. Sed dicas melius, quod per huiuſmodi Clementinam non apparet derogatum Iuri communi, quo, vt diximus, cauetur, quod antequam perſonæ eccleſiaſticæ tradantur Curiæ ſeculari pro quouis enormiſſimo crimine, prius degradari debeant: ſed illud ſolum videtur nouiter Sancitũ, quod illæ perſonæ, quarum eadem Conſtitutio mentionem facit, non poſſint condemnari a quouis Iudice ſpirituali, ſicuti dicemus in fine huius §. ideſt, quod vbicunque capti, &c. neque etiam a ſuis ſuperioribus ſolis, niſi adiuncto loci Epiſcopo (quibus prius hoc cognito) declaratum fuerit, aliquam earundem perſonarum tale cõmiſiſſe Aſſaſſinium: & hoc ſtatutum eſt propter earum fauorem, vt in principio ipſiuſmet Conſtitutionis habetur: alias ſequeretur maximum inconueniens, quia, cum vellet eis fauere, in earundem diſpendium retorqueretur. Itaque gratioſam illam Cõſtitutionem præcitatam non debemus in damnum earum retorquere, *iuxta c. Quod ob gratiam. de Reg. iuris. lib.6. & per allegata ſup. Cap. III. §. I. num.* 15. *quibus forte non extra propoſitum adderem ea, quæ in ſeq. num.* 16. *d. §. habentur.* Igitur poſtquam declaratum fuerit, hanc perſonam tale (vt dictum eſt) commiſiſſe Aſſaſſinium, poterit eius ſuperior, ſi expedire videbitur, eam brachio tradere ſeculari, iuxta facti qualitatem: nam ſi non habuerit effectum, hoc eſt, quod non ſit per ſectum homicidium, ſed tantum ſint illata vulnera, ex quibus mors non ſit ſecuta, non erit honeſtum affirmare, quod huiuſmodi perſonæ debeãt a iudice temporali puniri, quia repugnat quod ſup. diximus *in num.* 151. nam ſi illæ perſonæ, quæ penitus ſeculari ſubſunt iuriſdictioni, non debent ordinaria plecti, pœna quando nõ fuerit ad huiuſmodi aſſerti criminis perfectionẽ deuentum, ſed iudicis arbitrio, mitiori pœna (vt *d. nu.* 151. diximus) puniendæ relinquuntur: quanto magis de perſonis eccleſiaſti-

 cis,

cis,& præſertim de eis, quas d. Clementina Conſtitutio commemorat, illud eſt affirmandum? Vnde ſi cæteræ perſonæ, præter has,nõ traduntur morti: neque prædictæ eccleſiaſticæ ſecularis iudicis poteſtati poſt huiuſcemodi criminis declaratoriam cenſeri debent relictæ: nam quando hæc perſonæ eccleſiaſticæ ſeculari Curiæ puniendæ traduntur, ſemper tacite intelligitur, quod ſecularis iudex pęna mortis illas punire debeat, prout velle videtur textus in d.cap. Degradatio. *de Pœnis. lib.6.* & alius text.in cap. Nouimus. *infra de Verb. ſign.* Et licet ibi Abb. *in num.3. & vlt.* dicat, quod Eccleſia debet pro eis efficaciter intercedere, vt citra mortis pœnam iudex ſecularis illas punire velit; illud tamen intelligitur ex parte iudicis tradentis,ne ſanguinis particeps fiat; ſed poſtquam ſunt de foro ſeculi,poterit ſecularis iudex iuxta legum ciuilium diſpoſitionem illas punire: & hoc alibi videtur ſentire idem Abbas *in d. cap. Cum non ab homine. ſup. de Iudicijs.* dicens *in num. 9.* quod poſtquam clericus ſuis demeritis efficitur de foro ſeculi, pœna non eſt imponenda ad voluntatem Eccleſiæ, ſed prout videbitur iudici ſeculari: ſufficit enim,quod legitimã pœnam imponat, quantuncunque Eccleſia aliter intercedat, *& allegat d. cap. Nouimus. & d. cap. Degradatio.* Et ratio eſt, quia Eccleſia non poteſt eum commode caſtigare, quia non infert pœnam mortis: ideo relinquit eum iudici ſeculari, *idem Abb. in d. cap. Cum non ab homine. nu.25. in fine.* Et hoc de conſuetudine ſeruatur,q̃d poſtquam fuerit facta illa traditio, ſemper intelligitur,quod pœna mortis naturalis puniri debet, *Clarus in d. §. fi. quæſt. 36. verſic. Sed an Iudex, vbi allegat Chaſſ. ſuper Conſuet. Burg. & alij vbicumque Scribentes.*

Sed tãdem,præter has ſupradictas rationes,alia quoque maiori hoc probandum puto,nempe ex eo,quod refert Petrus Matthæi *in ſuo Sept. Decretall. lib.1. tit.4. de Cardinalibus. in Additione poſt Conſtit.3.* qui quẽdam
155 caſum † in perſonam Beatiſſimi Cardinalis Caroli Borrhomæi optimi præſulis,& integerrimi paſtoris, vere D. Ambroſij in Mediolanenſis Eccleſiæ regimine ſucceſſoris enarrat, qui nouiſſime in numero Sanctorum a S.D.N.D.Pauli V.aſcriptus eſt; in quem Anno ſalutis 1569. tres facinoroſi pſeudomonachi ex ordine Humiliatorum coniurationem perfidiſſimam trucidationis fecerant, & cuidam(non quidem ſacris initiato, ſed tamẽ eiuſdem ordinis profeſſo) apoſtatæ negocium id efficiendi dederãt: qui Mediolani commoratus,captata occaſione, in domo Archiepiſcopali in Cardinalem flexis genibus in Oratorio precantem, ſclopeto glãdem coniecit; ſed Diuina manu Antiſtitem protegente,globus non penetrauit. Qui coniecerat,poſt aliquos dies captus,ac Mediolanum ductus, coniurationem detexit: & manu truncatus, candentibuſque forcipibus laceratus, extremo tandem mortis ſupplicio affectus eſt. Cõiurati etiam comprehenſi, & initæ inter ſe coniurationis ſcelus faſſi,Summo Pontifice cõſentiente Degradati, capite plectuntur. Hæc præd. de Matthæi *loco citato* refert. Vnde ſi in huiuſmodi impio, ac deteſtabili, nefandiſſimoque ſcelere Degradatio pęnam præceſſit, quanto magis in hoc Aſſaſſinij crimine, cum ſatis ſuperque liqueat ex ipſiſmet ſacris Canonibus quantum diſtet vnius ab altero immanitas? q̃d ex pœnarum impoſitione facile cognoſci poteſt in illo præcitato textu in cap. Felicis. de Pœnis lib. 6. & in illamet Extrauaganti. Conſtit. 3. de lib.7.

lib. 7. Decret. vbi d. de Matth. prædictum caſum refert. Itaque amplius non inſiſtam.

Adueniente tamen caſu, quo quis imputatus fuerit de Aſſaſſinio, & receptis informationibus, conſtitoque apud Epiſcopum, vel quemlibet aliũ loci Ordinarium, qui non poſſit imputatum punire, non idcirco Curia ſecularis illum capere, & propria auctoritate punire debet, licet ab Ordinario declaratum ſit, talem perſonã aliquod commiſiſſe Aſſaſſinium: ſed procedere debet, quod diximus *ſup. nu.* 125. ſuper illis verbis: *A toto Chriſtiano populo perpetuo diſſidatus*: nempe, vt vbique locorum, vbi huiuſmodi aſſerti Aſſaſſini fuerint adinuenti, ab eorundem locorum Ordinarijs capi, puniriue, ſeu degradari, curiæue poſtea ſeculari tradi poterunt, ambulantibus terminis ſupradictis. Quæ omnia ſufficiant quoad hanc præſentem Quæſtionem. Deueniamus ad alios caſus in hac Conſtitutione comprehenſos.

SVMMARIA.

1 *Hæretici ab hac Immunitate per hanc Conſtitutionem excluduntur.*
Quod Iure Diuino ſancitum eſt: vide in num. 139.
Qui ſint? num. 2. & num. 11.
An pro quouis alio crimine propter Hæreſim excludantur? num. 7.
Qui comprehendantur eorum appellatione? num. 140.
3 *Hæreſis vnde dicta, ſecundum vnam ſententiam? Item,*
Altera opinio, ſecundum Hoſtienſem, num. 4. Item,
Eſt & tertia opinio, num. 6.
Grauiſſimum crimen eſt, ideo in dubio non præſumendum, num. 16.
5 *Heremita cur ſic dictus?*
8 *Ambroſinus ſuper hac Conſtitutione, cap. 8. num. 9. confutatur.*
9 *Infideles an incidant in hæreſim?*
Et an aliquando pro hoc crimine poſſint puniri? num. 10.
12 *Suſpectus de hæreſi an tanquam hæreticus damnari poſſit? & num. 15.*
Qui ſint huiuſmodi ſuſpecti in Hoc Libro contenti: & An gaudeant Hac Immunitate? num. 18. 21. 22. 32. 38. 39. 40. 41. 43. 46. 48. 51. 52. 56. 58. 62. 63. 64. 70. 75. 82. 91. 92. 98. 103. 105. 115. 116. 117. 118. 121. 129. 130. 132. 133. 135. 137. & 138.
An gaudentes liberentur omnino a tota pœna? num. 141. & 142.
13 *Coniecturæ an ſint ſufficientes ad procedendum ad condemnationẽ vſque?*
14 *Delicta quãdo probari nõ poſſunt, quid agendum?*
17 *Crimina non præſumenda?*
18 *Cærimonias prauas obſeruans ſit de hæreſi ſuſpectus.*
19 *Pſeudoprophetias adorantes an ſint vere hæretici, vel tantum de hæreſi ſuſpecti, vti voluit Menoch. lib. 5. Præſump. 6. num. 16?*
Quis ſit Pſeudopropheta? num. 20.
21 *Communicans cum hæreticis ſuſpectus eſt de hæreſi.*
Eorundem libros legens, hæreſim continentes, aut eos penes ſe habens, de hæreſi tantum ſuſpectus eſt, confutata Archidiaconi ſententia: Vide in num. ſeq. 22. & num. 30.
Quam pœnam incurrunt? n. 23. & 27.
Quid de legentibus alios hæreticorum libros de alia re, præter hæreſim, tractantes? num. 24. & num. 31.
Doctis etiam viris prohibita illorum lectio de hæreſi tractantium; & qua ratione? num. 25.
Extende quoque ad eos, qui vellent illis vti ad conuincendos eorundem hæreticorum errores, etiam ſi fuerint ipſimet Inquiſitores, num. 26.
Pœna quos comprehendat? num. 27.

 Limi-

Limita ſupradicta, vt in num. 29.

28 *Caroli Molinæi Opera omnia, etiã quoius Additiones legi prohibitum eſt, cum reuocatione literarum illa retinendi.*

30 *Archidiaconus in c. Sanè. il 2. poſt nu. 3. Cauſa, 24. quaſt. 2. quem ſecutus eſt Romanus in ſuis Singularibus, 322. confutatur.*

32 *Hæreticorum receptores de hæreſi ſuſpecti ſunt, ideo excommunicantur.*

Limita tamen prout in num. 36. & 37.

33 *Salomon Rex licet ſapientiſſimus, Idolatra.*

34 *Matrimonium initum inter hæreticos & fideles an teneat?*

Vel cum excõmunicato tantum? nu. 35.

37 *Egenis quibuſcunque an ſubueniendũ?*

38 *Dæmones inuocans ad tentandam alicuius pudicitiam de hæreſi ſuſpectus eſt.*

Quod ſpectat ad apoſtaſiam, num. 39.

Alias dicitur ſuperſtitionis ſpecies, nu. 40.

Huiuſmodi inuocatio facta ad exercendum opera eius, naturaliter impoſſibilia, quid ſapiat? num. 41.

Limita, vt in num. 42.

Quando poſſint contra huiuſmodi reum Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere? num. 43.

Expreſſe dæmones inuocare quãdo quis cenſeatur? num. 44.

In dubio an contra ſimiles præſumendum? num. 45.

Eorundem expectare reſponſa, hæreticum eſſe dicitur in quadam Extrauaganti Conſtitutione Pij IIII. nu. 57.

45 *Delinquentium ob frequentiam exaſperandum.*

46 *Diuinans ea, quæ ſunt hominum cognitu impoſſibilia, ex inſpectione ſyderum, & natalium dierum, ſuſpectus eſt de hæreſi.*

Diſtingue ſecundum D. Thomam, nu. 47.

Diuini unde dicti? num. 49.

Diuinatio quid? num. 50.

Species eſt ſuperſtitionis, num. 51.

In vtroq; Teſtamento reprobata, n. 52.

De iure huius Regni qua pœna puniri debent huiuſmodi diuinatores: & an ſit vſu recepta eius pœna? num. 53.

48 *Futura prædicens, præter diuinam reuelationem, ſemper increpandus.*

53 *Statutum, ſiue Regni Capitulum inter Capp. Regis Federici, ordine ſuo 76. editum contra incantatores, diuinatores, & ſimiles, an ſit in viridi obſeruantia?*

54 *Aſtrologia iudiciaria vtentes an ſint puniblles: & a quibus puniendi?*

55 *Extrauagans Conſtitutio Pij V. contra exercentes aſtrologiam iudiciariam, vel diuinationis ſpeciem, qua datur facultas Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis aduerſus eos procedi poſſe, an reuocet, vel tollat ab alijs illam facultatem, quibus de iure competit illorum punitio?*

56 *Sortilegus ſuſpectus eſt de hæreſi.*

58 *Incantatores, ſeu Magi ſuſpectiſſimi ſunt de hæreſi: ac etiam aliquando inter ipſoſmet hæreticos computantur.*

Laici regulariter excommunicantur: Clerici vero, præter excommunicationem, alijs pœnis plectuntur, ex quadam Extrauag. Conſtit. Leonis X. num. 59.

Limita iuxta Nauar. & alios, vt in num. 60.

Quandoque Curiæ ſeculari traduntur, num. 61.

62 *Hoſtiam non conſecratam ſibi dari petens quando vult communicare, an hæreticus cenſendus ſit?*

63 *Schiſmaticus, vel alium partes ſequẽs de hæreſi ſuſpectus eſt. Et qui dicuntur ſchiſmatici? & num. 65.*

Declara, vt in num. 66.

An gaudeant hac Immunitate? nu. 67.

64 *Schiſma quid: Et unde dicta?*

68 *Euchariſtiam Sacroſanctam non ſumens*

mens ſaltem ſemel in anno, vt diſpoſitum eſt in Cap. Omnis. ſup. de Pœnit. & remiſſ. an ſit de hæreſi ſuſpectus, iuxta ſententiam Menochij? vide etiam in ſubſeqq. numm. & præſertim in num. 80.

Qua pœna ſit puniendus? nu. 72. & 73.

Negans teneri Chriſtianus, aut ligari poſſe d. cap. Omnis, qua pœna ſeriatur? num. 75.

Tempus ſumendi Sacroſanctam Euchariſtiam in Paſchate, vt dicitur in d. textu, Omnis, quomodo generaliter ſumatur? num. 76.

Et an longe nimis poſt Paſcha differri poſſit? num. 79.

Mediolani mos pro ſatisfaciendo d. cap. Omnis, num. 77.

Quomodo ſeruetur in Regno Hiſpaniarum? num. 78.

An ſub cenſuris eccleſiaſticis compelli poſſint Chriſtiani ad ſatisfaciendum d. cap. Omnis? num. 80. & ſeq.

Et quid in meretricibus? num. 81.

69 *Felinus in Rubrica, ſup. de Hæret. circa med. verſ. Et nota quod, quem refert Menoch. lib. 5. Præſump. 6. nu. 27. reconciliatur.*

70 *Excommunicatus perſiſtens per annum in excommunicatione, ſuſpectus eſt de hæreſi.*

71 *Carrerius a Menoch. relatus, quem & ipſe ſecutus eſt in præcit. præſump. 6. d. lib. 5. qui, illum voluiſſe, refert, quod non communicans in Paſchate, iuxta cap. Omnis vtriuſque ſexus. ſup. de Pœnit. & remiſſ. incidat in excommunicationem, confutatur & inibi de intellectu d. cap. Omnis, quibus adde ea, quæ dicta ſunt in præced. num. 66.*

73 *Viuo cui communicamus, regulariter debemus & mortuo communicare.*

74 *Papa an ligetur d. cap. Omnis, ita vt peccet non adimplens ea, quæ ibi ſtatuta ſunt?*

An ſimoniam committere poſſit? n. 101.

Propter hæreſim deponitur, num. 102.

82 *Blaſphemare aſſidue ſolitus, de hæreſi ſuſpectus eſt.*

Pœna varia aduerſ. blaſphemos, n. 83.

An pœna Iuris communis aduerſus eos ſit in vſu? num. 85.

Deum, & B. Virginem blaſphemantium pœna de iure huius Regni, num. 86.

Quæ an ſit vſu recepta, vide in nu. 88.

Quid ſi ad Eccleſiam confugiant, an ab ea tueantur? num. 89. cum num. ſeq.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis contra quos blaſphemos procedere poſſunt? num. 90.

Quid de blaſphemantibus alios Sanctos, præter ipſum Deum? num. 92. & ſeq.

Virginem Dei genitricem blaſphemans quomodo puniatur in regno Hiſpaniarum? num. 93.

Miracula quædam aduerſus quoſdam peſſimos luſores B. Virginem blaſphemantes, num. 94.

Quæ pœna fuerat in lege Moyſis conſtituta aduerſus blaſphemos? num. 95.

84 *Blaſphemia quid?*

Quot committi poteſt modis? per omnes ſubſeqq. numm. vſque ad num. 97.

Deo multum exoſa, etiam in dæmonem prolata, num. 97.

87 *Dæmonis nomen ſanctum inuocans qua pœna ſit puniendus ex vi Pragmaticæ Regni?*

98 *Simoniam committens an ſit de hæreſi ſuſpectus, iuxta voluntatem Menochij, relatam in d. præſump. 6. nu. 30. lib. 5? & num. 99. 101. 102.*

An gaudeat hac Immunitate? nu. 100.

99 *Intellectus ad cap. Per tuas. il. 1. infra, de Simonia. in illis verbis prope finem, vbi dicitur, quod ad comparationem eius, i. Simoniæ, cætera crimina pro nihilo reputantur.*

103 *Magiſtratus requiſitus auxilium præſtare ad hæreticum apprehendendum, ſi recuſat, de hæreſi ſuſpectus eſt.*

104 *Fauere dicitur, qui negligit hæreticos cape-*

capere.

105 *Epiſcopus, vel quilibet alius in ſacris poſitus ordinibus ſcienter hæreticum hæredem inſtituens, vel quid aliud ei relinquens in teſtamento ſecundũ Menoch. d. Præſump. 6. num. 33. lib. 5. præſump. de hæreſi ſuſpectus eſt.*

Amplia quoque ſi fuerit teſtatoris conſanguineus. num. 107.

Sed iuxta ſententiam noſtram ad alios quoque extendimus; vide in nu. 111.

Limita, vt in num. 114.

106 *Infideles an poſſint hæredes inſtitui, vel aliquid eis in teſtamẽto relinqui?*

108 *Felini intellectus in Summario cap. Si quis Epiſcopus. infra, de Hæreticis: vide etiam per aliqq. numm. ſeqq.*

109 *Lex intelligenda iuxta titulum, cui ſubeſt.*

110 *Hæreditas quid?*

112 *D. Auguſtinus cuius Prouinciæ fuerit Epiſcopus?*

113 *Facere cenſetur is, cuius auctoritas interpoſita eſt.*

115 *Religioſus, qui relicta religione factus eſt apoſtata ſine probabili & iuſta cauſa, de hæreſi ſuſpectus habetur.*

Quod multo magis procedit quando duxiſſet vxorem, num. 116.

An ſit admittendus ad hanc Immunitatem? 119.

117 *Menochius lib. 5. Præſump. 6. num. 35. declaratur, dum dicit, quod Religioſus relicta religione factus apoſtata, ſi palam ducat vxorem, vere hæreticus cenſetur.*

118 *Clericus in ſacris conſtitutus ducendo vxorem de hæreſi ſuſpectus fit.*

120 *Deciani diſtinctio in lib. 6. tract. Crimin. cap. 28. alias 29. num. 13. dum voluit, quod Apoſtata a religione debeat admitti ad hanc Immunitatem, dummodo non aufugiat ad eandem Religionem, vel Monaſterium, a quo diuertit, confutatur.*

121 *Nuptijs pluribus eodem copulatus tempore, de hæreſi ſuſpectus eſt.*

Diſtingue, vt in num. 126.

An ſit excommunicatus? num. 122.

Qua pœna de iure Canonum puniatur? num. 124.

Et qua de iure ciuili? num. 125.

Aliquando vt hæreticus puniatur, num. 127.

Quando contra illum iudex ſecularis poſſit procedere? num. 128.

Euidens ſuſpicio qua ſit contra huiuſmodi Reum, vt pro hæretico habeatur? num. 129.

123 *Paulus Grillandus in tract. de Pœnis omnif. coitus. quæſt. 14. bene confutatur a Couar. in tract. de Matrimonio. cap. 7. §. 3. num. 6. poſt med. verſic. Suſpectus etiam.*

130 *Ea, quæ pendent ab animo & conſcientia quomodo probanda?*

131 *Carnibus diebus ab Eccleſia prohibitis veſcens abſque neceſſitate, de hæreſi ſuſpectus eſt.*

132 *Sacerdotes confeſſarij dum Pœnitentiæ ſacramentũ fidelibus adminiſtrant, ſi aliquam alliciant mulierem ad libidinem, de hæreſi ſe reddunt ſuſpectos ex Conſtitut. Pij IIII.*

An illius pœna extendatur ad eos, qui adoleſcẽtes ad actum nefandum prouocauerint? num. 133.

Quomodo ſumitur illud, DVM POENITENTIAE SACRAMENTVM FIDELIBVS ADMINISTRANT? num. 134.

135 *Miſſæ Sacrificium ſi quis nondum ad ſacrum presbiteratus ordinem promotus celebrare præſumpſerit, qua pœna puniatur?*

136 *Pœnitentiæ ſacramenti munus qui nondum ad Sacerdotium promotus miniſtrare auſus fuerit, qua pœna feriendus?*

137 *Inquiſitionis Officij carceres infringẽs, vel impediens, aut offendens perſonas eiuſdem; vel eorum bona diripiens quibus ſit pœnis obnoxius? & de eiuſdẽ criminoſi filijs, & cõplicibus.*

Veniam

Veniam petere, vel pro ſimilibus interce-dere quis prohibetur, num. 138.
142 *Peccantes publice palam corripiendi.*
143 *Pœnitentia publica an in aliam ſecre-tam commutari poſſit: & a quo?*

§. VI.

1 SEXTO excluſi † ſunt ab hac Immunitate Omnes illi, qui in HÆRESIS Crimen inciderint. Pro cuius rei declaratione prius ſciẽdum eſt, quis ſit Hæreticus, ne, dum de Hæreſi tractamus, eius principia ignoremus.

Sciendum igitur, ſecũdum Iulium Clarum *in §. eodem, hoc eſt, Hæreſis.*
2 *in princ.* illum † eſſe Hæreticum, qui de Fidei articulis aliter ſentit, quam ſancta Romana Eccleſia: & hanc eſſe communem ex Boſſ. *in tit. de Hæret. num.* 1. affert opinionem. At ſecundum aliam ſententiam, quam refert idemmet Clarus *loco cit. ex Gloſ. penult. in Clement. vnica, de Vſuris,* non modo Is vere Hæreticus dicitur, qui male ſentit (vt dictum eſt) de articulis Fidei, vel de Sacramentis Eccleſiæ, ſed etiã ille, qui habet peruerſum dogma; vel nouas gignit opiniones falſas, aut veteres falſas, & ab Eccleſia damnatas, amplectitur: quam ſententiam fuiſſe Doctores ſecutos, tradit Franciſcus Squillacenſis *in trac. de Fide Cathol. cap.* 14. quẽ *ibidem* allegat Clarus. & approbari videtur a D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 1. *ad contr.* quod deſumptum puto ex textu in Canone, Hæreticus eſt.
3 24. *q.* 3. Et dicitur † Hæreſis, quaſi Electio, a verbo Græco, αἵρεσις, quod, Electionem, latine ſonat, *c. Hæreſis, d. q.* 3. hoc eſt, quam vnuſquiſque eligit diſciplinam, putans eam eſſe meliorem: *& tradit D. Tho. d. art.* 1. Sed
4 ſecundum Hoſtienſem † *in Sum. co. tit. de Hæret. §.* 1. *in fi.* aliter apparet: quia Hæreticũ dici mauult a verbo, Erciſcor. i. Diuido: exemplo familiæ erciſcundæ. i. iudicium ſubſtãtiæ di-
5 uidundæ; Inde & Hæremita, † quaſi diuiſus ab alijs: ita & Hæreſis dicitur diuiſio. i. ſeparatio a fide Catholica, ſecundum Azonem. Sed hoc apud nos pro nihilo habẽdum eſt, eo quod vnum longe differt ab altero. Nam Hæreſis nomen inſcribitur cum aſpiratione, ac etiam cum diphthongo: quæ non reperiuntur in d. verbo, Erciſcor, vti videri poteſt in toto tit. Familiæ Erciſcũdæ, *in libb. ff. & Cod.*
6 Vnde potius † mihi videretur dicendum a verbo, Hæreo, quaſi ſibi hærens. i. opinioni ſuæ, quam quiſque habet. Sed quicquid ſit, non eſt tamẽ diſcedendum a præd. verbo Græco αἵρεσις, quod idem eſt cum latino: vnde dicas, Hæreſis. i. Electio, ſiue Secta: vnde, αἱρέομαι. i. Eligo: quod etiã tradit Franciſcus Maturantius *in Comment. Parodox. Cic. in princ.* & Calep. *in Dict. Lat. §. eo. i. Hæreſis.* Si quis autem aliter ſentit, eligat quod ſibi melius expedire videbitur, quia in his amplius nõ inſiſtam, ſed aliquos ſpeciales caſus referam, qui neceſſarij videtur pro præſentis Quæſtionis dilucidatione: cum ſoleat aliquando contra hos Hæreticos ex præſumptionibus, & coniecturis procedi. Sed quia ſumus in pœnis, vbi benigna facienda eſt interpretatio, & noſtra præſens Immunitas fauorabiliſſima eſt; idcirco ad diruendas has præſumptiones, nonnullos caſus excludere, ac etiam aliquos declarare propoſui in hac præſenti Quæſtione.

Sciendum itaque, quod plures, ac diuerſi caſus quandoque ex præſumptione ad Hæreſis crimen pertinere videntur, qui licet intrinſecus aliter ſapiant, extrinſecus tamen penitus pro Hæreticalibus habẽtur: Quidam

vero

vero quamuis præſumptionibus tales æſtimentur, contrarijs tamen indicijs, & probationibus elidi poſsũt. Idcirco pro hac re ad Menoch. recurrẽdum duxi *in ſuis Præſumptionibus, lib. 5. Præſump. 6.* qui doctiſſime quoſdam collexit caſus, quibus quis Hæreticus præſumendus eſt, ſi in aliquẽ illorum incidat. Sed quoniam inter eoſdem quidam ponuntur, quibus ſi quis purgetur, ab illorum pœnis exſuitur: ideo hic, ab eo non recedẽdo, eos pro viribus meis declarare conabor.

Sed priuſquam ad eos deſcendamus caſus, aduertendum eſt, quod
7 licet † Hæretici per hanc Conſtitutionem præſenti priuandi ſint Immunitate, nõ tamen debent pro alijs criminibus, quæ alias hic non ſunt excepta, ab eadem excludi, ſicuti ſup. diximus *hoc eo. Cap.* §. *III.* de eo, qui commiſit aliquod crimen in ipſiſmet Locis Immunitatis. Quod probatur verbis expreſſis ipſiuſmet Conſtitutionis, dum excipit tantum crimen Hæreſis, dicẽs, VEL HÆRESIS, non autem Hæreticos: Vnde ſi excludere voluiſſet Hæreticos, fortaſſe dubitari poſſet, an pro cæteris criminibus admitti deberent: ſed quia expreſſe in ea cautum eſt, alia auctoritate minime egemus: quod ante hãc Conſtit. reperi dixiſſe etiam Syluest. *verbo, Immunitas. 3. quæſt. 3.* §. *Secundum.*

8 Hinc reijce † dicta Ambroſini *hic cap. 8. num. 9.* qui ſimpliciter Hæreticum pro quibuſuis delictis poſt Hæreſim commiſſis hac Immunitate priuandum eſſe affirmat, vna cum d. crimine Hæreſis, adhibita Deciani diſtinctione *lib. 6. cap. 28. alias, 29. num. 6.* quæ ſane diſtinctio per hanc Conſtit. omnino fallit: & forte Decianus excuſari poſſet, cum huius Conſtit. nullam habuerit notitiam, eo quod non facit eius mentionẽ: vnde excludere voluit Hæreticos. Sed neque probatur apud Boer. Couar. & alios, id quod *in princ. d. num. 9.* refert Ambroſ. quia prædd. ſimpliciter loquuntur, dicentes, Hæreticos non eſſe tutos in Eccleſia, nullam faciendo mentionem reliquorum criminum. Quare dum indifferenter loquuntur, & Ius noſtrum non refragatur eiſdem, pro nobis eos allegare non verebimur.

Aduerte tamen hic, quod licet ſecũdum ſupradictas definitiones, ſeu deſcriptiones Infideles quoque comprehendi videantur inter ipſoſmet Hæreticos, nihilominus contrarium
9 dicendum erit: quia ſi infideles † prædicti in aliquem fidei errorem inciderint, non poterunt ab Inquiſitoribus Hæreticæ prauitatis puniri: quod omnibus puto notum eſſe, quamuis Ambroſ. *d. cap. 8. num. 4.* pro hoc alleget Io. de Ligna. & Calder. *inter Conſil. Bal. conſ. 316. in fi. lib. 1.* quod comprobaſſe Bald. *in Conſil. præced. eiuſdem lib.* refert, & tradit Nauar. *in Manual. d. cap. 27. num. 13.* quibus adde Clarum *in d.* §. *Hæreſis. verſic. Ad hoc autem.* quamuis quandoque
10 † poſſint ad huc & ipſi infideles pro Hæreſi puniri, puta quãdo erunt infeſti fidei Chriſtianæ, docendo, vel prædicando cõtra eandem fidem, vt bene docet Abb. *in cap. Gaudemus. num. 12. inf. de Diuortijs. qui allegat tot. tit. inf. de Iudæis.* Et dicit illud Apoſtoli,

„ *Quid ad nos de his, qui foris ſũt.* Intelligendum eſſe de excommunicatione, quoad fidem, & quoad ſpiritualia: quod etiam tetigimus & nos *ſup. Cap. III.* §. 3. *in verſic. Porro ex Clari ratio. poſt num. 16. & ſeqq. ſed melius in* §. 4. *ſeq. num. vlt.* Sed de hoc tractat idem Nauar. *in ſuis Conſilijs, parte 2. lib. 5. tit. de Hæreti. conſ.* 4. Qua-

4. Qua de cauſa quidam non abs re
11 aliter Hæreſim † definire volunt, di-
cētes, eſſe errorem intellectus Catho-
licæ fidei manifeſte cōtrarium ab ho-
mine Chriſtiano pertinaciter aſſertū.
Hinc illa diffinitio ſup. *in princ.* relata
intelligi debet pro præpoſitione hæ-
reticali in abſtracto ſumpta, v. g. Si
quis dixerit, vel negauerit aliquem
articulum fidei, dicens, Deum non
eſſe hominem factum: Hęc ſi quidem
præpoſitio a quouis prænuntiata, ſi-
ue Catholico, ſiue Infideli, hæretica-
lis eſt: & ita ſumitur illud Couar. *lib.
3. Varr. Reſoll. cap. 1. num. 2. vbi plu-
ra de his habere poteris: ſed hoc annue-
re videtur in verſic. Hinc ſane.*

Deueniamus ergo ad Menoch. *in
d. Præſump. 6. lib. 5.* Et omiſſis illis ca-
ſibus, primo loco ab eo traditis, qui-
bus ſi quis fuerit inuolutus, pro vero
Hęretico reputandus eſt, illos ſolum-
modo tradā, de quibus ſermo noſter
fuit, hoc eſt, qui præſumptionibus p
talibus haberi videntur: quorum
quoſdam etiam ex Genuenſi, *in Pra-
xi Archiep. Neapol. cap. 23. poſt num.
11. per aliquos ſeqq.* dicemus.

Sed quoniam de præſumptioni-
bus aduerſus hos Hæreticos agere
12 volumus, ideo videamus, an † ex prę-
ſumptionibus quis damnari poſſit?
Ac etiam an damnata, vel purgata d.
præſumptione quis abſolui debeat?
Qua propter cum eodem Menoch.
reſpondere curabo, qui *in lib. 2. de
Arbitr. Iud. caſu 374. num.* 8. ait quod
nemo ſuſpectus de Hæreſi pro Hære-
tico damnandus eſt. Et Iaſ. *in l. Ait
prætor. la. 2. ff. de Iureiur.* dicit, quod
13 in pœnalibus † ex coniecturis proce-
dendum non eſt: quod videtur ex
mente textus in l. Abſentem. *ff. de
Pœnis.* vbi *in princ.* idem dicitur, nē-
pe, vt in delictis & criminibus nemo
debet damnari ex ſuſpicionibus, &
præſumptionibus, niſi adeſſet præ-
ſumptio legis, hoc eſt, iuris & de iu-
re, vti declarat Bart. *ibidem*, qui hoc
modo reſpondet ad contraria: cum
quo concordat eius Addit. quæ alle-
gat Bal. Salic. & alios, qui dicunt, q̄d
ex indicijs indubitatis quis damnari
poteſt. Et ratio huius deciſionis ea
eſt, quæ traditur in d. l. Abſentem
14 vbi dicitur quod ſatius † eſt, impuni-
tum facinus nocentis relinqui, quam
innocentem damnare. Vnde quan-
tum ad Hæreſis crimen pertinet, fa-
cit quod habetur in c. Excommuni-
camus. *il 1. §. Qui autem. & ibi opti-
ma Gloſ. inf. d. tit. de Hæret.* vbi ſu-
per hoc ſano cū intellectu prouiſum
exſtat his verbis:

15 „ *Qui autem † inuenti fuerint ſola*
„ *ſuſpicione notabiles; niſi iuxta*
„ *conſiderationem ſuſpicionis, qua-*
„ *litatemque perſonæ propriam in-*
„ *nocentiam congrua purgatione*
„ *monſtrauerint, anathematis gla-*
„ *dio feriantur: & vſque ad ſatiſ-*
„ *factionem condignam ab omnibus*
„ *euitentur: ita quod ſi per annum*
„ *in excōmunicatione perſtiterint,*
„ *ex tunc velut Hæretici condem-*
„ *nentur.*

Quem text. *vt prædixi*, optime exa-
minat ibi Gloſ. ad quam me remitto.
16 Sed cum † hæc res ſit grauiſſima, vt
apparet in ijs, quę retulimus *in §. præ-
ced. poſt num. 85.* idcirco in dubio nō
præſumēda, ſed in benigniorem par-
tem interpretari debet, *c. Eſtote. inf.*
17 *de Reg. iur.* quia crimina † non præſu-
muntur, *l. Merito. ff. Pro ſocio. late
Menoch. d. lib. 5. Præſump. 7. ſeq. num.
20. & 21. & ample etiam ſup. eo. lib.
Præſump. 2.*

Hinc quaſdam pręſumptiones de-
clarare conabor, aduerſus quas nulla
valebit purgatio: reliquas vero iudi-
cis arbitrio relinquendas putaui *iux-
ta præd. tex. in §. Qui autem. cum ſua
Gloſ.*

Capio ergo Primam Præſumptio-
nem, *quæ ſubeſt num.* 16. Vnde dicit
Menoch. ex Simanca *in Catholl. In-
ſtitt. tit.* 10. *num.* 10. *& ſeq.* quod
18 obſeruans † prauas cærimonias ve-
hementer de Hæreſi ſuſpectus eſt: q̃d
putarem iudicis arbitrio relinquen-
dum, vt. ſ. ei purgationem indicere
19 poſſit. Sed quod voluit de eis, qui † a-
dorant, ſeu venerantur Pſeudopro-
phætas, puto nullam indici poſſe pur
gationem, ſed veluti Hæretici puniri
debẽt, cum Idololatriæ crimen com-
mittere videantur, quod ad Hæreſim
ſpectare, nemo eſt qui ignorat, *de quo
tractatur in c. Quidam autem. poſt. §.
Caiñani.* 24. *quæſt.* 3. *& tradit Genu-
enſis in d. Pract. Archiep. cap.* 23. *num.*
11. *poſt med. & tangemus inf. in fi. hu-
ius §. num.* 134. *&* 135. Nam Pſeu-
20 doprophæta † is eſt, qui aliter Scri-
pturarum accipit verba, quam Spiri-
tus Sanctus ſonat, *c. Vino. §. idem ſe-
cundum. Diſt.* 37.

Secunda Præſumptio eſt, cum
21 quis † communicat cum Hæreticis,
& cum eis familiaritatem contrahit:
hoc tradit Menoch. ex Siman. *tit.
ſeq.* 11. *num.* 9. Sed hæc præſumptio
non adeo erit firma, quin contrarijs
argumentis elidi valeat. Vnde recte
admonet Menoch. habendam fore
rationem qualitatis perſonarum, lo-
ci, & temporis, vt cenſeri poſſit iſte
plus, vel minus ſuſpectus: & *ibi* plu-
res alios allegat, inter quos refert Al-
bert. *in Rub. de Hæret. lib.* 6. *quæſt.* 4.
quem copioſe, inquit, diſſerere de his
communicantibus cum Hæreticis.
Sed hanc quæſtionem reaſſumemus
inf. cum de Quarta præſumpt. age-
mus.

Tertia Præſump. quam refert Me-
noch. *ibidem ſub nu.* 18. eamq; etiam
tangit in tract. de Arbitrarijs, *lib.* 2.
cent. 4. *caſu.* 374. *num.* 12. eſt aduer-
22 ſus eos, qui † frequenter perlegunt
Hæreticorum libros: ſed *in fi.* dicit
idem Menoch. hanc præſumptionem
ceſſare ob. Decretum Sacri Concilij
Trid. *quod eſt ĩ Seſſ.* 18. ſuper quo fel.
record. Pi[us] IV. (ſub cui[us] imperio fuit
d. Decretum Concilij celebratum) de
anno 1564. ex eodem Decreto, die
vero 24. Martij Conſtitutionem
quandam edidit, *incip. Dominici gre-
23 gis.* qua omnibus, † & ſingulis, tam
eccleſiaſticis perſonis, ſecularibus &
regularibus, cuiuſcunque gradus, or-
dinis, & dignitatis, quam laicis quo-
cunque honore, ac dignitate prædi-
tis interdicitur lectio, ſeu retentio li-
brorum prohibitorum in Indice ip-
ſiuſmet Concilij Trid. contentorum.
Si quis autem aduerſus illas regulas,
prohibitionemque in d. Concil. con-
tentam fecerit, is quidem, qui Hæ-
reticorum libros, vel cuiuſuis aucto-
ris ſcripta propter Hæreſim, vel falſi
dogmatis ſuſpicionem damnata, at-
que prohibita legerit, habueritue, ip-
ſo facto in excommunicationis pœ-
nam incidat: eamque ob cauſam in
eum tanquam de Hæreſi ſuſpectum
inquiri, & procedi liceat præter alias
pœnas ſuper eodem ab Apoſt. Sede,
ſacriſque Canonibus cõſtitutas. Qui
24 † autem libros alia de cauſa prohibi-
tos legerit, habueritue, præter peccati
mortalis reatum, Epiſcoporum arbi-
trio ſeuere puniri, mandatur. Huius
25 † autem quæſtionis ea eſt ratio, quæ
in eadem Conſtit. Pij habetur: vbi
dicitur, quod libri Hæreticorum pe-
ſtilentes, & contagioſi ſunt nõ ſolum
ſimplicibus, verum etiam bonis, &
doctis: quia ex illorũ lectione etiam
eruditiſſimi homines in varios erro-
res, & a veritate fidei Catholicæ, alie-
nas opiniones inſectantes, aberrare
poſſunt. Quare nulla eſt via, qua ma-
gis poſſit occurri Hæreſibus, ne in po-
pulo oriantur, & ne exortæ graſſen-
tur, quam ſi tales libri, ex quibus Hæ-

reſis

reſis venenum facile incautus quis
bibere poteſt, prohibeantur. Et gre-
26 gorius † XIII. ab huiuſmodi libro-
rum lectione abſtineri quoque præ-
cipit ipſoſmet ſacræ Theologiæ pro-
feſſores, licet ad conuincendos erro-
res illis vti velint: ac etiam alios etiã
quoſcunque Inquiſitores. *Hanc Con-
ſtitut. refert Petrus Matthæi in præd.
VII. Decretalium. ſub tit. de Libris
prohibitis. Conſt. 6.* Vnde ſanctæ, ac
piæ recordationis Clemens VIII.
(aucto prius a Sixto V. & demum
ab eodem met d. Indice libb. prohi-
bitt. in d. Conc Trid. contentorum)
27 decreuit, vt ij, qui † Hæreticorum li-
bros, hæreſim continentes, vel de Re-
ligione tractantes, ſine auctoritate
Summi Pontificis, & Sedis Apoſt.
ſcienter legentes, aut retinẽtes; quod
extendit etiam ad imprimentes, aut
quomodolibet defendentes ex qua-
uis cauſa, publice, vel occulte, quouis
ingenio, vel colore, poſtquam in ex-
communicationem fuerint lapſi, ab-
ſolui ab vllo nequeant: ſed ſibi reſer-
uauit eorum abſolutio, vt continetur
in primo capite Bullæ (vt dicitur)
Cœnæ Dñi, ab eodem promulgatæ,
& poſtmodum a S. D. N. D. Pauli
V. confirmatæ. Inſuper idẽ Clemens
VIII. *die 28. Auguſti*, 1602. quãdam
aliam edidit Conſtitutionem, *incip.
Apoſtolica Sedis, &c.* (cuius tenor ha-
beri poterit apud præd. Steph. Qua-
ranta, *in d. tract. Summa Bull. ſub tit.
Libri prohibiti. fol. mihi*, 292.) in qua
28 omnia † Opera miſerrimi Caroli Mo
linæi, quæque illa ſint, etiam Additi-
ones cuiuſuis libri (non tamen ipſe
liber, cui fuerit additio annexa) a ne-
mine cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordi-
nis, conditionis, dignitatis, honoris,
& præheminentiæ, licet de illis ſpe-
cialis, & indiuidua mentio foret ha-
benda, ſub eadem pœna ſupradicta
legi, & retineri poſſe, præcepit. Ac
etiam cum reuocatione literarum illa
legendi, & retinendi quibuſcunque
perſonis hactenus conceſſarum, &
inhibitione, ne eædem licẽtiæ cuiquã
de cætero concedantur.

Aduertendum tamen in hoc præ-
dicto caſu, quod hæc Præſumptio nõ
eſt iuris & de iure, ita vt probatio in
contrarium ſit prohibita: (quamuis
a noſtratibus non abſque controuer-
29 ſia relinquatur) ſed principaliter † re-
quiritur ſcientia, ad hoc, vt pœnæ in-
currantur: quod expreſſe cauetur in
eadem Bulla Cœnæ, ibi:

„ *Scienter legentes, aut retinentes,*
„ *imprimentes, &c.*

Quapropter, ſi quis ignoranter con-
trafecerit, dummodo illud probaue-
rit, ſecus erit dicendum. Et hoc eſt
vnum de illis requiſitis, quæ ponit
Graff. *in d. par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ.
conſc. lib. 4. cap. 18.* in explicatione e-
iuſdem Bullæ, *num.* 29. Alterum eſt,
quod debent eſſe Hæreticorũ aucto-
rum condemnatorum. Tertium eſt,
quod inf. dicetur *in verſ. ſeq.* Vnde
prçter hos caſus, videretur dicẽdum,
quod ſi libri Hæreticorum, qui de
hçreſi tractent, penes aliquem fuerint
inuenti; ob hoc ſolum adeo vehemen
ter de hæreſi ſuſpectus apparet, vt de
hæreſi condemnari poſſit, iuxta ſen-
30 tentiam Archid. † *in c. Sane. il 2. poſt
num. 3: 24. quæſt. 2.* quam ſingularem
dicit Rom. *in Singg. ſuis* 322. Sed
hoc quidem cum grano ſalis, vt dici-
tur, debet intelligi: quare adhiben-
dam duxi diſtinctionem Genuenſis
in Praxi Archiep. c. 23. num. 12. quam
apud eundẽ, ſi quis eã ſcire cupit, le-
gere poterit: quia non veni alienos
tradere labores, cum ſuiſmet locis vi-
deri poſſint. Si tamen Archid. opinio
procederet, vtique eſſe contra illud,
quod ſup. diximus *in num. 16. imo
contradiceret præd. Extrauag. Pauli
IV. vbi ſuſpecti tantum de hæreſi ha-*

bentur; vt etiam ex eodem dictum eſt.

Exclude tamen ab his eos, qui † libros prohibitos, præter Hæreſim cōtinentes, legerint, aut penes ſe habuerint, quia nec ſunt excommunicati, nec etiam modo ſupradicto puniri debent: ſed Epiſcoporum arbitrio relinquuntur puniendi, præter mortalis peccati reatum, quem incurrūt, *vt dicitur in precit. Bulla Pij IIII. ad d. Concil. Trid.* Quapropter putarem in hoc caſu, legentibus, vel retinentibus etiam ſcienter huiuſmodi libros prohibitos Immunitatem hanc ſuffragari poſſe, ſublato penitus omni purgationis genere: adde tamē quod dicemus inf. *circa fi. in verſic. Quibus cognitis. ſub num.* 141.

Quarta Præſumptio ad ea pertinere videtur, de quibus ſupra locuti ſumus *in Secunda Præſumpt.* vbi tractatur de ijs, qui Hæreticis communicant: hic autem de Receptoribus
32 † eorum. Hi quidem ijſdem ambulāt pedibus, adeoque ſimiles ſunt, vt inter ſe diſcerni non poſſe videantur: quia quod de vno dicitur, de altero negari nequit. Receptans enim Hæreticos, neceſſe eſt illis communicare: & hoc cauetur expreſſe in multis ſacris Canonibus *ſub Cauſa 24. quæſ. 1. videlicet in c. Omnis qui. in c. Quæ dignior. & in alijs quibuſdam ſubſeqq. ac etiam ſub ead. Cau. quæſt. 3. & alibi:* Sed præſertim extat Extrauagās quædam Conſtit. Io. XIII. quam refert Petrus Matthæi *in d. VII. Decretall. tit. de Hæret. Conſtit. 4. incip. Cum nonnulli.* vbi fœdera cum Hæreticis damnantur, & prohibentur: quod merito factum nemo reſpuet: quia conſonat cum dicto Apoſtoli 2. *ad Corinth. cap. 6.* cuius mentionem fecimus *ſup. Cap. III. §. 3. poſt num.* 17. quod deriuatū puto ex eo, quod tradidit, ac præcepit Deus Moyſi, *vt legitur in Exo. cap. 34. poſt num. 11.* his verbis:

» *Obſerua cuncta, quæ hodie mando*
» *tibi. Ego ipſe eijciam ante faciem*
» *tuam Amorrhæum, & Chananæ-*
» *um, & Hethæum, Pherezæum*
» *quoque, & Heuæum, & Iebu-*
» *ſæum. Caue ne vnquam cum ha-*
» *bitatoribus terræ illius iungas a-*
» *micitias, quæ ſint tibi in ruinam:*
» *ſed aras eorum deſtrue, confringe*
» *ſtatuas, lucoſque ſuccinde. Noli a-*
» *dorare Deum alienum: Dominus*
» *Zelotes nomen eius: Deus eſt æ-*
» *mulator. Ne ineas pactum cum*
» *hominibus illarum Regionum: ne*
» *cum fornicati fuerint cum dijs*
» *ſuis, & adorauerint ſimulacra*
» *eorum, vocet te quiſpiam, vt co-*
» *medas de immolatis. Nec vxorem*
» *de filiabus eorum accipies filijs*
» *tuis: ne poſtquam ipſæ fuerint*
» *fornicatæ, fornicari faciant & fi-*
» *lios tuos in deos ſuos, &c.*

Conſonat etiam Deuteron. 7. in princ. per aliqq. ſubſeqq. numm. Vnde cum
33 Sapientiſſimus † ille contra hoc præceptum feciſſet, quia matrimonium inijt cum alienigenis, in idololatriam incidit, *3. Reg. cap. 11. in princ.* Sed
34 huiuſmodi matrimoniū † inter Hæreticos. ſ. & Catholicos contractum validum eſt ex Conſtitutione eccleſiaſtica, vt poſt Gloſ. *in c. Non oportet. 28. quæſt. 1.* D. Tho. & alios tradit Nauar. *in d. Manuali, cap. 22. num. 49. in fi.* & copioſe diſſerit Couar. *de Matrim. cap. 6. §. 11. num. 4. qui pro huiuſce rei confirmatione allegat text. in cap. Decreuit. de Hæret. lib. 6. & ibi Io. And. in 1. not. vbi ſe remittit ad c. fi. inf. de Condit. appoſitis. ſuper 1. Gloſ. Sed non tacebo quandā Extrauag. Conſtit. bo. mem. Clem. VIII. incip. Cum ſicut non ſine magna. edita die 26. Iulij, 1596. quam refert Quaranta in d. tract. Summa Bullarum, verbo, Hæretici. Conſtit. vlt.* Sicuti quoque

† con-

35 † contractum cum excommunicato
tenet; *idem Io. And. in d. cap. Decre-
uit. per c. Significaſti. inf. de Eo, qui
duxit, &c. & per eundem text. & alios
Auctores, quos refert Couar. d. cap. 6. in
Init. num. 3.* Quod quidem per ſe pa-
tet: quia Hæretici ſunt excommu-
nicati, *d. cap. Excommunicamus. inf.
de Haret. & alijs quampluribus Iuri-
bus, prout ſup. tetigimus.* Sed cum Hæ-
reticis contractum valet; ergo & cum
excommunicatis. Quo vero ad corũ
receptores poſſent quidem addi ea,
quæ ſupra, hoc eodem Cap. §. I. tra-
dita ſunt: vbi non ſolum de recepto-
ribus, verum etiam & de fautoribus,
defenſoribuſue actum eſt, ſecundum
diſpoſitionẽ primi capitis Bullæ Cę-
næ. Sed aduertendum, quod ſcienter
tantum contrafacientes pœnam in-
currunt, *vt d. cap. 1. dicitur.*
36 Notandum † tamen, huiuſmodi
ſupradictas perſonas tunc incurrere
pœnas contentas dictorum iurium,
quando eo reſpectu illa ſupradicta
cõmiſerint, quo ſunt Hæretici, prout
ex ſententia Nauarri *in d. Manu. cap.
27. num. 55. verſic. Quarta, quid, &c.*
colligitur, qui allegat Caiet. & alios,
37 dicens, non † cenſeri dictis pœnis ob-
noxium, qui Hæretico egenti in ex-
trema neceſſitate ſubuenit, *argum. c.
Paſce. Diſt. 86. & tradit Graff. d. 1.
par. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib. 2. cap.
9. num. 8. vbi allegat text. in l. 1. §.
quod autem. ff. de Seruo corrup. & ibi
Bart. & per text. in l. Vas. §. qui fu-
rem. ff. de Furtis. faciunt etiam pro hac
re, quæ tradit Menoch. de Arbit. caſu
348. ad quem caſum ipſemet ſe remittit
loco ſupra cit. in d. Præſumpt. 6. lib. 5.
videre quoque poteſt Graff. d. par. 1.
lib. 4. cap. 18. a num. 17. vſque ad 23.*
Vnde in hac præſumptione, purgata
illa ſuſpicione, admittendos cenſeo
ad hanc Immunitatem. Imo puto,
nulla hos egere Immunitate, cum nõ
ſit delictũ ſimilis actus: ſecus autem,
ſi eo reſpectu talia fecerint; quia in
hoc caſu nullo modo eos excuſarem
a pœnis contra huiuſmodi perſonas
ſtatutis, iuxta illud:
„ *Agentes, & Conſentientes, &c.*
De quo infra. §. vlt. Imo grauius de-
linquere vidẽtur, qui talia egerint, *ſe-
cundum text. in d. c. Qui aliorum. 24.
quæſt. 3. poſt quem idem dicit de Graff.
num. vlt. d. lib. 2. cap. 9. cuius tex. ver-
ba tradidimus ſup. §. præced. num.* 147.
Quinta Præſumptio eſt, cum quis
38 † ad tentandam pudicitiam dæmo-
nes inuocat. Cum hac Præſumpt.
cõiungendas reputaui alias binas ſe-
quentes, nempe Præſumpt. VI. pro-
ximam ſequentem, & Præſump. IX.
quæ ad eundem finem tendunt.
Quantum ad plane ait Menoch.
ex Carrer. huiuſmodi non cẽſeri Hæ-
reticum: ſed ipſe tenet non eſſe vere
Hæreticum, ſed vehementer ſuſpe-
ctum. Vnde pro hac re cum Caiet. re-
ſponderem 2. 2. *quæſt.* 90. qui *circa
princ. in verſic. Ad euitandam.* inquit,
39 dæmonum † inuocationem ſpectare
ad apoſtaſiam *& ſe remittit ad alia
infra dicenda.* Eſt autem conſideran-
dum in hoc prẹſenti caſu, quod ſimi-
40 lia † facere, eſt quædam ſpecies ſuper-
ſtitionis, vt ex D. Auguſt. *in 2. de Do-
ctr. Chriſt.* refert D. Thom. *d. 2. 2.
quæſt. 95. art. 2. Et alibi ſup. idem Tho.
quæſt. 92. art. 2. in Corp. ex eod. Aug.
lo. cit.* ponens aliquas eiuſdem ſuper-
ſtitionis ſpecies, inter quas hanc ſu-
pradictam connumerat, *quem omnino
videas. Sed ea, ad quæ ſe remittit Ca-
iet. ſunt quæ habentur d. 2. 2. quæſt.
95. art. 4. ſub Rub. Num dæmonum in-
uocatio poſſet. fieri abſque eorum cultu?
quæ ibi videri poterunt, quia ſatis lon-
gum iter eſſet, ea huc tranſcribere: bre-
uiter tamen hic aliquid inferius tange-
mus.* Plura ſuper huiuſcemodi re tra-
dit etiam de Graffijs *eod. lib. 2. cap. 5.*
qui

qui in num.8. verſic. Prima, qui dæmo-
nes, &c. eundem caſum præſentem
diſcutiens, ait:

„ Qui dæmones quouis modo inuo-
„ cat, tacite, vel expreſſe, vt ſibi oc-
„ culta reuelent, aut futura prædi-
„ cent, mortaliter peccāt: probat hoc
„ pulchre Turrecr. in Summa 26.
41 „ quæſt. 5. Imo talis inuocatio † dæ-
„ monum cum manifeſte fiat ad e-
„ xercendum opera eius naturaliter
„ impoſſibilia, puta ad ſciendum fu-
„ tura vel occulta cordis, quod eſt
„ ſolius Dei, ſapit manifeſte Hære-
„ ſim: & contra tales poſſet Hære-
„ ticæ prauitatis Inquiſitor proce-
42 „ dere. Secus † autem ſi talis inuo-
„ catio fieret ad id, quod eſt dæmo-
„ nis naturæ, puta, vt tentet mulie-
„ rem ad concupiſcendam cum ali-
„ quo: nam tunc, licet ſit malum hoc
„ facere, non tamen eſt Hæreticum:
„ & ratio eſt, quia inuocatur dæ-
„ mon ad id, quod eſt proprium ip-
„ ſius. ſ. tentare: & hoc non ſapit
„ Hæreſim.

Quod concordare videtur cum eo,
quod refert Clarus in d. §. Hæreſis.
verſic. vlt. Sed illud potius pro ha-
rum trium Præſumptionum limita-
tione traderem. Sequitur autem de
Graff. lo. cit. dicens:

43 „ At in primo caſu, quia talis † in-
„ uocatio dæmonum fit ad ſciendum
„ occulta: & credunt eos poſſe fa-
„ cere id, ad quod inuocant, ex eorū
„ poteſtate actiua: ideo merito In-
„ quiſitores procedere poſſunt: quia
„ hoc ſapit Hæreſim. ſ. creaturæ at-
„ tribuere quod eſt Dei, facit 26.
„ quæſt. 5. cap. Epiſcopi. ita Oldr.
„ Conſil. 208. Gemin. in c. Accuſa-
„ tus. §. ſane. de Hæret. lib. 6. vbi
„ Franc. num. 1. & 2.

Hæc ille. Et rurſus in num. 10.

„ Quapropter ſciendum eſt, quod
44 „ tunc † expreſſe dæmonem dicimus
„ inuocari, quando aperte inuoca-
„ tur dæmon: vel aliquid fit, quod
„ creditur opere ipſius dæmonis fore
„ perficiendum, ſecundum mentem
„ D. Tho. quam Caiet. 2. 2. quæſt.
„ 95. art. 3. in princ. expreſſit. Nā
„ priori modo, verbo: poſteriori au-
„ tem modo, opere, auxilium dæmo-
„ nis imploratur, &c.

Sed quicquid ſit, hæc quidem res
non abſque controuerſia tranſire po-
teſt. Vnde dicerem, quod licet in pœ-
nis benigna ſit interpretatio facien-
da: in hoc tamen caſu ob frequentiā
45 † Delinquētium exaſperarem potius,
iuxta text. in l. Aut facta. §. fi. ff. de
Pœnis. Cum non ſoleant huiuſmodi
inuocationes abſque ſuperſtitione
fieri, quæ detrahit cultui Diuino, de
qua re late D. Tho. d. 2. 2. quæſt. 90.
vſque ad quæſt. 97. & ibi Caiet. & a-
lij. Et cum hac ſentētia videtur con-
cordare Genuēſis in d. Praxi Archiep.
cap. 23. num. 14. in fi. quem poſt hæc
ſupra relata præ manibus habui: qui
tractans de maleficis, & incantatori-
bus, de quibus agemus in fi. harum
trium Præſumptionū, ait, quod, quia
vt plurimum ſolēt facere actiones ſa-
pientes Hęreſim, vel apoſtaſiam ma-
nifeſte, in dubio contra eos, ſiue eas,
(ſi fuerint mulieres) tanquam tutior
pars, eſt præſumendum, maxime fa-
uore Fidei, & Reipublicæ: & facit
quędam Extrauagās Sixti IV. infra,
in num. 57. dicenda.

Quoad Sextam Præſumptionem
traditam a Menoch. quæ eſt, cum
46 † quis ex inſpectione Syderum, & na-
talium dierum diuinat ea, quæ ſunt
homini cognitu impoſſibilia, ex quo
apparet vehemēter ſuſpectus de Hæ-
reſi: ac tanquam Hæreticus puniri
poteſt, quia talia faciens eſt ſuſpectiſ-
ſimus de ſocietate dæmonum, Reſp.
cum D. Tho. d. quæſt. 95. art. 1. in
47 Corp. qui ait, quod duplici † modo
poteſt

poteſt hoc contingere vno modo in ſuis cauſis: alio modo in ſeipſis. Cauſæ autem futurorum tripliciter ſe habent: quædam enim producunt ex neceſſitate ſemper ſuos effectus: & huiuſmodi effectus futuri per certitudinem prænoſci, & prænuntiari poſſunt ex conſideratione ſuarũ cauſarum, ſicut aſtrologi prænuntiant eclipſes futuras. Quædam vero cauſæ producunt ſuos effectus non ex neceſſitate, & ſemper, ſed vt in pluribus, raro tamen deficiunt: & per huiuſmodi cauſas poſſunt prænoſci effectus futuri, non quidem per certitudinem, ſed per quandam coniecturam: ſicut aſtrologi per conſiderationem ſtellarum quædam prænoſcere, & prænuntiare poſſunt de pluuijs, & ſiccitatibus: & medici de ſanitate, vel morte. Quædam vero cauſæ ſunt, quæ ſi ſecundum ſe conſiderantur, ſe habent ad vtrumlibet: quod præcipue videtur de potẽtijs rationalibus, quæ ſe habẽt ad oppoſita, ſecundum Philos. Et tales effectus, vel etiam ſi qui effectus, vt in paucioribus caſu accidunt, ex naturalibus cauſis per conſiderationem cauſarum prænoſci non poſſunt: quia eorum cauſæ non habẽt inclinationem determinatam ad huiuſmodi effectus: & ideo huiuſmodi effectus prænoſci non poſſunt, niſi in ſeipſis cõſiderentur. Homines autem in ſeipſis huiuſmodi effectus conſiderare poſſunt ſolum, dũ ſunt præſentes, ſicut cum homo videt Sortem currere, & ambulare. Sed cõſiderare huiuſmodi in ſeipſis antequam fiant, eſt Dei proprium, qui ſolus in ſua æternitate videt ea, quæ futura ſunt, quaſi præſentia. Vnde Eſa. *cap.* 11. *num.* 23. inquit:

48 „ *Annuntiate* † *quæ ventura ſunt*
„ *in futurum, & ſciemus quia dij*
„ *eſtis vos.*

Si quis ergo huiuſmodi futura prænuntiare, aut prænoſcere quoquomodo præſumpſerit, niſi Deo reuelante, manifeſte vſurpat ſibi quod Dei eſt, & ex hoc etiam diuini dicuntur; Vnde dixit Iſid. *lib.* 8. *Etymoll. cap.* 9. Di-
49 uini † dicti quaſi Deo pleni: Diuinitate enim ſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudulentiæ hominibus futura coniectant. Et Diuus Hieronymus, *relatus in cap. Vino.* §. 1. *Diſtinctione* 37. dicit cum diuinum dici, vel eſſe, qui coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera pronũtiat abſque diuinorum auctoritate verborum. Quapropter quantum ad hanc rem attinet, ſciendum eſt, quod
50 diuinationis † nomine quantum ad Eccleſiam & apud Theologos intelligitur indebita vſurpatio prænuntiationis futurorum euentuum: & dicitur indebita ab indebito modo cognoſcendi ea, quæ. ſ. nec mediãte diuina reuelatione, nec vigore naturalis luminis, ſed dæmoniaca vanitate, implicite vel explicite habetur, vel iactatur, ſecundum Caiet. *in d. art.* 1. *in verſic. Tertio, quid diuinationis, &c.* Vnde dicit D. Tho. *in art.* 2. *ſeq. in Corp. circa fi.* manifeſtum eſſe, quod
51 diuinatio † eſt ſpecies ſuperſtitionis, cuius rationem tradit Caiet. *ibidem in princ. d. art.* 2. dicens, rationem ſuperſtitionis in diuinationibus eſſe, quia auxilium dæmoniacum aſſumitur, & ideo ad hoc oportet ſemper inſpicere, & hinc ſcire, quod diuinatio ex genere ſuo mortale peccatum eſt, & ab Eccleſia damnata tãquam diabolici cultus pars ex propria natura operis, *vt diffuſe habetur in Decretis*
52 *Cauſa* 26. *tota.* Et hæ † quidem diuinationes in vtroque Teſtamento sũt prohibitæ: nam ſecundum legem diuinã Moyſi datam debebant huiuſmodi diuinatores lapidari, vt *in Leuitico, cap.* 20. *num.* 6. his patet verbis:

„ *Anima, quæ declinauerit ad ma-*
„ *gos,*

„ *gos,& ariolos,& fronicata fuerit*
„ *in eis,ponam faciem meam contra*
„ *eam, & interficiam eam de medio*
„ *populi mei,&c.*

Et rurſus *in num. vlt.*

„ *Vir,ſeu mulier, in quibus pitoni-*
„ *cus,vel diuinationis fuerit ſpiri-*
„ *tus,morte moriatur,lapidibus ob-*
„ *ruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper*
„ *illos.*

Idem habetur Deutor. 18 *.poſt num.* 10.
Et ſecundum legem nouam exſtant
plures Canones,legeſue ciuiles,*vltra*
ea , quæ traduntur in d. Cauſa 26. *vt*
ſunt illa Iura ſubnixa illis titt. gene-
rall. de Sortilegijs. inf. in noſtris De-
cretalibus , & alia in lib. Cod. tit. de
Maleficis,& Mathematicis.& in l. Ma
thematicos.C. de Epiſc. audien. Et ha-
53 bemus in hoc † Regno quoddam
Statutum particulare inter Capitula
Regis Federici, *ordine ſuo* 76. vbi cō-
tra exercentes incantationes, diuina-
tiones , & alia huiuſmodi impoſita
eſt pœna capitis: & contra prouo-
cantes pœna deportationis irremiſſi-
biliter. Sed nemo vnquam vidit, nec
vllum recordari poſſe,puto,aduerſus
hos iudicem temporalem ſe intromi-
ſiſſe: vnde in deſuetudinem abijſſe d.
Statutū omnino affirmabimus. Sed
redeamus ad Caiet. qui *in d. art.* 2.
dicit,quod timens Eccleſia ne ad ſu-
perſtitioſa filij ſui declinent , horret,
damnat,punitque hæc, non inijcien-
do laqueum animabus , ſed prohibē-
do quæ mala ſunt, & monendo , ne
etiam licitis in huiuſmodi ſe impli-
cent, ne paulatim declinent in perni-
cioſa. Hinc per quandam Extraua-
gantem opt.mem. Pij V. *editam An-*
no 1586. *de Menſe Ianuario, die* 9. *in-*
cip. Cæli , & terræ creator Deus , &c.
relatā in Bullario fol. 51. *& in d. Sum.*
Bull. fol. mihi 87. *ſub tit. Aſtrologia*
iudiciaria , exſtant prohibitæ huiuſ-
modi diuinationis ſpecies ; ibique
datur facultas RR. Inquiſitoribus
contra tales procedendi , quamuis
antea nullam habuiſſent facultatem,
vt ibidem expreſſe cautum eſt. Non
54 † tamen RR. Epiſcopis cenſetur ſu-
blata facultas ſe ingerendi cauſis ſi-
milium Reorum : quia ibi nedum ab
eis non aufertur , verum etiam & ite-
rum confirmata legitur. Ergo quoad
hoc, ſimilibus Reis videtur prohibitū
frui poſſe hac Immunitate:quia qua-
tenus ad Hæreſim tendunt , minime
gaudere poterunt , melius tamen di-
cemus in fine harum trium Præſum-
ptionum,vbi de eorum pęnis aliquid
tangemus.

Itaque quoad hanc rem pertinere
quoque videtur illa Præſumptio IX.
quam tradit *ibidem* Menoch. dum
56 dicit : Cum quis † per ſortilegia con-
ſulit dæmones , vt futura prædicent,
cenſetur de Hæreſi ſuſpectus : Nam
huiuſmodi pręſumptiones pari paſſu
deambulare videntur , quamuis ma-
nifeſtius hoc appareat,dum quis non
illis figuris , & ſignis aſtrologicis fu-
tura cognoſcit,ſed per expreſſam dæ-
monum inuocationem eoſdem con-
ſulit:dico expreſſam,ad differentiam
tacitæ: nam tunc expreſſe dæmon
inuocatur,cum aperte inuocatur, vel
aliquid fit , quod creditur opere ip-
ſius dæmonis fore perficiendum , vti
ſup. dictum eſt *in num.* 44. Porro
huiuſmodi inuocatio tanquam Hæ-
reſis damnatur in quadam Extraua-
57 ganti † Conſtit. Sixti IIII. quam re-
fert Petrus Matthæi *in d. Septimus*
Decrett. ſub tit. de Maleff. & Incan-
tatt. cap. 2. his verbis:

„ *Nuntiatum eſt nobis , nonnullos*
„ *ordinis S. Mariæ de Monte Car-*
„ *meli fratres tantæ fuiſſe temeri-*
„ *tatis,vt veriti non ſint diſputan-*
„ *do,& prædicando in Ciuitate Bo-*
„ *nonienſi,eiuſque comitatu aſſere-*
„ *re,non eſſe Hæreticum, & a puri-*

„ *tate*

,, *tate Fidei alienum, dæmonum ex-*
,, *ſpectare reſponſa: ob quod aduer-*
,, *ſus ipſius Fidei puritatem ſcan-*
,, *dala multa exorta videntur. Nos*
,, *id indigne, moleſteque ferentes,*
,, *& de præmiſſis certam notitiam*
,, *non habentes, diſcretioni tuæ per*
,, *præſentes committimus & man-*
,, *damus, vt omni opportuna adhi-*
,, *bita diligentia & induſtria, ve-*
,, *ram notitiam habere cures, an ſit,*
,, *qui fuerint huiuſmodi aſſertores,*
,, *& quæ ſcandala propterea ſint*
,, *exorta. Quicquid autem, &c.*
,, *Dat. Romæ, &c. die 18. Iunij.*
,, 1474. *Pontif. noſtri Anno 2.*
58 His † quoque addendi ſunt, vel addi
poſſe, puto, Magos, alioſue ſimiles
Incantatores, etſi inter Hæreticos nō
computantur omnino, niſi prauum
aliquod de fide ſentiant: ſed quia ali-
quoties credunt, ſe noctis tempore
per aera volare; & ad quædam amœ-
niſſima loca deuenire, vbi cum Dia-
na, aut Herodiade corporaliter cho-
reas ducere, atque contabulare ſe exi-
ſtimant, ideo cenſuris contra Hæreti-
cos ligantur, ex Nauar. & alijs refert
de Graſſ. *d. lib. 2. cap. 6. toto. præſer-*
tim in num. 5. vbi, quæ diximus, tra-
duntur: ibique plura legi poterunt in d.
præced. & in alijs duobus ſeqq. nempe,
7. & 8. Item videndus eſſet Caiet. *d.*
2. 2. quæſt. 90. cū illis prædictis quin-
que ſeqq. Ac etiam vltra ea, quæ ex
Nauar. tradit d. de Graſſijs, poterit
idem Nauar. alibi videri, *hoc eſt, in*
Man. cap. 11. toto. Plures Conſtitt.
Summorum Pontiff. refert de Mat-
thæis *in d. Septimus Decretalium. tit.*
de Maleſſ. & incantat. inter quas ex-
59 ſtat quædam † Leonis X. imponens
huiuſmodi pſonis, ſi Clerici fuerint,
arbitrio ſuperioris infamiæ pœnam:
ſi non deſtiterint, deponi, atque ad
tempus in monaſterium detrudi, ſu-
perioris arbitrio definiendum; bene-
ficijs, & officijs eccleſiaſticis priuari,
iubet. Laicos vero vtriuſq; ſexus ex-
communicationis, & alijs pœnis, tam
ciuilibus, quam canonicis ſubmittit.

Aduerte, quod hæc Conſtitutio a
nemine illorum, quos viderim, tra-
ditur, nam Graſſ. *lo. cit. id eſt, d. cap.*
7. num. 5. loquens de huiuſmodi pœ-
nis, nullam excommunicationis fa-
cit mentionem, ſaltem aduerſus lai-
cos prædictos vt in d. Conſtit. conti-
netur. Imo etiam quidam hos defen-
dunt ab excommunicatione, niſi ex-
preſſe Hæretici iudicentur: quia tunc
velut Hæretici illā incurrunt pœnam,
vt ſup. proxime dictum eſt.

Hiis ergo traditis, has quæſtiones
ſic deciderem, vt. ſ. quatenus ſapiunt
hæreſim, eatenus Immunitas ſublata
cenſeatur, ſicuti de quodam ſimili di-
cit Nauar. vt traditur inf. cū de blaſ-
phemantibus agemus. Sed in dubio,
vide quæ ſup. diximus *in ſi. Quinta*
præſumpt. poſt num. 44. in verſic. Sed
quicquid ſit. cum num. ſeq.
60 Limitabis † tamen hæc iuxta Na-
uar. ſententiam *in d. cap. 11. Manua-*
lis, num. 36. verſic. Quibus addo. quem
omnino videas. Adde quoque Genuē-
ſem *in Praxi Archiep. d. cap. 23. nu. 4.*
Sed præter hæc addo relata per Syl-
ueſtrum *ī Summa, verbo Hæreſis. III.*
vlt. quæſt. ſub num. 10. qui dicit, poſ-
61 ſe † interdum eccleſiaſticum Iudicem
hos ſimiles Reos brachio ſeculari re-
mittere, non ſolum quando conuin-
cuntur eſſe Hęretici relapſi, ſed etiam
quando crimina ſunt atrocia, & ha-
bēt alia adiuncta morte digna: Quod
non improbandum exiſtimo; cum
nullibi ſit prohibitum: vnde propter
commune bonum, neceſſarium mihi
videtur, ſaltem rationibus relatis in
quibuſdam Conſtitutionibus, quas
tradit d. de Matthæis *in præcit. tract.*
Septimus Decretalium. vbi habetur,
quod quędam perſonæ propriæ ſalu-

tis immemores, & a fide Catholica deuiantes, cum dæmonibus incubis & ſuccubis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijſque nefandis ſuperſtitionibus & ſortilegijs, exceſſibus, criminibus, & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearũ vuas, & arborum fructus, necnon homines, mulieres, pecora, pecudes, & alia diuerſorum generum animalia, vineas quoque, pomaria, prata, paſcua, blada, frumenta, & alia terræ legumina, perire, ſuffocari, & extingui facere, & procurare, ipſoſque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinſecis, quam extrinſecis doloribus & tormentis afficere, & excruciare; ac eoſdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, viroſque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire. Fidem præterea ipſam, quam in ſacri ſuſceptione Baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare, aliaque quampluruma nefanda, exceſſus, & crimina, instigante humano generi inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum ſuarum periculum, Diuinæ Maieſtatis offenſam, ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Hæc & alia huiuſmodi in dd. Conſtitt. dicuntur, & tangere videtur Genuenſis *d. cap. 23. num. 8.* Quapropter cum ſæpiſſime in hæc incidant ſimiles Incantatores, non immerito priuari debent hac Immunitate, hac poſiſſimum ratione: quia etſi non abnegant Fidem, aut quid aliud, quod hæreſim ſapiat, committunt, attamen incidunt in pœnas aliorum, de quibus nos his agimus, qui inter alios excluduntur, vt ſupra dictum eſt de agrorum Depopulatoribus *hoc eo. Cap. §. 11.* de Homicidis Proditorijs, de Aſſaſſinis, ſecundum vulgarem interpretationem: quorum ſup. meminimus *in §. IV. & V.* & de alijs ſimilibus. Vnde omnino non eſſe diſcedendum, iudico, ab hac Sylueſtri illibata intentione.

Septima Præſumptio eſt, quando
62 † quis tempore mortis petit ſibi dari hoſtiam non conſecratam: ſuper qua non multum inſiſtam, ſed breuiter dico, quod aut iſte non moritur, ſed poſtquam conualeſcit ad Eccleſiam ſe confert, ne puniatur, (ſi tamen illam dum ægrotabat, ſibi dari petijt, quia ſecus dicendum eſſet, ſi ad mortis ſupplicium damnatus eſſet) & tũc quidem poterit hæc ſuſpicio purgari: quia forte, (vt ait Menoch.) ſi de intentione petentis conſtat, vt. ſ. propter reuerentiam Sacramenti illud egerit, abſoluendus eſt: hoc idem tangit Fel. *in c. Ad abolendam. num. 2. inf. de Hæretic.*

Octaua præſumptio, quam addu-
63 cit Menoch. eſt, cum quis † efficitur ſchiſmaticus, vel ſchiſmaticorum partes ſequitur: hunc quidem vehementer ſuſpectum de hæreſi affirmat ex Siman. *in Catholl. Inſtitt. tit. 58. num. 1.* ex quo ait intelligendum eſſe pro eis, qui ab obedientia Pontificis Maximi ſeipſos inique ſeparant.

Declara tamen hanc præſumptionem cum Caiet. *in Summa, verbo Schiſma.* & Iacobo de Graffijs, *d. par. 1. Deciſſ. aur. caſſ. conſc. lib. 4. cap. 18. num. 38.* Nam dicit Caiet. quod
64 Schiſma † eſt ſeparatio ab Eccleſiæ vnitate ex intentione: eſtque ſecundum Dominum de Graffijs, ſpecies quædã hæreſis veniens a verbo Græco, *σχίσμα*, quod latine dicitur ſeſſio vel ſciſſura, quaſi diuiſio membrorum a capite, ſcilicet, a Papa, *vt in tit. Decret. lib. 6. eo. tit. hoc eſt, de Schiſmaticis.* Etenim, qui diuideret Eccleſiam Romanam in plures Eccleſias, ſchiſmaticus eſſet: quia vnica eſt

eſt Eccleſia; *vt in Symbolo; & in Extrauag. com. Vnam ſanctam.* Et idem de Graffijs *in num. ſeq.* 36. ſubnectit
65 dicẽs, quod proprie ſchiſmatici † dicuntur, qui recedunt ab obedientia Eccleſiæ cum rebellione: vt ſi quis pertinaciter affirmaret Eccleſiã Græcam aliã eſſe, quam Romanam; nec illam ab iſta depẽdere, hunc ex Abb. *in Rub. eo. tit.* nedum ſchiſmaticum, ſed etiã Hæreticũ eſſe dicit: Vide tamen quæ refert Helias Regnier *in Rub. d. tit. in VI.* & Caiet. *lo. cit.*
66 Limitatur † autem hæc concluſio ſecũdum ea, quæ dicit idem de Graffijs *lo. cit. in numero* 30. Quando quis recuſat obedire, & ſubijci Papæ, vt Papæ: ſiue ex hoc, quod non vult eum recognoſcere. i. vt Eccleſiæ caput: Si vero propter temporale commodum conſequendum, vel periculũ vitandum reſiſtat quis præceptis Papæ, non eſt ſchiſmaticus: & ideo in Bulla Cœnæ, quæ de ſchiſmaticis loquitur, non comprehenditur, licet poſſit tanquam inobediens excommunicari: pro qua re ad Syluest. *in verbo, Schiſmaticus,* ſe remittit. Quare quos † in primo caſu, hoc eſt, in regula, ſeu in princ. iſtius præſumptionis tradidimus, ſeuerius, quam eoſdem Hæreticos puniẽdos Iura oſtendunt, *vt apparet in tota Quæſt.* 1. 24. *Cauſa, præſertim in c. Non afferamus.* Illos autem, quos in hac limitatione diximus, Santiſſimo Papæ iudicio relinquo, quia cum eundem hæc pertingat quæſtio, ab eodem, nemo eſt qui dubitet, fore iudicandos: ipſe declarabit, an huiuſmodi caſus ſit de exceptis: quem ſi excludat, inter Læſæ Maieſtatis crimina computarem. Hinc videtur ſuperflua præſens quæſtio quoad hanc Rem: ſed abſit, quia forte in hoc caſu Summus Pontifex eandem fouens Immunitatem, miſericordia motus, pœnam relaxare

67

poſſet.

Quod ad Nonam pertinet præſumptionem, dictum eſt ſup. cum de quinta egimus præſumptione. Sequitur poſtmodum Dominus Menoch. *in num.* 27. *d. Præſump.* 6. *lib.* 5. tradens decimam præſumptionem.

68 Decima præſumptio, quam ponit Menoch. eſt, cum quis † ſingulis annis ſaltem nõ ſuſcipit Sacroſanctam Euchariſtiam, iuxta tex. in c. Omnis vtriuſque ſexus. *ſup. de Penitt. & remiſſ.* quem de hæreſi ſuſpectum poſt plures comprobare auctores conatũ fuiſſe Ludouicum Carrer. *in tract. de Hæret. cap.* 2. *num.* 37. ex ſententia Oldr. Abb. & Felini, refert Menoch. cuius Carrerij dictum cõfutat idem Menoch. dicens, Felino excepto, illos haud hoc voluiſſe: inquit tamen de Fel. quod ipſe indiſtincte teneat hunc non communicantem ſaltem ſemel in anno, Hæreticum eſſe, per quendam text. in Auth. *ſub tit. de Priuil. dot. hæret. mul. non præſt. circa med. collat.* 8. vbi hoc dicitur.

„ *Igitur ſacram communionem in*
„ *Catholica Eccleſia nõ percipientes*
„ *a Deo amabilibus ſacerdotibus,*
„ *HAERETICAS iuſte vocamus.*
„ *Nam licet nomen Chriſtianorum*
„ *ſibimet impoſuerint, attamen a*
„ *Chriſtianorum ſe fide & commu-*
„ *nione ſeparãt, Dei iudicio ſemet-*
„ *ipſos ſubdi cognoſcentes; &c.*

69 Sed licet Menoch. non referat quo loci Felinus † hoc dixerit, tu tamen Lector eum videre poteris in Rub. eo. tit. inf. de Hæreticis, *circa med. verſic. Et nota quod, &c.* At nec vnquam mihi quidem perſuaſum habui, Felinum illud ſimpliciter & indiſtincte voluiſſe, quia præd. textus neque inter canonicos habetur, neque etiam expreſſim illud affirmat: quare poterit intelligi hoc modo, videlicet, quod communicare nolẽtes,

veluti Hæretici haberi debẽt, ea præſertim ratione, quia d. text. nullam temporis facit mentionem: vnde nõ eſt ſtatim præſumendum contra tales, ita vt pro veris Hæreticis ſint habendi, ſi per vnius anni ſpacium non communicẽt. Quapropter idem Fel. poſtmodum, *inf. eo. tit. in c. Ad abolendam. num. 2. ſtatim poſt princ.* ſe retractaſſe, vel melius, declaraſſe apparet, dum ait per eundem text. d. Auth. quod ſimiles ſuſpecti tantum de hæreſi fiunt, tradens hæc verba:

„ *Conſidera tamen, quia ex alio ca-*
„ *pite reſultabat hæc ſuſpicio per*
„ *textum in Authent. &c. vbi non*
„ *recipiens corpus Chriſti ſingulo*
„ *anno eſt ſuſpectus de hæreſi, &c.*

Quare deceptus videtur Menoch. quia neque Felin. id expreſſe confirmat. Non diſputo, an d. textus loquatur de eo, qui non communicauerit ſemel in anno, necne: quia forte arctius loqui videtur, cum longe antiquior ſit dicto c. Omnis vtriuſque ſexus, per quem tempus ſumẽdi Euchariſtiam dilatum eſt in ſingulos annos; Nam antiquitus pluries, hoc eſt, in eadem Paſcha, Pentecoſte, & Natali Dominico per ſacros Canones illam ſumere præcipiebatur, vt in Cano. Et ſi non frequentius. c. Seculares. & c. Omnis homo. *de Pœnitentia, diſt. 2.* quorum prior condidit S. Fabianus, qui floruit anno Dominicæ ſalutis 237. poſteriorum vero alter extractus eſt ex quodam Concilio Agathenſi, alter vero ex quodam alio Concilio Elibertano, in quibus idem, quod primo loco dixit Felin⁹, cõfirmatum videtur: nam in illo qui incipit, Seculares, hoc dicitur:

„ *Seculares, qui in Natali Domini,*
„ *Paſcha, Pentecoſte non communi-*
„ *cauerint, Catholici non credan-*
„ *tur, nec inter Catholicos habean-*
„ *tur.*

Et in fine alterius ex Concil. Ellibertano fere eadem verba tradũtur. Sed hoc abſit, quia huiuſmodi Canones iuxta ſecundam Felini ſententiam ſunt intelligendi: quod melius patebit per infra dicenda. Igitur ſi præcitati Canones de triplici anni tempore loquuntur, non eſt intelligendus d. text. Auth. de eis, qui ſemel tantum ſingulis annis non communicauerint, cum præd. textus longiſſime ante d. c. Omnis, fuerint conditi: beneuerum eſt quod his temporibus ſic debet intelligi per d. c. Omnis, hoc eſt, de ſingulis annis. Redeamus ad Menoch. qui huiuſmodi præſumptionem ex eo percipit, quod Carrerius ab eo relatus dicit, vt. ſ. non communicans intra annum ſit excommunicatus, fretus auctoritate d. c. Omnis, poſt annum vero dicitur male ſentire de clauium poteſtate, & conſequenter ſit de hæreſi ſuſpectus, ſicut quilibet,

70 † qui volens, in excommunicatione per annum perſiſtat, dicitur de hæreſi ſuſpectus, *vt per Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 3. in fi. & Simancam ab eodem Menoch. traditum in Cathol. Inſtit. tit. 27. num. 4. & vltra hos videri poteſt text. in c. Cum cõtumacia. & ibi Gloſ. & DD. eo. tit. de Hæret. in 6. & text. in c. Inquiſitionis. ibidem. Abb. in cap. Poſtulaſti. inf. de Homicid. num. 4. Item Couar. in c. Alma mater. par. I. §. 7. nu. 10. & 11. Fel. in cap. Excommunicamus. num. 1. circa med. inf. dicto tit. de Hæret. Viuius Comm. opinn. verbo excommunicatus pro quacunq; cauſa. E vndique alij, qui declarãt, quomodo ſit hoc intelligendũ.* Inquit tamẽ idẽ Menoch. nõ eſſe adeo violentam hanc ſuſpicionẽ, vt ſolum ob eam damnari quis debeat, quamuis ad purgationem indicendam ſufficiat: quam ſi ſubire noluerit, & adhuc in excommunicatione permanſerit, tunc velut impœnitens,

tens, pertinax, & Hæreticus cōdem-
nari poteſt. Quapropter res hæc tota
pēdet ab eo, An ſ. in excommunica-
tionem incidat, qui ſingulo anno Sa-
croſanctam Euchariſtiam nō recipit;
nam ſi vera eſt prædicta opinio, poſt
annum velut excommunicatus de
hæreſi ſuſpectus redderetur. Igitur
quoad hanc rem dicendū, procul du-
bio Menoch. & alios deceptos eſſe,
71 cum d. text. † in c. Omnis vtriuſque
ſexus, nullam imponat excommuni-
72 cationem, ſed tantum interdicti † pę-
na omnes arctat Chriſtianos ſingulis
annis, nempe in Paſcha Reſurrectio-
nis Dominicæ communicare: cuius
textus verba patent, ac ita ſe habent:

» *Alioquin & viuens* AB IN-
» GRESSV ECCLESIAE
» ARCEATVR, *& moriens Chri-*
» *ſtiana careat ſepultura.*

Ex quibus verbis Lancelottus *in-
ſtit. d. tit. de Pœniten. & remiſſ.* te-
net, quod non communicans prædi-
cto tempore, ab ingreſſu Eccleſiæ ar-
cebitur. Vnde Gloſ. *ibidem, in d. ver-
bo, Arcebitur.* dicit, Nota caſum, in
quo nō excommunicatus arcetur ab
ingreſſu Eccleſiæ: cuius Gloſſæ di-
ctum deſumptum videtur ex Domi-
no Abb. in d. c. Omnis, qui *in quinto
notabili, quod eſt ſub num. 4.* idem tra-
dit, ſubdens etiam his verbis:

» *Et nota quod dicitur, Arceatur,*
» *quod verbum denotat violētiam:*
» *Poteſt ergo arceri violenter: & ſi*
» *opus eſt, poteſt ad hoc inuocari*
» *brachium ſeculare, &c.*

Itaque quicquid ſit, non ſumens
Euchariſtiam tempore prædicto, nō
eſt excommunicatus: ideo dicit Glo.
in d. cap. Omnis. in verbo, Sepultura,
quod hoc eſt contra regulam illam,
73 Cui † communicamus viuo, com-
municare debemus & mortuo: ita-
que ſi eſſet excommunicatus, quate-
nus eſſet publicus, dum ab Eccleſiæ
ingreſſu arcetur, non poſſemus cum
eo communicare, ſeu conuerſare: Sed
ita communiter tenetur, quod non
ſit excommunicatus, ſed quod ſolum
peccet mortaliter, vt per Dominum
Anton. de Butr. *in d. c. Omnis. nu. 6.*
allegatus a Domino de Graffijs, *dicta
par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib. 2.
cap. 37. num. 24.* qui dicit, hunc poſſe,
& compelli debere, vt communicet.
Atque etiam plures refert Couar. *in
d. Relect. in c. Alma mater. par. 1. §. 1.
num. 8.* concludens *in verſic. Hæc de-
nique adduximus.* quod Summus
74 † Pontifex ex diſpoſitione d. c. Om-
nis, tenetur ſemel in anno confiteri,
alias peccaret mortaliter: quod plene
quoque ſcribit Abb. *in d. cap. Omnis.
num. 19.* & ad eundem Additio. Hāc
etiam refert ſentētiam d. de Graffijs,
d. par. 1. lib. 1. cap. 8. num. 17. & 18.
reddens rationem, cur Dominus Pa-
pa eodem iure ſit alligatus: quam ex
Couar. *lo. cit.* ſibi aſcribit, nullam o-
lus faciens mentionem. Sed pro fa-
ciliori, & pleniori intelligentia videri
poterunt Scribentes ſuper d. c. Om-
nis.

Sed forte poſſet quis inaduerten-
ter ſe noſtris opponere Scriptis, dicēs
omnino non communicantem in die
Reſurrectionis, in excommunicatio-
nem incidere, per id, quod ſtatutum
eſt in Concilio Tridentino, *ſeſſ. 13.
Can. 9. & ſeſſ. 14. Can. 8.* vbi de ſa-
cramentis Euchariſtiæ, & Pœniten-
tiæ agitur. Sed aduertat vnuſquiſq;,
quia ibi non tractatur de huiuſmodi
75 re: ſed ſolum dicitur, quod qui † ne-
gauerit omnes & ſingulos Chriſtia-
nos vtriuſque ſexus, cum ad annos
diſcretionis peruenerint, teneri ſin-
gulis annis, ſaltem in Paſchate, ad
communicandum; & confeſſionem
omnium peccatorum, iuxta Concilij
Lateran. Conſtitutionem, (de qua
ſumptum eſt d. text. in c. Omnis) ſe-
mel

mel in anno,& ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non cōfiteantur tempore Quadrageſimæ, Anathema ſit. Vnde reſtat mera iuris diſpoſitio, vt. ſ. non adimplens illa præcepta contenta in d. c. Omnis, non incidat in excommunicationem: ſed is tantum erit excommunicatus, qui dixerit non teneri adimplere.

Hoc autem tempus ſumendi Sacroſanctam Euchariſtiam nō erit ita Chriſti fidelibus coarctatum, vt præciſe in die Paſchæ communicare teneantur, alias in pœnam d. Canonis incident, ſicuti Dominus Abb. *ibidē, num.3.* dicit, referens ſe vidiſſe maximam contentionem inter valentes Theologos prædicantes, vtrum poſſint Fideles Euchariſtiam ſumere in die Iouis ſancta, an vero in die Paſchatis, vt præcepto ſatisfiat? Nam quidam (inquit) aſſerebant, de neceſſitate ſumendam in die Reſurrectionis, cum illa dies ſit Paſcha, non autem die Iouis ſancta, quia illud erat Paſcha Iudæorum. Alij vero dicebant communicandum eſſe in die Iouis ſancta, quia Chriſtus fecit Paſcha cum diſcipulis ſuis. Ipſe autem poſt aliquas diſceptationes, concludens inquit, quod debet ſumi in die Reſurrectionis, ad hoc vt ſatisfiat d. c. Omnis. dicens ſatis cautum eſſe tunc recipere, vt euitentur opiniones: poſtea vero dubius & vacillans, contrarium ſtatim ſubdit, inquiens:

„ *Tamen puto ſatisfactum Conſti-*
„ *tutioni, ſi recipiatur in die Iouis*
„ *ſancta, quia (vt dixi) in hoc ha-*
„ *betur reſpectus ad ſolemnitatem*
„ *Paſchalem: & recipiens die Io-*
„ *uis habet hunc reſpectum, & præ-*
„ *parat ſe ad feſtum. Item quia*
„ *tunc inſtitutum fuit hoc Sacra-*
„ *mentum.*

Sed ſi Dominus Abbas Decretorum librum volutaſſet, vtique apud eum huiuſmodi ceſſaſſet cōtrouerſia, cum ſatis fuiſſet expreſſum per quendam Canonem generalem, a S. Sothero Papa conditum, vtraque die, ſi non fuerit quis in die Cœnæ Domini bene diſpoſitus, etiam & die Reſurrectionis communicare poſſe, *vt legitur in illo Canone incip. In Cœna Domini. de Conſecr. diſt. 2. cuius verba, quia parum, imo nihil his poterunt prodeſſe temporibus, per ea quæ ſtatim inferius traduntur, ideo referre omiſi.*

His ergo controuerſijs vertentibus, Eugenius IV. elongauit tempus prædictum a Dominica Palmarum vſque ad Octauam Dominicæ Reſurrectionis incluſiue: Huius Conſtitutionis meminit Nauar. *in d. Manua. cap.21. nu.45.* qui excuſat Abb. & alios prædictam tenentes opinionem. *Inuenitur autem præd. Conſtit. per extenſam impreſſa in Priuilegijs Minorum, fol.139. vt ait Quaranta in d. Sūma Bull. verbo, Communio.* Quare ſi quis intra illos quindecim dies non adimpleret, tunc equidem peccaret, Graff. *d. lib.2. eo. cap.27. num.*
24. Emanuel Sà *in dd. Aphoriſ. confeſſ. verbo, Euchariſtia. num.8. verſic.*
Qui per octo. Et Victorellus *ibi in Addit.* ampliat huiuſmodi tempus in
77 ſtatu † Mediolani per omnes Qua-
drageſimæ dies, dicens ibi morem
eſſe, vt qualibet Quadrageſimæ die
cōmunionis præcepto ſatisfieri poſ-
ſit, ex ſententia Nauarri, *d. cap.21.* &
78 Suar. Quod † etiam in Hiſpaniarum
Regno ſeruari ait Azor. *to. 1. Mor.*
Inſtit. lib.7. cap.40. quæſt.4. & To-
letus, *lib. 6. cap. 18. ibidem* relati per
79 eundem Victorellum. Poſſunt † ta-
men pœnitentes de conſilio confeſſo-
ris diutius dictum tempus differre: &
licet pro hoc cōmunis a quibuſdam
(neſcio an Iuris ſint ignari) tradatur
opinio, tamen id expreſſum eſt in eo-
dem cap. Omnis, his verbis:

„ *Niſi*

Niſi forte de proprij ſacerdotis, &c.
Quod declarat Nauar. *d. num.* 45. *e-
iuſdem cap.* 21.

80 Solent † nihilominus Reuerendiſ-
ſimi Epiſcopi hos in ſuis Diœceſibus
excommunicationis vinculo ligare:
quod non puto improbandum. Vn-
de tunc forte procedere poſſet opinio
Menochij, & aliorum ſupra relatorũ:
quo caſu purgatio, vt diximus, indici
poteſt: quam ſuſpicionem ſi purgare
cõtempſerint, poterunt vt Hæretici,
ſublata huius Immunitatis ſpe, puni-
ri. Quod procedit ſecũdum id, quod
diximus de eo, qui per annum volens
in excommunicatione permanſerit.

81 Sed hoc limitabis † in meretrici-
bus, quę (vt ait Emanuel Sà *dictis A-
phorr. Confeſſ. verbo, Confeſſio: num.*
43.) non comprehenduntur ſtatutis
Synodalibus excommunicãtibus nõ
confitentes, aut non communicantes
in Paſcha: vnde refert has non debe-
re denunciari: *ubi Victorellus in Addit.
allegat Vinal. & de Graffijs. ſed locum,
quem affert ex Graff. non inueni: Vi-
ualdus autem in Candelabro Aureo, tit.
de Confeſſione, num. 60. hanc defendit
opinionem.*

Vndecima præſumptio, quam po-
nit Menoch. *in d. Præſump.* 6. *lib.* 5.
82 *num.* 29. eſt, cum quis † aſſidue blaſ-
phemat: hunc de hæreſi ſuſpectum
dicit ex Carrer. poſt Affl. *in Cõment.
ad Conſtit. Neap. in verbo, Inconſutі-
lem, nu.* 48. tradens huiuſmodi blaſ-
phemos aliquando punitos ab In-
quiſitoribus hæreticę prauitatis. Quã
de re copioſius tractare dicit Alphon
ſum de Caſtro *lib.* 1. *de Iuſta hære. pu-
nit. cap.* 12. & Simancam *in Commen-
tarijs Catholicarum Inſtit. tit.* 8. *de
Blaſphemis. & idem in Praxi hæreſeos,
tit.* 9. *de Blaſphemis.* Refert etiam *in
tract. de Arbitr. Iud. lib.* 2. *cent.* 4. *ca-
ſu.* 375. quamplures, fere omnes au-
ctores, qui de hac re agunt: multoſ-
83 que, † varioſque pœnarum modos,
quibus blaſphemi puniuntur in di-
uerſis mundi partibus: nam non om-
nes ſecũdum Iuris communis diſpo-
ſitionem puniuntur, ſed iuxta loco-
rum Statuta & conſuetudines. Quid
autem ſit blaſphemia refert idem Me
noch. *lo. cit. num.* 3. ex D. Tho. 2. 2.
quæſt. 13. *art.* 1. dicens: Blaſphemia
84 † eſt, cũ Deo aliquid negamus, quod
ei cõuenit: vel aliquid Deo attribui-
mus, quod ei minime conuenit: & ci-
tra D. Tho. allegat etiam Caiet. *ad
eundem D. Tho.* Sylu. & Couar. Sed
hos, & alios refert idem Couar. *in
Relect. in cap. Quamuis pactum. de
Pactis. part.* 1. §. 7. *num.* 8. Itaque ſi
blaſphemi noſtri temporis puniũtur
iuxta locorum conſtitutiones; Ergo
85 omnino dicendum eſt, pœnas † eiuſ-
dem communis Iuris in deſuetudinẽ
abijſſe; quod etiam tangit Menoch.
in d. caſu 375. *num.* 26. Cum igitur in
hoc Regno exſtent quędam ſpecialia
Iura, *vt in lib. Conſtit. eo. tit. de Blaſ-
ph. & in to.* 1. *Pragmat. tit.* 79. *poſt
pragm.* 14. igitur ſecundum eadem
videretur dicẽdum, quod puniri de-
86 bent. Penæ † autem in eis contentæ
hæ ſunt: Nam blaſphemantibus De-
um, & B. Virginem eius matrem ſan-
ctiſſimam perforari debet lingua, &
& in via publica, vel in plateis ciuita-
tis per aliquod tempus manere de-
bent: atque per duos annos in carce-
ribus detineri iuxta arbitrium Do-
mini Proregis, & alijs pœnis ſecun-
dum qualitatem, ac perſonarum cõ-
ditionem eidem reſeruatis multandi
ſunt. Inſuper *in ſeq. Pragmatica* 15.
87 contra † inuocantes nomen infelicis
Dæmonis ſanctum, conſtituta eſt
pœna quoque arbitraria, non ſolum
contra eoſdem blaſphemos, verum
etiam & aduerſus alios, qui poteſta-
tem habent corrigendi.

88 Sed has † Pragmaticas ſanctiones,
ſeu

ſeu Cõſtitutiones nemo eſt qui ignoret, in deſuetudinem abijſſe, quia nũquam a iudicibus temporalibus blaſphemantes puniti fuere: ſed quandoque ab Inquiſitoribus Hæreticæ prauitatis, quandoque vero a Reuerendiſſimis Epiſcopis puniuntur. Vnde quicquid ſit, vt ad rem reuertamur noſtram, huiuſmodi queſtionem de-
89 finiẽ cum Nauarro † *in d. Manu. cap. 25 num. 20*, qui (loquens in terminis noſtris) reprehendit Boerium *in ſuis Deciſſ.* qui expreſſe voluit haſce perſonas non eſſe admittendas ad hanc Immunitatem. *locus autem citatus ex Boer. eſt in Deciſ. 110. num. 6. licet antea in præcedentibus numm. dubitauerit.* Sed Nauar. ait, ſuo iudicio illud non probari per rationes eiuſdem Boerij male digeſtas: cum (quicquid ille dicat) certum ſit, blaſphemum, quatenus tamen talis eſt, non eſſe Hæreticum, iuxta D. Tho. ſententiam *in 2. 2. quæſt. 13. art. 1.* etſi
90 vna † cum blaſphemia de Hæreſi tenetur, nõ quidem qua parte eſt blaſphemus, ſed qua parte eſt Hæreticus & infidelis definit gaudere hac Immunitate: & cum hac ſententia concordare videtur Ambroſinus *hoc eo. tract. cap. 8 num. 10. verſic. vlt.* dicens, quod ſi blaſphemia eſſet de illa ſpecie, quam Hæreticalẽ dicunt RR. PP. Inquiſitores, abſque dubio talis blaſpemus non eſſet tutus, ſicuti non ſunt tuti ipſimet Hæretici: & tunc poterunt ijdem Inquiſitores aduerſum hunc procedere, prout late probat Couarruuias *d. §. 7. num. 13. circa fi. vbi multos allegat:* a quibus quidẽ dictis non eſſe diſcedendum, puto. Quod vero poſtea dicit Dominus Ambroſinus *in ſeq. num. 12. verſic. Et propterea.* ſaluo meliori iudicio, reijciendum cenſeo, eo quod ſibimet cõtrarius videtur, dum dicit, quod ex impoſitione pœnæ apparet, quod blaſphemi non puniuntur morte: & ob id credit, non eſſe priuandos hac Immunitate. Ergo ſequeretur, quod quoties quis morte puniendus eſſet, omnino non deberet gaudere. ergo Hæretici tunc excludẽdi eſſent, cum relapſi curiæ ſunt præſentandi: ſed de hoc plenius ſup. dictum eſt, *hoc eo. Cap. §. IIII. poſt num. 14.*

Expedit autem cognoſcere, quan-
91 do † blaſphemia ſit Hæreticalis, & quando ſimplex, ideſt, non Hæreticalis? Vnde ſciendum eſt, quod blaſphemia Hæreticalis ea eſt, quæ Hæreſim, ſeu falſitatem cõtra fidem formaliter aut virtualiter continet & ſignificat, qualis eſt, quãdo quis affirmat, vel negat aliquid de Deo, quod fide credere debemus: vel etiam tribuit creaturæ id, quod ſecundum fidem ſoli ipſimet Deo conuenit: vel de his dubitauerit. Pertinent etiam ad blaſphemiam Hęreticalem nomina quędam conuitij, quoties Deo attribuuntur, v. g. Cum quis nuncupauerit Deum ignorantem, fatuum, iniuſtũ, & alijs ſimilibus nominibus: his enim caſibus quamuis blaſphemans expreſſe id non affirmet, virtute tamẽ iam ſatis affirmaſſe videtur, dum illa ſimilia profert. Huiuſmodi blaſphemijs ſatis ſimiles ſunt, imo ijſdem coæquantur, quæ ſolent his proferri verbis: Non credo in Deum: Abnego, & ſimilibus: nam omnia hæc formam habent infidelitatis: de his videri poteſt Sotus *de Iuſt. & iur. lib. 8. quæſt. 2. art. 3. ſtatim poſt princ.* ac Genuenſis *in d. Praxi Archiep. cap. 28. num. 11. poſt med. in verſic. Dicuntur autem blaſphemia, &c.*

Blaſphemia vero non Hæreticalis ea dicitur, quæ non habet nec formaliter, nec virtute falſitatem, quaſi ſpeculatiuam contra veritatem fidei, vt ſunt omnes illę, quæ per modum imprecandi, ſeu imperandi proferuntur.

tur. Atque etiam quæ fiunt proferendo aliquid, quod in Deo vere ſit, ſed per modum irriſionis: in his enim non inuenitur quædam falſitas fidei oppoſita, ſicuti in illis primo loco relatis, idcirco non ſunt hæreticales: harum exemplum eſſe poterit, quando dicitur, Per vitam Dei: Per animam Dei: Per vitam Chriſti, & ſimiliter: Nam per huiuſmodi verba contemptus tantum quidam Dei, nõ falſitas oſtenditur: quapropter carenus ſunt blaſphemiæ, quatenus execratoria verba ſunt, quaſi ſubijciẽdo vitam Dei defectioni, & morti: niſi eueniat, quod affirmatur. Quare in his nõ eſt proprie falſitas, quam Philoſophi ſpeculatiuam vocant, quæ ad infidelitatem pertinet, ſed quædã grauiſſima iniuria, & Dei contumelia: vnde hæreticales non ſunt, vt videre licet Salzedũ *in Addit. ad Diaz. in ſua Praxi, cap. 110. verſic. Et quia.* & Syluef. *in Summa, verbo, Blaſphemia. quæſt.* 3. qui quoſdam ſimiles modos blaſphemãdi refert, quorum duos poſtremo loco poſitos diſtingui poſſe ab alijs, dicit: hi quidem modi videri poſſunt apud Boerium *Deciſ.* 301. *num.* 1. qui plura tradit, referens nonnulla exempla. Sed cum his annumerabis quoq; Couar. *in d. Relect. ad cap. Quamuis pactum, d. par.* 1. *§.7. num.* 8. 9. *&* 10. qui ſimiliter de diuerſis pœnarum ſpeciebus tractat, vltra id quod ex Claro colligitur *in §. eo. hoc eſt, Blaſphemia.* Propterea ſic debet intelligi Rebuffus *in d. Gloſ.* 1. *num.* 23. *verſic. Sexto quæro. to.* 2. *ſuper Conſtit. in tract. hoc tit. noſtro.* dum dicit, quod qui blaſphemare conſueuit, quia ſapit hæreſim, non debet hac gaudere Immunitate: poſtea ſubdit dicens: Vel ſi ex animo fiat, &c. Quod iuxta ſupradictam diſtinctionem omnino intelligendum eſt.

His quoque nec vereberis addere
92 † cæteros, qui in Sanctos Dei blaſ-
phemias conferunt: nam nemini eſt
ignotum, blaſphemias collatas in
Sanctos, in ipſum Deum per conſe-
quentiam tendere, præſertim ſi in
Beatiſſ. illibatamque Virginem eius
Genitricem conferentur, *vt dicit tex.
in cap.* 2. *inf. de Maledicis.* Et Couar.
lo. cit. num 9. *verſic. Nono hinc patet.*
93 refert, quod in † Hiſpaniarum Regno
quædam exſtat lex, quæ duplo ma-
iorem pęnam ſtatuit in blaſphemantes
Sacratiſſ. Virginem, quam cæte-
ros Sanctos: quod ſane laudandum,
quam pluribus miraculis comproba-
94 tur. Legitur † enim in Speculo Hiſto-
riali, *ſub tit. Ex geſtis Virorum Illu-
ſtrium Ordinis Ciſtercienſis, &c. Diſt.*
3. *Exemplo* 43. de quodam viro car-
nali, qui dum aleis aliquando lude-
ret, & teſſeris ſibi male cadentibus
perderet, quicquid in buccam eius
veniebat, furibundo ore iurabat. Cũ-
que iam pene omnia amiſiſſet, alius
quidam nefandus aleator acceſſit, &
tumida indignatione amouẽs illum,
ait: Cede iners, cede: ego ludam pro
te, tu enim neſcis ludere. Cumq; &
ipſe (vt erat perditionis filius) ſimi-
liter perderet, diabolico furore inflã-
matus, omnia cœpit Domini noſtri
Ieſu Chriſti membra interiora, & ex-
teriora, quaſi per ordinem iurare, ni-
hil omnino iniuratum volens omit-
tere. Proferebat. n. blaſphemias hor-
ribiles atq; inauditas, velut a diabo-
lo inſtructus eſſet. Poſthæc autem ad
Beatiſſ. Virg. Mariam ſermonem
ſuum direxit, & ſimiliter ſigillatim
de omnibus eius membris faciebat,
ita vt ſanę mentis omnes qui aderãt,
a facie blaſphemantis & obloquen-
tis aures obſtruerent, & pectora tun-
derent. Ne dum iuramenta omnia
ſeu blaſphemias ſacrilegus ore exple-
uerat, ſed en ſubito de cœlo irruit in

ſum furor Domini inuiſibili, & quaſi fulmineo ictu feriens & perforans ſcelestum, Maieſtatis iratæ terribile dedit experimentum. Percuſſus itaq; blaſphemus corruit, & putans quod aliquis materiali gladio confodiſſet eum, horrendo gemitu exclamans, ait: Heu, heu miſer: Quis eſt qui me interfeciſti? Cumq; diutius in terra palpitans, & mortiferos effluans gemitus volutaretur, tandem vrgens malignus, cui fuerat traditus, abominabilem animam tartareis cruciatibus concremandam aſportauit. Nudato itaque eius corpore, inuenta eſt in eius dorſo plaga recens, terribili apertura dehiſcēs, ac ſi quis ſecuri ampliſſima illum inuaderet, ita vt penetralia cordis, hepatis, & pulmonis funditus appareret. Quo viſo, viatores omnes conterriti ſunt. Et cum rumor velociter ad vicinos perueniret, qui currebant ad videndum, quidam de illis mœſtus ad eum accelerabat. Huic autem itineranti, mortuus quidam apparuit homo, quem viuētem ille cognouerat, & dixit: Noui ego, quo tu tēdas, ſed incaſſum te fatigas: iam enim morte abſorptus eſt, quem viuentem inuenire putas. Porro vnū eſt, quod te latere nolo: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus a ſuis contumelioſis multas iniurias, & patitur patienter, & expectat tamquam patiēs creditor: Sed eius Genitricis Immaculatæ Virginis læſiones atque conuitia non facile ſuſtinet, ſed aut præſenti ſupplicio citius punit, aut, ſi forte reſeruat in poſterum, cæteris malis acerbius ferit. His itaq; dictis, defunctus euanuit. Is vero ad locum perueniens, amicum iam mortuum iuxta illius vaticinium reperit; & referens quod audierat, terrorem terrori, & miraculum miraculo adiecit.

Item fertur etiam *in ſubſeq. Exemplo* 44. de quodam iuratore circa fines Cardocij, qui cum Intemeratæ Dei Genitricis Mariæ ſacrata & ſecreta membra ore ſpurciſſimo iurare præſumeret, mox immundo ſpiritui traditus, duriſſima paſſione diu vexatus atque diſtortus eſt, ita vt oculis euerſis, & facie tota enormiter intumeſcente, linguam ardentem, atque eiectā longius ab ore porrigeret. Qui cum ita fuiſſet longo & horrēdo tormento excruciatus, tandem miſerabilem animam demoniacis ſpiritibus reddidit: linguamque effrænem, quā extraxerat, nec in morte retraxit.

His itaque & alijs exemplis, quæ poſſent adduci, quam pernicioſum ſit & abominabile apud Deum huiuſmodi blaſphemandi vitium, ſatis cōſtat, Quamobrem qui talia egerit, duriſſime puniri debet. Nam in vete-
95. ri † lege tempore Moyſis *blaſphemi* lapidibus obruebantur, vſque dum morerētur, *Leuit. 24. nu. 13. & aliqq. ſeqq.*

Eſt etiam alia blaſphemiæ ſpecies,
96. quæ † facto committitur, quando .ſ. percutiuntur Sanctorum imagines, vel ipſiuſmet Dei, aut in eas immunditiæ, vel lapides proijciuntur; Quo caſu ſi quis talia egerit, vehementer eſt de hæreſi ſuſpectus, vt poſt Alfon. de Caſ. *de Iuſta Hæret. punit. cap.* 15. refert Genuenſis *d. cap. 23. num. 11 in ſ. in præcit. ſua Prax. Archiep.* Et Iacobus de Graffijs *d. par. 1. lib. 4. cap.* 18. *num.* 10. huiuſmodi blaſphemos hæreticales vocat, quamuis dicat, illos non incidere in Bullam Cœnæ Domini, ſi ex animi paſſione commoti ſpuunt imagines, vel conculcāt Sacramentum; cum non habeant errorem in intellectu, qui requiritur in crimine hæreſis, iuxta definitionem *ibidem* ab eo traditam: credant que Sanctiſſimum Sacramentum adorāndum eſſe, & Sanctorum imagines venerandas: quod videtur concordare cum

cum eo, quod ſupra dictum eſt *in* §. *III. hoc eo. Cap. num.* 73. *&* 74. Sed pro huiuſmodi re videri poteſt Boer. *d. Deciſ.* 301. *num.* 17. & Dominum de Muſcatello, *in ſuo tract. cuius ſup. mentio facta eſt hoc Cap.* §. *I. num.* 11. Qui *in tit. de Crim. Læſæ Maieſt. Diuinæ, ſub rub. de Blaſphemia,* plura de vtraque ſpecie refert, hoc eſt, de blaſphemia verbis, vel facto commiſſa: & ponit quędam exempla de his, qui facto deliquerunt. Item quędam tradit Farin. *Quæſt.* 20. *num.* 68. *cum tribus numm. ſubſeqq.* Itaque caueat vnuſquiſque a ſimilibus, eo quod valde

97 † Deo diſplicent huiuſmodi blaſphemiæ, non ſolum in Sanctos, ſed etiam in cacodæmonem, cum ex ſe talia mala ſint. Audi quæſo Iudam Apoſtolum *in ſua Catholica Epiſt. nu.* 9. quid dicit:

„ *Cum Michael Archangelus cum*
„ *diabolo diſputans altercaretur de*
„ *Moyſi corpore, non eſt auſus iudi-*
„ *cium inferre blaſphemiæ: ſed di-*
„ *xit: Imperet tibi Dominus.*

In duodecima præſūpt. *quæ eſt ſub nu.* 30. vbi ait Menoch. quod ſimo-

98 niam † committens ſuſpectus eſt de hæreſi: (illudque ex diuerſis probat ſcriptoribus quibus aliqui adhuc addi poſſent) dico, quod nec Hæreticus, nec de hæreſi ſuſpectus eſt, niſi credat Spiritus Sancti gratiam vendi poſſe, vt optime voluit Abb. in c. Per tuas. *il* 1. *num.* 10. *inf. eo. tit. de*

99 *Simon.* Nā in d. textu † dicitur, quod ad comparationem eius. ſ. ſimoniæ cętera crimina quaſi pro nihilo reputantur: Vnde idem Abb. *lo. cit.* dicit, hoc non debere intelligi pro ſimplici Simonia, quando. ſ. committitur dicto vel facto, in dante vel recipiente vel promittente pecuniā pro receptione alicuius rei ſpiritualis: ſed pro eo, qui dicit, (vti dictum eſt) gratiam Spiritus Sancti poſſe pretio acquiri: ſecus autem eſſe putat in ſimonia, quæ committitur hodiernis temporibus: dantes. n. pecuniam, potius dant, vt inducant ſuperiorem ad ordinandum, vel ad conferendum beneficium, quam quod exiſtiment illā gratiam emi poſſe, vel vēdi, vel quam ipſi in veritate intendant emere, vel vēdere: & ideo puto, (inquit) quod multa alia ſunt grauiora ipſo genere ſimoniæ ſic accepto: quod patet ex facilitate diſpenſandi: & hoc ex Innoc. *in c. Quoties. eo. tit.* refert, quamuis eundem Innocētium alleget Menoch. *lo. cit.* Sed Fel. ſicut & Abb. intelligit Innocent. *quem tradit in c.* 1. *circa fi. eo. tit.* Et cum hac ſententia concordat etiam D. Thom. *in* 4. *Sententt. diſt.* 25. *quæſt.* 3. *art.* 1. allegatus a Bell. *in Addit. ad eundem Abb. in d. c. Quoties. verbo, Hæreticus.* qui dicit, quod Simoniaci, ſi proprie & perfecte loquamur, non ſunt Hæretici, cum non habeant opinionem: ſed dicuntur Hæretici propter ſimilitudinem actus, qui actus ita operatur, ſi exiſtimarent Spiritum Sanctum pecunia poſſideri: quæ exiſtimatio eſ-

100 ſet Hæretica. Hinc puto, quod † debent Immunitate hac gaudere quoad pœnas infligendas corporales: ſecus autem quoad alia, quæ ſequūtur ex hoc ſimoniæ crimine, hoc eſt, vt quis beneficium amittat, vel ab ordinum exſequutione, & aliorum ſuſpendatur. Quare illa, quæ alibi tradit Menoch. *d. lib.* 5. *Præſumpt.* 8. *in princ.* non procedent in ſimonia ſimplici, prout iam dictum eſt.

Sed hoc probatur expreſſa ratione, quod ſimonia nō ſit hæreſis; nam ſi eſſet hæreſis, vtique poſſet Domi-

101 nus Papa deponi, cum etiam † ipſe ſimoniam committere poſſit, *Fel. in d. c.* 1. *& alij ab eodem allegati, & poſt eum Clarus in* §. *eod. ideſt, Simonia. verſic. Quæro etiam nunquid. vbi ponit*

quaſdam diſtinctiones, plures alios refert Vgol. in ſuo tract. d. tit. de Simon.
102 *Tab. 1. cap. 3. §. 1.* Nam Papa † propter Hæreſim deponitur, *vt in c. Si Papa. Diſt. 40. quod tradit Abb. in d. cap. Quoties. num. 2. Prepoſ. in d. c. Si papa. num. 4. 5. 8. 14. & 16. vbi ad quadam contraria reſpondet. & tradit Pittius in ſuis Commun. opinn. verbo, Papa non poteſt.* Sed hoc negatur in crimine Simoniæ, quia minime deponendus eſt, *vti Abb. in d. num. 2. dicit ex Gloſ. eiuſdem c. Si papa. quæ eſt vltimo loco poſita, ſuper qua multa pro & cõtra congerit Clarus in §. fi. quæſt. 36. verſ. Videndum igitur.* Ergo ſimonia non eſt Hæreſis. *Quadam refert ſuper his d. de Matthæis in d. tract. Sept. Decretall. d. tit. de Simonia cap. 3. in Addit. vbi per tot. tit. plures & diuerſas tradit Extrauagantes Conſtitt. quarum quaſdam etiam cum alijs, vltra prædictas, refert Quarãta in d. ſuo tract. Summa Bull. ſub eadem Rub. Simonia. vbi multa tum ab eodem Quaranta, tum a Proſpero de Auguſtino in Addit. doctiſsime ad eandem Simoniæ materiam concernentia annotantur.* Attamen quoad hoc non dubito, quod poterit Eccleſiaſticus Iudex prædictis ſimoniacis aliquam iniungere pœnitentiam in tam infeſtiſſimi criminis pœnam, vt inf. *in fine harum Præſumptionum, ſeu in fine præſentis §. vel Quæſtionis,* dicemus. Plures, ac diuerſos caſus recenſet Caiet. *in Summa eo tit.* in quibus non poteſt eccleſiaſticus Iudex procedere, quos apud eum videri oportet, quia ſatis docte de eis loquutus eſt.

Decimatertia eſt Præſumptio, cũ
103 quis † in aliquo poſitus magiſtratu requiſitus recuſat auxilium præſtare ad Hæreticum apprehendendum: is enim de Hæreſi ſuſpectus eſt, iuxta ſententiam Menoch. qui Catrerium refert, allegãtem cap. Vt officium. § *finali. de Hæret. lib. 6.* At quoniam in d. textu agitur de magiſtratibus & alijs officialibus, qui requiſiti ab Inquiſitoribus Hæreticæ prauitatis recuſauerint iurare ſe ſeruaturos Canones, & Statuta contra eoſdem Hæreticos, eorumque fautores edita, ideo coniungenda mihi viſa eſt hæc præſens Præſumptio cum Decimaſeptima ſubſequẽti vbi idem Menoch. de ſimilibus tractat, ponens vnum caſũ ab alio diſtinctum: ſed quidem vterque ab eodem pendet iure: nam in fine eiuſdem textus res hæc extat deciſa. Vnde videri oportet, an huiuſmodi perſonæ ſint vere Hæreticæ: quod iudicantis arbitrio relinquendum putaui. legi tamen poteſt Iacobus de Graffijs *d. lib. 4. co. cap. 18. nu. 17. & quatuor ſeqq.* qui hos caſus æquiparat. Quapropter inter eos computarem, quos ſup. diximus eſſe Hæreticorum fautores, *in nu. 21. & 32.*
104 *cum aliqq. ſeqq.* Nam ſatis fauere † dicitur, qui negligit Hæreticos capere, ſi tamen iuriſdictionem ad id habet, *vide de Graff. lo. cit.*

Decimaquarta Præſumptio coniungẽda videtur cum Decimanona: ſed de vtraq; idem affirmarem, quod ſupra de proxima dixi: non tamen omnino ſimiles Reos a pœnis liberos faciemus, vt dicetur in fine præſentis Quæſt. ſeu §. vbi quaſdam generales exceptiones trademus.

Decimaquinta Præſumptio eſt,
105 cum Epiſcopus, † vel alius in ſacris poſitus ſcienter hæredem inſtituerit Hæreticum, nam is de Hæreſi ſuſpectus ſit: quod probare dicit text. in c. Siquis Epiſcopus. cum c. ſeq. inf. de Hærett. Sed aduerte quod c. ſeq. incip. In eos, loquitur de omnibus Clericis, dum ait:

„ *Denique hoc, quod de Epiſcopis,*
„ *& Præsbiteris dictum eſt, debet*
„ *de reliquis Clericis exaudiri.*

Vnde

Vnde ſubdit Gloſ. quod in hoc omnes pares ſunt.

106 Hoc † autem, quod de Hæreticis diximus, extenditur ad quoduis infidelium genus, vt patet in d. tex. in c. Si quis Epiſcopus, dum generaliter de paganis loquitur, ibi,

„ *Aut paganos pertulerit, &c.*

Vbi Glo. per alium præd. c. ſeq. Infra eos, ad omnes illos extendit, qui Catholici non ſunt: quod quidem expreſſis ibidem patet verbis, dum dicit d. text.

„ *Qui Catholici non ſunt.*

Quod pro hoc not. Fel. *in c. Iudei. il*
107 *2. in fi. inf. de Iudæis.* Et hoc † de conſanguineis quoq; intelligendum eſt: nam ſi fuerint Hæretici, vel pagani minime a Catholis hæredes poterunt inſtitui, prout iam expreſſe habetur in ſupracitt. iuribus.

Aduerte autem, quod text. in d. c. Si quis Epiſcopus, non dicit, quod inſtituens Hæreticum, vel infidelem hæredem cenſeri debet Hæreticus, vel de Hæreſi ſuſpectus, ſed tantum anathematizari pcipitur. Imo Abb. *ibidem* huiuſmodi perſonas nec inter Hæreticos connumerat, ſed ſolum
108 excommunicatas vocat. Fel. † autem *ibi in Summario* dicit quod poſt mortem puniri debent velut Hæreticæ. Hinc videtur oriri quædam quæſtio: quia ſi d. tex. de excommunicatis tãtum loquitur, alia deberet eſſe ratio minorem habẽs difficultatem, quam caſus, de quo in §. præſenti agitur: quia excõmunicatos diximus (cũ de Perſonis egimus *ſup. Cap. III. §. 2.*) admittendos ad huiuſmodi Immunitatem: Hæretici vero hac præſenti Conſtitut. excluduntur. Quare procul dubio, ſi Felini opinio vera eſt, omnino ſimiles perſonæ ſupradictæ ſunt excludendæ. Sed nihilominus aut velut excommunicatæ, aut velut Hæreticæ, ſeu de Hæreſi ſuſpectæ, nõ obſtante hac Immunitate, puniendæ eſſent, ſicuti diximus de excommunicatis *lo. ſup. cit.* licet diuerſimode. At primum pro Felini ſententia exſtare videtur illud, quod tradit Gloſ. 1. & Abb. *in c. vlt. nu. 6. circa fi. inf.*
109 *Locati*, volentes, legẽ † intelligendam & declarandam eſſe ſecundum titu-
110 lum, iuxta quem ſituata eſt, *pro qua facit tex. in l. 2. ff. de Statu hom. & text. in §. Quibus. in Prima Conſtit. Codicis. tradit etiam Menoch. lib. ſexto ſeq. Præſumpt. 1. num. 20. Cacher. Deciſ. 20. num. 4. vbi quamplures traduntur, & vndique aly.* Secundo pro eo. Fel. aſſiſtit text. in c. Sane profertur. 24. quæſt. 2. quod allegat Glóſ. d. c. Si quis Epiſcopus. *in verbo, Poſt mortem.* Nam in d. cap. Sane, agitur de Hæreticis etiam poſt mortem excommunicandis, ſeu mauis denuntiãdis: Et in §. Multi Epiſcopi, alias, Item multi Epiſcopi, idem dicitur, quod habetur in d. c. Si quis Epiſcopus, licet de ſolis Epiſcopis loquatur: quod forte puto fuiſſe extenſum ad alios Clericos, vti dictum eſt per alios ſupradictos Canones.

Reſpondetur tamen, quod quamuis prædicti Canones loqui videantur de Hæreticis, eo quod ſubſunt titulo de ſimilibus tractanti; attamen parum refert, quia non ob hoc cenſeri debent Hæretici, qui ſimili modo Hæreticos & infideles hæredes inſtituerint: ſed forſan quia tractant de eorundem Hæreticorum pœnis, videlicet, quod nec hæredes debent inſtitui, præſertim (vt ibi dicitur) a perſonis prædd. Eccleſiaſticis; ideo d. tit. ſubnixi ſunt: Qua ratione vtrique obiectioni pro Felino traditæ ſatisfactum eſt: nam d. §. Multi Epiſcopi, eodem modo incluſus videtur in d. c. Sane.

Sed præter hæc, dicamus cum Felino & Menochio *lo. cit.* quod ex hac

caufa

cauſa huiuſmodi perſonæ redduntur ſuſpectæ de hæreſi; quia parent cum Hæreticis communicare, vnde de excōmunicatione nulla eſt dubitatio, quin eo ipſo incidant in illam: quia etſi non legitur expreſſe in dd. Iuribus, patet nihilominus in quamplu- ribus alijs, præſertim in d. cap. 1. Bullæ Cenæ. Quis enim magis auxilium dari videtur, quam qui bona ſua illis reliquerit? Hoc autem de Hæreticis tantum intelligēdum eſſet, nam cum alijs in temporalibus licet communicare, vti ſup. plene dictum eſt *in d. Cap. III. §. 3.*

Verum præſens quæſtio parum, imo nihil prodeſſe in hoc præſente Libro, fortaſſis quis dicet, eo quod loquitur de illis, qui poſt mortem ſuam Hæreticos inſtituerint hæredes, vel aliquid eis reliquerint: quomodo ergo poterit Delinquens ad Eccleſiam poſt mortem fugere? imo etiam in præcitatis caſibus poſt mortem excommunicari præcipitur: quia hæreditas ante mortem non dicitur. Nam

110 hæreditas † nihil aliud eſt, niſi ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, *l. Nihil eſt aliud. ff. de Verb. ſign. & l. Hæreditas nihil. ff. de Reg. iu. facit text. in l. Si qui. ff. de Petit. hæred. cuius ſimilis definitio habetur apud Cic. in Topicis, in loco a definitione.* Idem dicitur de legato, cum ſit donatio in teſtamento, &c. *l. Legatū eſt. ff. de Legatis 1. & 2.*

Vnde dic, quoc hoc verum eſt quo ad ipſos Hæreticos, quia niſi præmoriantur perſonæ inſtituentium, auxilium nullum conſequi poſſunt perſonæ inſtitutæ: quo vero ad ipſoſmet inſtituentes tempus inſtitutionis cōſideratur, quia ex tunc videntur cum illis communicaſſe: quare ſufficit intentio cum opere ſubſequuto, *arg. c. Nuper. in fi. ſup. de Bigamis.* Quod quidem colligi videtur, ex ipſomet c. Si quis Epiſcopus, in illis verbis:

» *Saltem poſt mortem ei anathema*
» *dicatur.*

Nam fortaſſis ante mortem nō dum venerat in notitiam, præſertim ſi in ſolemni teſtamento inſtituti fuerint: quapropter detecto crimine poſt mortem, eodem tempore denuntiari

111 debent. Hinc igitur quod † dictum eſt de perſonis prædictis Eccleſiaſticis, extendendum eſt ad omnes Chriſti fideles, cum & ipſi ſimili modo cum illis perſonis nō Catholicis communicare poſſint: nam Iura prohibentia communionem cum perſonis prædictis arctant omnes Catholicos ſiue Eccleſiaſticos ſiue laicos qualibet exceptione remota: & ſic militante eadem ratione, procul dubio eodem iure vti debemus, *vt ſup. in §. praeced. num. 150. traditum eſt.*

Non obſtat, quod hæc Iura peculiariter de prædictis Eccleſiaſticis perſonis loquantur: vnde cum ſimus in odioſis ad alias non extendenda, dicemus; quia in odioſis non debet fieri extenſio, præſertim, quia ſi præter perſonas prædictas, alias comprehendere voluiſſet, expreſſiſſet, ſicuti dum de Epiſcopis prius loquuta ſunt, poſtea ad alios præsbiteros, & inferiores Clericos extenſa ſunt: Quia reſp. quod illud forte potuit eſſe, quia tūc temporis non erat ſpecialiter prohibitum, vel prouiſum de his Hæreticorum fautoribus per Concilia, vel Iura generalia: Vnde D. Auguſt. in illo ſpeciali Concilio Africano de his ſolum tractare voluit: nam illamet Iura, quæ ſubſunt d. titulo de Hæreticis, ex præd. Concil. Africano ſunt extracta, *vt ibi videre eſt:* in qua Pro-

112 uincia † D. Auguſtinus exſtitit Epiſcopus, *d. c. Sane. §. fi.* qui eundem Canonem, Sane profertur, condidit. Et licet lege Imperiali ſuper hac re prouiſum ſit, *vt patet in toto tit. C. de Hære-*

Hæreticis, *præſertim in l. Manichæos*; attamen illæ leges non arctabunt perſonas prædictas Eccleſiaſticas: imo nec excommunicationem valent inferre.

Sed rurſus, nonne, dices, omnia
113 † noſtra, facimus quibus auctoritas noſtra impertitur? *l. 1. §. Sed neque, verſ. Omnia enim. C. de Vet. iu. enucl.* Sed licet ſint illa Iura ſupradicta extracta a Concilijs ſpecialibus, quia tamen in Corpore Iuris ſunt incluſa, præſertim in hoc Lib. Decretalium, cuius Canones & Iura Gregorij IX. Pōtificis auctoritate a D. Raymundo ſunt collecta, ibique inſerta, *vt in earundem Præfat. legitur*; Ergo vim generalis legis habent; ſicuti & alia iura ibidem ſubnixa: & hoc modo, quia prouiſum exſtat expreſſe de fautoribus, defenſoribus, & ſimilibus ibidem in d. Decretall. *ſub d. tit.* quæ iura abſque perſonarum exceptione loquūtur, omnes ſimul cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis comprehendentia; ergo Iura ſupradicta ſpecifice tradita pro caſu præſentis Præſumptionis loqui videntur tantum de illis perſonis ibi comprehenſis. At facilis huiuſce rei tradetur reſponſio, ſi bene perpendere voluerimus verba eiuſdem c. Si quis Epiſcopus, vbi *in fi.* dicitur, quod nedum excōmunicari debet Epiſcopus, qui illas perſonas hæredes inſtituerit, verum & inter dei Sacerdotes nomen eius delēdum eſt, vt patet his verbis:

» *Atque eius nomen inter Dei Sa-*
» *cerdotes nullo modo recitetur.*

Quod poſtmodum ad omnes Clericos extenſum eſt. Itaque prædicti Canones nil aliud diſponunt noui, niſi quod dictum eſt, videlicet, quod non debent nomina prædictorum inter perſonas Eccleſiaſticas recitari. Quod factū eſſe dicitur propter conſuetudinem quorundam locorum, vbi nomina eorum ſcribuntur in aliquo libro, & in die obitus illorum recitantur, & pro eis fit aliqua oratio: de quo videri poteſt Dominus Abb. *in d. c. Si quis Epiſcopus. poſt num. 3.* & Archid. *in d. c. Sane. num. 3.* Quod puto fieri, ſi forte alibi hoc ſeruatur, vel ita factum fuiſſe, vt in die Anniuerſarij cuiuſque ſingularium, egregiarumq; perſonarum eorum nomina legebātur, & pro eis oratio fiebat.

Concludēdum igitur, quod quando inter viuos compertum fuerit, aliquem cuiuſuis conditionis, ſexus, vel gradus, ſiue Clericum, ſiue Laicum Hæreticum hæredem inſtituiſſe, vel aliquid ei in teſtamento legaſſe, tanquam eius fautor, vel auxiliator puniri debet: vnde quod ſup. diximus de his auxiliatoribus & ſimilibus *in Præſump. 4. ſub num. 32.* cenſerem in
114 hac præſenti ſtatuendum. Quod † limitandum puto ſecundū illud, quod etiam dictum eſt, quando ſ. egenis fuerit aliquid relictum: *Vide ſupra num. 37.*

115 Decimaſexta Præſumptio videtur, cum Religioſus † derelicta religione factus eſt apoſtata, hoc eſt, cū ſine iuxta cauſa, vel probabili a religione diſcedit, eū ſane ſuſpectum de hæreſi dicit Menoch. *in d. Præſump. 6. lib. 5. num. 34.* ex Siman. Alfon. de Caſtro, & Melchio. Cani.

116 Quod † multo magis procedere videtur, quando ipſe apoſtata duxerit vxorem: nam ſecundum Bald. *in l. Nemo Clericus. C. de Sacroſanctis Eccleſ.* & Epiſc. Balneoreg. *in Indiciali Inquiſit. in verbo Hæreſis. num. 32.* hunc vere Hæreticum cenſeri dicit Menoch. *in ſubſeq. num. 35.* Sed
117 quidem non † ita ſimpliciter hoc debet intelligi, ſed cum aliqua diſtinctione: ideo ad Abb. *in c. De homine. num. 6. ſup. de Celebr. Miſſarum*, recurrendum cenſui, qui poſt Ant. de

Butr.

Butr. non ſolum non eſt auſus hoc affirmare, verum etiam & cum quadam diſtinctione reddit eum tantum de hæreſi ſuſpectum dicens:

„ *Quidam profeſſus quandam religionem, exiuit ordinem, & duxit vxorem. Inquiſitor hereticæ prauitatis volebat contra eum procedere, vt ſuſpectũ de hæreſi: Quæritur nunquid poſſit? Ex prædictis dicit Butr. quod aut ille contraxit palã, & præſumitur errare in fide: & ſic poteſt procedere cõtra eum: aut clandeſtine, & non præſumitur errare: & ſic non poterit Inquiſitor procedere contra eum: quod no. quia facit ad multa, &c.*

Quare ſi hoc procedit in apoſtata a religione, multo magis vindicat ſibi
118 locum in Clerico † in ſacris conſtituto, qui dimiſſo habitu clericali, ſimili modo vxorem duxerit, hũc ſane poſt Io. Lup. Bern. Diaz Siman. & Pegn. ſuſpectum tantum de hæreſi dicit idẽ Menoch. in alio loco, *ideſt, in tract. de Arbitr. Iud. cent. 8. caſu* 146. *num.* 49. Vnde ex hoc quodammodo videtur ſibimet contrarius, licet in primo caſu loquatur de religioſo: in ſecundo vero de Clerico in ſacris conſtituto. Sed aduerte, quia Menoch. non eſt ſibi contrarius, eo quod Baldus ab eo allegatus in iiſdem loquitur terminis, in quibus Dominus Abbas: quapropter Menoch. intelligendus eſt, prout ab eo allegati dicunt, vt ſtatim inferius apparebit.

Si vero exſtiterit pertinax in apoſtaſia, is vere Hæreticus cẽſendus eſt, & ob id vt talis eſt puniendus, vt ex eodem Menoch. habetur *d. num.* 34. poſt Siman. & quæ ibi traduntur.
119 Hinc ergo dicẽdum, apoſtatam † admittendum ad hanc Immunitatem iuxta ſupradicta, & ita expreſſe dicit Rebuff. *in d.* 2. *tomo ad Comment. ſuper Conſtit. hoc tit. de Immun. Gloſ.* 1. *nu.* 24. *verſic. Septimo.* quod de anno 1440. die 3. Maij fuit apoſtata ab Eccleſia extractus, quia ſubtraxerat bullas, & ſigilla: demum dictum fuit, eum admittendum, vel reſtituẽdum ad hanc Immunitatem, & ea debere gaudere: cui ſententiæ aſtipulatur Decianus *lib.* 6. *cap.* 28. *alias.* 29. *num.*
120 13. quamuis quandam † tradat diſtinctionem, dicens, dummodo non aufugiat ad eandem religionem, a qua diuertit, ea ratione: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit, *c. fi. inf. eo.* Sed quidem puto omnino deceptum Decianum, quia quod de vna religione dicitur, de alijs eſt affirmandum, quemadmodum diximus *ſup. hoc eo. Cap.* §. 111. de eo qui deliquerit in vna Eccleſiarum, nam ſi priuatur illius Immunitate, eodem modo generaliter non valebit ſe tueri aliarum præſidio. Ratio autem Deciani locum habere poſſet, quando huiuſmodi apoſtata gaudere vellet priuilegijs religionis, nam tunc ei dicendum eſſet, fruſtra legis auxilium, &c. quo vero ad hanc Immunitatem non procedit, quia non violat locum, qui communiter omnibus præſtat illud auxilium. Itaque indiſtincte dicendum eſt, quod gaudere debet, abſque tot adminiculis, iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti verbum *in illo Lucæ, cap.* 15. *poſt num.* 11. dum narrauit de quodam patrefamilias, qui duos habuit filios, quæ res ita ſe habet.

„ *Homo quidã habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et nõ poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuã*

viuen-

» *viuendo luxurioſe. Et poſtquam*
» *omnia conſummaſſet, facta eſt fa-*
» *mes valida in regione illa, & ipſe*
» *cœpit egere. Et abijt & adhaſit*
» *vni ciuium regionis illius. Et mi-*
» *ſit illum in villam ſuam, vt paſce-*
» *ret porcos. Et cupiebat implere*
» *ventrem ſuum de ſiliquis quas*
» *porci manducabant: & nemo illi*
» *dabat. In ſe autem reuerſus, di-*
» *xit: Quanti mercenarij in domo*
» *patris mei abundant panibus: ego*
» *autem hic fame pereo. Surgam, &*
» *ibo ad patrem meum, & dicam ei:*
» *Pater peccaui in cœlum, & coram*
» *te: iam non ſum dignus vocari fi-*
» *lius tuus: fac me ſicut vnum de*
» *mercenarijs tuis. Et ſurgens ve-*
» *nit ad patrem ſuum. Cum autem*
» *adhuc longe eſſet, vidit illum pa-*
» *ter ipſius, & miſericordia motus*
» *eſt, & accurrens cecidit ſuper col-*
» *lum eius, & oſculatus eſt eum. Di-*
» *xitque ei filius: Pater peccaui in*
» *cœlum, & coram te: iam non ſum*
» *dignus vocari filius tuus. Dixit*
» *autem pater ad ſeruos ſuos. Cito*
» *proferte ſtolam primam, & indui-*
» *te illum, & date annulum in ma-*
» *num eius, & calceamenta in pedes*
» *eius, & adducite vitulum ſagina-*
» *tum, & occidite, & manducemus,*
» *& epulemur: quia hic filius meus*
» *mortuus erat, & reuixit: perie-*
» *rat, & inuentus eſt. Et cœperunt*
» *epulari, &c.*

Hoc exemplum huc tranſlatum & adductum eſt propter lectoris facilitatem, & rei ſimilitudinem: nam ſicuti Hoſtienſis quoddam dictum ſuum (de quo ſupra actum eſt *Cap. praeced. §. penult. alias, X. in fi. num. 2.* confirmat exẽplo mulieris, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, *vt ſuo loco videre eſt*: ita etiam, imo multo magis caſus prædicti deciſionem auctoritate præcitati exempli confirmare debemus, eadem ratione quam ſup. vbi de illo Hoſtien. dictum eſt, militante.

Limitabis tamen omnes has præſumptiones, quæ in fauorem Reorum vertuntur, ſecundum limitationem generalem inferius dicendam *in fine præſentis §.*

Decimaſeptima Præſumptio declarata eſt ſup. cum de præſump. decimatertia dictum eſt.

121 Decimaoctaua Præſumptio, eſt cum quis † palam duplici coniugio eodem tempore copulatus eſt: hunc de hæreſi ſuſpectum dicit Menoch. *in d. Præſump. 6. num. 37. quod refert etiam in d. ſuo tract. de Arbitr. Iud. caſu* 420. *num.* 114. tradens quamplures, qui eodem tempore pluribus nuptijs fuerunt copulati, de quibus hic ſuperfluum eſſet tractare. In hoc autem caſu præſentis præſumptionis ſimpliciter ſũptæ, non videtur ſortiri poſſe, locũ quod de Hæreticis dictum eſt: quia non eſt adeo vehemens iſta ſuſpicio, vt leuibus ſaltem contrarijs argumentis elidi non poſſit: nam alij, de quibus in præcedentibus præſumptionibus eſt actum, magnam videntur habere cum Hæreticis ſimilitudinem: huiuſmodi vero penitus diuerſã. Sed primo quod nõ ſint Hæretici, probo ſic: Omnis Hæreticus eſt ex-

122 communicatus: ſed duplici † coniugio eodem tempore copulatus non eſt excommunicatus, vti poſt Glo. 2. *licet ille primam alleget* Card. Imol. & alios *in Clementina vnica, de Conſang. & affin.* refert Couar. *in Epiſt. ad Quartum Decretall. de Matrim. cap. 7. §. 3. num. 6. poſt med. verſic. Suſpectus etiam*, quem allegat Menoch. *d. caſu.* 420. *eo. num.* 114. Ergo non eſt Hæreticus. Sed quod non ſit excommunicatus, probat expreſſe text. in c. An non. 24. *quæſt.* 3. vbi Nicolaus Papa Lothario Regi ſcripſiſſe

fertur, dicens:

„ *An non diſtricta vltione ferien-*
„ *dus es, qui in duabus vxoribus*
„ *adulterium Lamech & flagitium*
„ *imitatus eſſe dinoſceris?*

Quapropter Couar. † *lo. ſupracit.* bene arguit Paulum Grillandum *in*
123 *trac. de Pœnis omnif. coitus. quæſt.* 14. qui voluit huiuſmodi perſonas incurrere ipſo facto excommunicationis pœnam, prout ipſe refert. Suſpicio autem, quæ ex hoc crimine oritur, tradetur ſtatim inferius.

124 Alia † tamen pœna de Iure Canonum ſecundum matrimonium, priori firmo manēte, contrahentes puniuntur, nam pannis abſciſſis dehoneſtantur, & tonſurantur: & vt moris eſt in quibuſdam locis, quia veſtes & capilli inciduntur eis in ignominiam ante & retro, *c. De benedicto.* 32. *quæſt.* 1. *cum ſua Glo. in verbo, Caluatos. quē textum allegat Abb. in c. Cum haberet. num.* 3. *inf. de Eo, qui duxit in matr. quam polluit per adult. & post eum, & alios Menoch. d. caſu* 420. *num.* 117. Atque etiam in alijs locis ſolent ante valuas Eccleſiæ, dū diuina celebrantur, cum mitra infami melle vncti, ac pennis deſuper circunſperſis in ſcala collocari, & poſtmodum publice per viam verberari: qui mos exſtat hic in partibus noſtris, & ideo Dominus Abbas eiuſdem moris facit mentionem *in d. num.* 3. *& in cap.* 1. *num.* 2. *inf. de Sortilegijs.* Solent etiam præter has, alijs cogi pœnis, vt hic in Regno, quia vt plurimum per aliquod tempus condemnantur ad remigandum.

125 De iure † vero Cæſareo aliter puniuntur: nam pœnæ capitis ſimiles facit obnoxios, *text. eſt in l. Eum qui duas. C. Ad L. Iul. de adult. quem pro ſingulari retuliſſe Ludo. Rom. ſing.* 533. *incip. Tu ſcis, quæ pœna ſit, tradit Zach. in Addit. ad Abb. eo. num.* 3. *Sed Menoch. in d. num.* 117. *eundem allegat in ſing.* 531. *Aduerte ergo, ne erres, quia nullibi talia refert Rom. ſed eſt in ſing.* 537.

At pœnam hāc in hoc Regno nunquam fuiſſe vſu receptam, traditur: quia temporales iudices in his non ſe interponunt: imo nedum in partibus noſtris, ſed in toto terrarum orbe præ dictam capitis pœnam in deſuetudinem abiiſſe, refert idem Menoch. *d. caſu* 420.

126 Hinc ergo, ſi de ſuſpicione aliqua hæreſis aduerſus hos agere velimus, diſtinguendum † putarem: nam aut is, qui bino coniugio, vel pluribus eodem tempore copulatus eſt, optimæ indolis, bonæue conditionis eſt, ita vt de eo ſuſpicari poſſit de ſacramento Matrimonij; aut, prout ſæpiſſime accidit, eſt homo vilis, & infimæ conditionis, ita quod abſit illa ſuſpicio; nam huiuſmodi perſonæ non vt affectent iniuriam ſacramento, ſed forſitan ob cupiditatem habendi nouas dotes; aut libidinis ſtudio, veluti aliquarum puellarum amore captæ, quas niſi matrimonio iungendi cauſa illas peterent, habere nequirent, ad ſimile facinus committendum ducantur: quod viris quoque optimæ conditionis accidere poteſt, vti diximus ſup. *ex cap. An non.* 24. *quæſt.* 3. de Rege Lothario: *de quo etiam tractatur in c. Scelus.* 2. *quæſt.* 1. *& in c. Tengualdum.* 11. *quæſt.* 3. & de quamplurībus alijs, & Regibus magniſque viris de quibus loquuntur hiſtoriæ. Huiuſmodi (inquam) quia non habent prauam intentionem aduerſus ſacramentum, hac eos Immunitate nō priuarem, ſed aliquam ſalutarem pœnitentiam, *prout in fi. præſentis* §. *dicemus*, illis imponerem: quod colligitur, imo expreſſe legitur in cap. Si quis fuerit. 32. *quæſt. ſeptima.* vbi Martinus Papa ſimilibus pœnitentiam

tiam agere præcipit,dicens:
„ *Si quis fuerit multis nuptijs copulatus, pænitentiam agat. Conuerſatio autem,& fides pœnitentis tempus comprehendat.*
Vbi Gloſ. exponit multis nuptijs copulatus eodem tempore, de talibus enim loqui ait d.c. *vt in c. De his,qui.* 31.*quæſt.* 1. *& ibi Glo. ſi. allegat d. c.*
127 *Tengualdum.* Sin † autem de eis adſit aliqua ſuſpicio, quam nec purgare voluerint, tunc meritiſſime vt Hæretici condemnandi ſunt, in quo caſu non dubito, quin in Bullam Cœnæ incidant,vt bene tradit de Graffijs *d. par.* 1. *Deciſ. aurr. caſſ. conſc. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 15. Vnde dicit Farin. ex multis,quos allegat *in Quæſt.* 8 *.num.* 127. *verſic. Amplia.* quod purgata
128 † illa ſuſpicione, poteſt contra tales iudex quoque temporalis procedere: ſed huiuſmodi facultatem ſe ingerendi tẽporales iudices aduerſus dictas perſonas iam diximus ſublatam.
129 Huius † autẽ euidens ſuſpicio erit, cum alicui fuerit denuntiatum, vt ſecundam velit relinquere vxorem, ſi vir fuerit, & primæ adhærere: quod ſi facere neglexerit, tunc quidem vehementer de hæreſi ſuſpectum ſe reddet, quod male ſentiat de Sacramentis.

Hæc ſint dicta quo ad hoc: plures caſus refert Clarus *in* §. *Fornicatio. verſic. Dicitur etiam.* & vndiq; alij. Quapropter dicendũ eſt, quod quanto plura erunt coniugia, quibus quis eodem tempore copulatus fuerit, tãto maior erit ſuſpectus: & tunc cautius eſt agendum.

Cæteras vero præſũptiones, quas poſt has refert Menoch. relinquerem boni viri arbitrio. Sed vltra eas, quædam mihi viſæ ſunt addere, quarum prima ſequens eſt.

130 Præſumitur † ad huc de hæreſi ſuſpectus, Qui carnes diebus prohibitis ab Eccleſia ſine neceſſitate comedit, quamuis aliquando id a voracitate prodire poſſit abſq; vllo mentis errore; *Pegna in Direct. Inquiſitt. part.* 2. *quæſt.* 55. *quem refert Genuenſis in d. Praxi Archiep. d. cap.* 23 *.nu.* 11. *verſ. comedentes.vbi plures alios recenſet caſus his ſupradictis ſimiles, ſicut diximus.* Sed in tali caſu putarem non eſſe contra Reum præſumendum, cum hoc procedat, vel pẽdeat ex ſola eius conſcientia: vnde ſufficeret ad purgandam hanc ſuſpicionem eius ſimplex iuſiurandum, ſicuti fieri ſolet in
131 ſimilibus caſibus. Nam ea † quæ dependent ab animo & cõſcientia, poſſunt probari per iuramentum, quia alio modo probari non poſſunt, *late poſt multos tradit Maranta in Repet. l. Is potest. nu.* 316. *ff. de Acquir. hered. vbi allegat Abb. quo loci in Addit. eiuſdem Abb. plures, vltra illos, allegantur. Huc accedas etiam quod traditum eſt ſup. Cap. præced.* §. *X. num.* 3. *de Virginum Veſtalium iuramento.*
132 Alia † erit ſuſpicio contra Sacerdotes cõfeſſarios, dum illud exercent munus: nam ſi forte in illo actu mulieres ad libidinem ſollicitauerint, vel prouocauerint, quia ex hoc male de Pœnitentiæ ſacramento ſentire videntur, eo abutentes, de hæreſi fiunt ſuſpecti: & contra eos Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere poſſe, tradit Pegna *in d. Direct. d. quæſt.* 55. ac ita ſeruari in Trib. ſãctiſſ. Inquiſitionis, teſtatur Lopez *ad Diaz in praxi crim. canon. cap.* 82. quod in quadam Extrauag. Conſtit. Pij IV. Põt. Max. confirmatum exſtat, quam refert Emanuel Rod. *tom.* 1. *ſuarum Quæſt. regg. quæſt.* 59. *art.* 4. *fol.* 557. *impreſſis Salmanticæ.* cuius tranſumptum tradit Quaranta *in d. tract. Sũma Bullarum. verbo, Confeſſor.* §. *Sciendum eſt etiam. fol.* 196. *in impreſſis*
133 *Venetijs* 1607. qui eandem † extendit

ad eos, qui alliciunt adoleſcentes ad
actum nefandum, rationibus *inibi* ab
eo relatis, quarum nos aliquas ſup.
tetigimus *hoc Cap. §. III. poſt num.*
30. in verſic. Nec mirum ſit, per aliqq.
ſeqq. numm. Et refert Genuenſis *in d.*
Praxi Archiep. cap. 79. circa fi. hanc
134 † Conſtitutionem extenſam per S.
opt. record. Clementis VIII. etiam
ad eos, qui prope actum cõfeſſionis,
ante, vel poſt, talia perpetrauerint;
dans quoque practicam, modumque
contra ſimiles procedendi.

135 Eſt † & alia de hæreſi ſuſpicio, imo
& verus Hæreticus videtur, cum quis
nondum ad ſacrum Præsbiteratus
ordinẽ promotus, Miſſæ ſacrificium
celebrare, imo vſurpare; vel Pœni-
136 tentiæ † ſacramentum Chriſti fideli-
bus miniſtrare præſumpſerit: huiuſ-
modi Reus curiæ ſeculari puniendus
mandatur per quãdam Conſtitutio-
nem Pauli IV. Sixti V. & demum
per aliam eiuſdem Clementis VIII.
incip. Etſi alias felicis record. Paulus
Papa IV. &c. quam ad verbum refert
idem Quaranta *in dicta Summa Bull.*
verbo, Ordo. Conſtit. vlt.

137 Idem † dicendum eſt de impedi-
entibus, & offendentibus perſonas;
ac diripientibus bona, & frãgentibus
carceres Officij Sanctiſſimæ Inquiſi-
tionis: nam ſeculari curiæ tradi de-
bent, vt legitimis pęnis aduerſus reos
criminis Lęſæ Maieſt. damnatos pri-
mo capite conſtitutis, plectantur: ac
de eorum filijs idem, quod in illo ca-
pite continetur, diſpoſitum eſt: quæ
pœna extenditur ad quaſuis Eccleſi-
aſticas perſonas cuiuſuis gradus, cõ-
ditionis, dignitatis, &c. præterquam
Epiſcopos, quorum ſibi Dominus
138 Papa cauſam ſeruauit. Et qui † pro
talibus veniã petere, aut alias inter-
cedere tentauerint, in eaſdem pęnas,
quæ in Hæreticorum fautores a Sa-
cris Canonibus, & Conſtitutionibus
inferuntur, ipſo facto incidunt. De
his loquitur quædam Extrauagans
Conſtitutio Sanctiſſ. mem. Pij V.
quam refert Dominus Quaranta *in*
d. Summa Bull. verbo, Hæretici. conſtit.
2. incip. Si de protegẽdis. & traditur in
Bullario Domini Laertij Cherubini,
fol. 1046. vbi plura leguntur, quæ in
eadem Conſtit. videri poſſunt.

Huiuſmodi autem ſupradicti duo
proximi caſus videntur ſpectare ad
§. XIV. inferius ferendum: ſed quia
ſubſunt crimini Hæreſis, ideo hic eos
tradere curaui.

Sed nil mirum, ſi Gregorius hic in
noſtra CONSTITVTIONE cri-
mẽ Hæreſis excludere voluerit, quod
antea nullo expreſſo Iure fuerat ex-
cluſum, ſed tantum Iure periti de eo
mentionem fecerant; quia iuſtiſſima
ratione factum eſſe, quiſque cogno-
139 ſcet: Nam diuino † Iure cautum ex-
ſtat, ſimiles Reos ab Immunitatis
Locis fieri alienos, vt apparet in Iere-
mia, *cap. 7.* vbi legitur de populo He-
bræorum, qui, vt idololatriæ crimen
commiſerant, & alijs immunditijs, &
peccatis erant inuoluti, confidentes
ad Templum ſe conferebant, vt Deũ
deprecarentur. Vnde indignatus Do-
minus, per prophetam hæc illis nun-
tiare mandauit, dicens:

„ *Sta in porta Domus Domini, &*
„ *prædica ibi verbum iſtud, & dic:*
„ *Audite verbum Domini oĩs Iuda,*
„ *qui ingredimini per portas has,*
„ *vt adoretis Dominum. Hæc dicit*
„ *Dominus exercituũ Deus Iſrael:*
„ *Bonas facite vias veſtras, & ſtu-*
„ *dia veſtra: & habitabo vobiſcum*
„ *in loco iſto. Nolite confidere in*
„ *verbis mendacij, dicentes: Tem-*
„ *plum Domini, Templum Domini,*
„ *Templum Domini eſt. Quoniam*
„ *ſi bene direxeritis vias veſtras,*
„ *& ſtudia veſtra; aduenæ & pu-*
„ *pillo, & viduæ non feceritis ca-*
„ *lum-*

» *lumniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris a ſeculo, & vſq; in ſeculũ. Ecce vos cõfiditis vobis in ſermonibus mẽdacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis & ſtetiſtis coram me in Domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: Liberatis ſumus, eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt Domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? Ego ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum a principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael. Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus; & locutus ſum ad vos mane conſurgens, & loquens, & non audiſtis: & vocaui vos, & non reſpõdiſtis: Faciam Domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam; & loco quẽ dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo. Et proijciam vos a facie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. Nonne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? filij colligunt ligna, & patres ſuccẽdunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocant. Nunquid me ad iracundiam prouocant dicit Dominus? Nonne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui? Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper ligna regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur. Hæc dicit Dominus, &c.*

Similia verba tradit etiam inf. cap. 11. idem Ierem. Hinc optime Summus Pontifex Innocentius expreſſe in hac Conſtitutione ſancitum reliquit, vt Hæreſis crimen ſit exceptum, cum. n. ſupra iam diximus, Idololatriæ crimen ad hæreſim ſpectare; de quo nemo dubitet, puto. ſimilem textum extraxi ab Eſaia, *cap.* 1. qui loquitur de Sodomitis, de quibus ſuo loco *inf. §. XIII. (vbi eiuſdem capitis verba tradentur)* dicemus.

140 Nec † etiam mirum ſit, ſi non ſolum de Hæreſis crimine ſimpliciter in hac Quæſtione, ſeu præſẽti §. tractauerim, ſed & de illis quoque, qui de eodem ſunt ſuſpecti, quia etiam hi appellatione Hæreticorum continentur, vt bene & ſancte ſcriptum reliquerunt Impp. Gratianus, Valentinus, & Theodoſius, *relati in l. Omnes. C. d. tit. de Hæreticis.* his verbis:

» *Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduerſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui vel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare.*

Quibus cognitis, ac patefactis ſoluta videtur præſens Quæſtio. Vnum
141 † tantum ſupereſt ſciendum, quod licet in quibuſdam caſibus ex ſupradictis quis fuerit ab hæreſis crimine purgatus, ſi tamen remanebunt aliquæ reliquiæ eiuſdem caſus, pro quo de hære-

hæreſi inculpatus ſit, vt eſt in eo, qui pluribus cõnubijs eodem fuerit tempore copulatus; Item in blaſphemo, & ſimilibus alijs; vtique, licet eũ Immunitate hac gauiſurum ire dictum ſit, non tamen omnino liber euadet, quia poterit Dominus Epiſcopus, non deuiando a Sacris Canonibus, huic aliquam ſalutarem iniungere pœnitentiam, iuxta illud Apoſtoli 1. *ad Timot. cap. 5. num. 20.*

142 „ *Peccãtes † coram omnibus argue.* Quod D. Tho. *in 3. par. quaſt. 55. art. 1. in princ.* intelligit pro publico peccatore, cui pœnitentia publica debet iniungi: *faciunt pro hoc plures Canones ſub Cauſa 2. quaſt. 1. alia plura tradit Sbroz. in tract. de Offic. Vicarij lib. 2. quaſt. 17. in princ. ſed præſertim videri poteſt Sacroſ. Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. de Refor. cap. 8. in prin. vbi eiuſdem Apoſt. dictum traditur.* Quod euenit propter rationem eiuſdem Apoſt. quam ſtatim poſt verba præcitata refert, dicens,

„ *Vt & cæteri timorem habeant.*

Cuius ſententiæ intellectum bene traditur in Concil. Trid. *dicto cap. 8.* his verbis:

„ *Apoſtolus monet, publice peccan-*
„ *tes palã eſſe corripiendos. Quan-*
„ *do igitur ab aliquo publice, & in*
„ *multorum conſpectum crimen cõ-*
„ *miſſum fuerit, vnde alios ſcan-*
„ *dalo offenſos, commotoſq; fuiſſe*
„ *non ſit dubitandum, huic condi-*
„ *gnam pro modo culpæ pœnitẽtiam*
„ *publice iniungi oportet; vt quos*
„ *exemplo ſuo ad malos mores pro-*
„ *uocauit, ſuæ emendationis teſti-*
„ *monio ad rectam reuocet vitam.*

Cum igitur ipſimet ſacri Canones aliqualem requirant ſatisfactionem fieri a Reis fugientibus ad Loca noſtræ Immunitatis: quia non omnino eos liberant a pœna, vt ſupra diximus *Cap. 1. §. 1.* cum de huiuſmet Immunitatis definitione actum fuit: ideo merito ſimilibus imponenda erit aliqua pœnitentia publica; quamuis nemo fortaſſis ab eis offenſus pareat: ſed nihilominus quia ex huiuſmodi criminibus Republica læditur; ergo & publica pœnitentia, vel melius, publica ſatisfactione abſolutionem cõ-
143 ſequentur. Poterit † tamen Epiſcopus publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud ſecretum commutare, quando ita magis iudicauerit expedire, *ita d. Concil. Trid. lo. cit. in ſeqq. verbis poſt ſupra relata.*

SVMMARIA.

1 *Læſæ Maieſtatis Rei excludũtur ab hac Immunitate, & qui? num. 45.*
Contra Principes ſuperiorem recognoſcentes an ſit proprie crimen Læſæ Maieſtatis? num. 29.
Et quid in Viceregem? num. 41.
In perſonam Principis commiſſum, quis eius pœna tenetur? num. 48. vſq. in finem.
2 *Maieſtatis nomen pluribus attributum.*
Quid ſit? num. 3.
Vnde dicta? num. 4.
Quotuplex ſit? num. 5.
Pro grauitate ſumpta, num. 6.
Cuius filia credita? num. 7.
Populo conueniens, num. 8.
Illuſtribus viris, num. 10.
Et Prætori, num. 11.
9 *Auctoritas in Senatu conſiderata a M. Tull. Cic.*
12 *Principis appellatione quis veniat? & in num. 15. vſq; ad 28.*
De quo intelligitur in noſtra Conſtitutione? num. 18. 28. & 45.
Eccleſiarum Prælati Principes dicti, num. 20.
Sũmus Princeps inter ſæculares, nu. 23.
Large ſumpto nomine Principatus, quis ſub eo comprehendatur? num. 25. & duobus ſeqq.

Et

Et quis vere & ſtricte? num. 30. *&* 32.
Non recognoſcentes ſuperiorem de quibus intelligendum? num. 33.
Principis nomen vnde dictum? nu. 37.
13 *Nebriſſenſis in Lexico Iuris, verbo, Princeps, reſtitutus.*
Gloſſa magna in Clemẽtina, tit. de Baptiſmo, reſtituta.
15 *Deus Princeps.*
16 *Angeli Principes dicti.*
17 *Diabolus Princeps dictus multorum.*
19 *Eccleſiaſtica perſona quantum praecellat ſecularem?*
20 *Intellectus ad c. Corpora. de Conſecr. diſt.* 1. *dum tractat de Principe: & in num. ſeq.*
21 *Pontifex Maximus quomodo alio vocetur nomine?*
22 *Cardinales S. R. E. Principes dicti.*
23 *Imperator Princeps vocatur.*
24 *Rex princeps appellatus.*
26 *Bruta quadam Principem habent,*
27 *Viri excellentes in ſua facultate Principes vocati.*
31 *Pronomina Meus, Tuus, Suus, &c. quomodo capiuntur?*
34 *Guido Pape Quaſt.* 344. *quomodo intelligendus, dum de Laſa Maieſtatis crimine tractat.*
35 *Sicilia Regnum patrimonium Eccleſia.*
36 *Gomez. Varr. Reſoll. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. *declaratur.*
38 *Vicarius Principis, alias Vicerex an cõprehendatur inter illos Principes, de quibus hac Conſtitutio loquitur?*
An perſonas Illuſtres condemnare poſſit? num. 39.
An etiam propter eius praeminentiam aequiparetur ipſimet Regi, vel Principi? num. 40.
Crimen in eius perſonam commiſſum, qua lege puniatur? num. 41.
Et qua pœna teneatur eius literas falſificans? num. 44.
42 *Capycius in Deciſione* 130. *num.* 43. *& aliquibus ſeqq. dum diſtinguit Laſa Maieſtatis crimen in perſonam Viceregis cum perſona Principis cõcordat cum quodam Statuto Regni.*
43 *Catanenſes cives quibus in caſibus extrahi poſſint a ſuo foro?*
44 *Falſificans literas Proregis; vide ſup. Vicarius Principis.*
46 *Facere contra ſtatum quomodo intelligendum?*
Et quomodo contra perſonam? num. 47.
49 *Feudi ratione an quis pro delictis a domino feudi puniri poſſit?*
Et an ratione feudi eius ſortiatur forum? num. 50.
51 *Adiuuans ſubditum Principis aduerſus eundem qua pœna teneatur?*
52 *Machinationem contra Principem ſciens, & non reuelans, cui pœna ſit obnoxius?*

§. VII.

SEPTIMO ab hac Immunitate sũt excluſi, Qui Læſæ Maieſtatis criminis Rei fuerint. Ex hac præſenti Quæſtione non modica reſultat vtilitas ob tam varias, multaſque Doctorum ſententias: ſed quorundam omiſſis, quaſdam hic, quæ vtiliores mihi viſæ ſunt, referam. Hanc ſi quidem Quæſtionem ſecundum prædictas Iureconſultorum opiniones facile adinuenies controuerſam apud Farin. *d. Quaſt.* 28. *num.* 72. qui ex Boſſio *in tit. de Captura. num.* 32. (quem ad huc refert Clarus *in dicta Quaſt.* 30. *verſic. Quaro nunquid. in fi.*) ait, quod neque pro Læſæ Maieſtatis crimine debet, vel extrahi poteſt Reus ab Eccleſia: & ita fuiſſe deciſum in Senatu, ex eo, quod caſus excepti in c. Inter alia. *inf. eo.* non ſunt extendendi ad alios ſimiles, vel maiores: quam tamen deciſionem, putant idem Boſſ. & Clar. *locis cits.* minime recipiendam fore: eamue nec Iuri conſonam dicit Farin. *d. nu.* 72. non

non obſtantibus rationibus in contrarium, quibus ſatis optime reſpondet Gigas *in tract. eo. tit. de Laeſæ Maieſt. crim. lib. 3. quæſt. 3. tota. ſub rub. de Pluribus & diuerſis quæſt.* qui *in num.* 17. teſtatur ita fuiſſe ſeruatum tẽpore ſuo: & poſt Gig. refert etiam Decianum *in d. tract. crimm. par. 2. lib. 6. cap. 28. num. 23.* hanc comprobaſſe, & ita in praxi receptum eſſe: tradit quoque *ibidem* Farin. quorundam Romanorum exempla, quæ ſane parum, niſi noſtra præſens extaret Conſtitutio, obſtarent. Sũt & adhuc nonnulli, qui plurimum hunc extendunt caſum, fere ad omnes Læſæ Maieſtatis criminis ſpecies: quod cum bene inſpexiſſet, ac conſideraſſet Sanctitas fel. record. Gregorij XIV. volens his obuiare, controuerſiaſque tollere, maturo ſanoque conſilio hac eadem Conſtitutione ſancitum reliquit, vt ſolum ijs,

1 » *QVI † LAESAE MAIESTA-*
» *TIS IN PERSONAM IPSI-*
» *VSMET PRINCIPIS REI*
» *FVERINT, IMMVNITAS*
» *ECCLESIASTICA NON*
» *SVFFRAGETVR.*

Quapropter ex hoc cognoſcitur, q̃d præter hunc Caſum, cætera Maieſtatis Læſæ crimina ſub Eccleſiæ protectione remanẽt, a qua deciſione quilibet ne recedat, cauere debet.

Antequam ad quædam ſpecialia veniamus, videre oportet, quid nam ſit MAIESTAS: & quis PRINCIPIS appellatione contineatur: poſtmodum autem aliquos ſpeciales caſus trademus, quibus huiuſmodi Delinquentes ſunt priuandi hac Immunitate. His patefactis facile cognoſcetur quis inter hos Læſæ Maieſtatis Reos in Perſonam Principis connumerandus ſit: vnde abſque tot & tantis diſcuſſionibus, breuiter præſenti Quæſtioni finem imponemus.

2 MAIESTATIS † nomen ſi quis bene conſideret, multis attributum fuiſſe ab antiquis Scriptoribus inueniet: quod & vulgo receptum nemo eſt qui ignoret. Loquor autem de Maieſtate humana non Diuina, cum Deo non ſolum hoc nomen, verum & quicquid vniuerſum ei conueniat. Vnde hic habetis duplicem eſſe Maieſtatem, & Diuinam, & Humanam *vt diximus ſup. in Initio Cap. II. in fi.* Et quamuis nulla de hoc dubitatio eſſe debeat, citra ea, quæ ſup. tradidi *hoc Cap. §. III. nu. 68. & aliqq. ſeqq.* idem quoque refert Ambroſinus *hic cap. 9. num. 2. verſic. Quod duplex.* Vnde Lactantius Firmianus, *lib. 6. Diuinarum Inſtit.* Singularem Maieſtatem appellat, dicens:

» *Nihil autem Sancta & Singula-*
» *ris illa MAIESTAS aliud ab*
» *homine deſiderat, quam ſolam*
» *innocentiam.*

Omiſſis itaque illis, quę ad Diuinam ſpectant Maieſtatem, ea ſolummodo tradam, quæ pro hac re magis mihi viſa ſunt neceſſaria.

Primum itaque ſciendum, quod
3 MAIESTAS † eſt amplitudo & dignitas populi, vel ſenatus, vel Principis, Imperatoriſue, aut alterius priuati magni viri, ſiue etiam alterius inanimatæ rei, *Calepinus in Dictiona-*
4 *rio lat. verbo, Maieſtas.* Et dicitur † a magnitudine, vel, quod magis proprium eſt, quaſi Maior ſtans. Hinc
5 ergo multiplex † eſſe fertur: nam cum quis in aliqua conſtitutus eſt dignitate; vel ſi quod magnum facit, habere Maieſtatem fertur, veluti cum dicimus: Maieſtatem nominis, iuxta illud Martialis, *lib. 1.*

» *Pars libri ad Maieſtatem ſacri*
» *nominis tui allegata.*

6 Quandoque accipitur † pro grauitate, iuxta illud Cic. *de Amic.*

» *Quanta in oratione Maieſtas.*

Item

Item Horatius, 2. *Epiſt.* 1.

„ *Sed neque paruum carmen Maie-*
„ *ſtas recipit tua.*

7 Quod † etiam & brutis, alijſue inani-
matis rebus (vt dixi) pro eorum ma-
gnitudine appropriari ſolet. Eſtq;
Maieſtas credita Dea, Honoris &
Reuerentiæ filia, de qua Ouidius.

„ *Donec Honor placidoque decens*
„ *Reuerentia vultu;*
„ *Hinc ſacra MAIESTAS, qua*
„ *mundum temperat omnem:*
„ *Quaque die partu eſt edita, ma-*
„ *gna fuit.*

8 Maieſtas † Populi dicebatur: Au-
9 ctoritas † aũt Senatus. Populus enim
ſciſcere ſolebat, Senatus cenſere, &
auctor eſſe: En Cic. 3. *Phorm.*

„ *Omnes ad auctoritatem huius or-*
„ *dinis, Maieſtatemque Populi Ro-*
„ *mani defendendam conſpiraſſe*
„ *videntur.*

Hinc eſt, quod Imperatores Ar-
10 chadus & Honorius viros † illuſtres,
qui conſilio & conſiſtorio eorundem
Imperatorum interſunt; Senatores,
& alios, *de quibus tex. in l. 3. in Codi-
ce Theodoſij, tit. ad L. Iuliam Maieſta-
tis, loquitur*, in Maieſtate eſſe tradide-
runt: (*Eſtque d. lex regiſtrata in noſtro
Codice Iuſtiniano, eo. tit. l. 5.*) ſtatuẽtes,
quod ſi quis in huiuſmodi viros ali-
quid fuerit machinatus, veluti Læſæ
Maieſtatis reus teneatur: quorum ver-
ba hæc ſunt:

„ *De nece etiam VIRORVM IL-*
„ *LVSTRIVM, qui conſilijs, &*
„ *conſiſtorio noſtro interſunt; Se-*
„ *natorum etiam, (nam & ipſi pars*
„ *corporis noſtri ſunt) vel cuiuſli-*
„ *bet poſtremo, qui nobis militat;*
„ *cogitauerit: (eadem enim ſeue-*
„ *ritate voluntatem ſceleris, qua*
„ *affectum puniri iura voluerunt)*
„ *ipſe quidem vtpote MAIESTA-*
„ *TIS REVS gladio feriatur.*

Exſtat etiam & Pauli ſententia *regi-
ſtrata in l. penult. in fi. ff. de Iuſt. & iu.*
dicentis:

11 „ *Vbicunque Prætor † ſalua MA-*
„ *IESTATE imperij ſui, &c.*

Plura de his videri poterunt apud
Decianum *in ſuis tractt. crimm. lib. 7.
cap. 1. & 2.* quę vt perlegi, erubui qui-
dem, quorum aliqua ex eo traſtuliſſe
fortaſſis quidam putabit: ſed Deum
teſtor, qui huius rei veritatem non
ignorat, nam antequam alios inſpe-
xiſſem, per memetipſum quæ ſupra
dicta ſunt, reſcripſeram ex meis ſcri-
ptis ſuper Primo lib. Inſtitt. Impe-
riall. poſtea, dum illa huc tranſpone-
rem, libros reuoluens, VI. idus Iunij
eiuſdem præſentis anni 1610. reperi
apud pręd. Decianum multa ad pro-
poſitum noſtrũ fuiſſe congeſta: quæ,
cum moris ſit mei aliena numquam
tranſcribere; nec omnino mihi viſa
ſunt neceſſaria, referre omiſi.

His cognitis ſuper hoc nomine
Maieſtatis, iterum ſciendum eſt, qua-
lis eſſe debeat PERSONA PRIN-
CIPIS, quam intellexerit Gregorius
in hac noſtra Conſtitutione? nam ſi
nouerimus, cui debeat applicari, fa-
cillime rem hanc abſque controuer-
ſia determinabimus, cum hæc Con-
ſtitutio non ſolum de MAIESTA-
TIS LÆSÆ crimine loquatur, ſed
de illa ſpecie, quæ PERSONAM
PRINCIPIS attingit. Quare vi-
dendum eſt, quis nam veniat Princi-
pis appellatione: & de quo Principe
Conſtitutio noſtra loquatur?

Itaque noueritis, quod PRIN-
12 CIPIS † appellatione multæ conti-
nentur perſonæ, quarum meminit
13 Nebriſſẽſis † *in Lex. iuris, verbo Prin-
ceps.* Sed illa omnia tranſtuliſſe vide-
14 tur a Gloſ. † magna in Clementina
vnica, de Baptiſmo, & eius effectu,
quæ plura corrupte, ideſt, non fideli-
ter allegat: idcirco ego vtroq; omiſſo
& Nebriſ. & Gloſ. quædam addedo

ex fide, quæ a d. Gloſ. traduntur, referre curabo.

15 PRINCIPEM † ergo quis ignorabit Deum eſſe, licet Gloſ. præd. tradat auctoritatem Eſaiæ *cap. 11? ſed eſt cap. 9. ſub num. 6.* ibi:

„ *Deus fortis pater futuri ſeculi,*
„ *PRINCEPS pacis, &c.*

Sed quo ad Deum non me interponam, ſicuti cum de Maieſtate egi: ipſe enim Princeps eſt Principum, & Dominus omnium. Videamus ergo de alijs.

16 Angelus † etiam lucis Princeps dicitur, iuxta illud Ioſue, *cap. 5. in fi. ibi:*

„ *Sum PRINCEPS exercitus Do-*
„ *mini.*

Idem cantat Eccleſia in Antiphona feſtiuitatis S. Michaelis Archangeli, dicens:

„ *PRINCEPS glorioſiſsime Mi-*
„ *chael Archangele, &c.*

Sed hoc nomen PRINCIPATVS cuidam conuenit Angelorum ordini, vt in Præfatione ad Miſſam eadem cantat Eccleſia: & legitur etiam in die eiuſdem feſti S. Michaelis *in prima lectione ſecundi nocturni, quæ alias eſt quarta illius officij matutinalis,* ex ſcriptis D. Gregorij *in Homel. 34. in Euang. ante med.* quod Apoſtolus primus omnium ſcribens ad Romanos, *vt habetur cap. 8. num. 38.* & ad Coloſſenſes, *vt habetur cap. 2. nu. 15.* tradidit. Hæc quoad cœleſtia.

17 Item Angelus † tenebrarum. i. diabolus, Princeps vocatur, vt apud SS. Euangeliſtas Matth. *cap. 9. num. 34.* Mar. *cap. 3. nu. 22.* & Lucam *cap. 11. num. 15.* legitur his verbis:

„ *In Belzebub PRINCIPE dæ-*
„ *moniorum eycit dæmonia.*

Alias dicitur Princeps mundi, ſecundum Ioannem, *cap. 14. in fi.* ibi:

„ *Venit enim PRINCEPS mundi*
„ *huius, & in me non habet quic-*
„ *quam.*

Quod Gratianus refert in c. Si in mente. §. ecce. verſic. ſed notandum. 23. q. 8. Et iterum in Io. 12. num. 31.

Item diabolus dicitur Princeps vitiorum, *c. Princeps. de Pœnit. diſt. 2. in princ.* Alias dicitur Princeps aeris, ſecundum Apoſt. *ad Epheſ. 2. in princ.* ibi:

„ *Secundum PRINCIPEM pote-*
„ *ſtatis aeris huius, &c.*

Sed quia huiuſmodi Principatus non ſunt de his, quæ huc ſpectant, ideo omittendum cogitaui.

18 PRINCEPS † autem hic dupliciter conſiderari poteſt, Eccleſiaſticus. ſ. & Temporalis: Eccleſiaſticus
19 † cum dignior ſit, (quia illum præcellit, quantum ſol præcellit lunam, *c. Solitæ. ſup. de Maior. & obed. & faciunt quæ diximus ſup. in Initio Cap. III. Adde Prepoſ. in c. Suſcipitis. num. 4. Diſt. 10.*) ideo ab Eccleſiaſtico tãquam digniori eſt inchoandum.

20 Eccleſiaſticus † ergo Summus PRINCEPS eſt (vt omnibus notum eſt) Romanus Pontifex, de quo loquitur c. Corpora. *de Conſecr. diſt. 1.* a Nebriſſ. *lo. cit.* allegato: Sed Glo. in c. Eccleſiæ Princeps. *Diſt. 35. verbo, Princeps,* pro omnibus Prælatis intelligit, nam vtrumque capitulum coniungit, hoc eſt d. c. Corpora, & d. c. Eccleſiæ: ſed quicquid ſit, ſiue pro Papa, ſiue pro alijs Eccleſiarum Prælatis, parum refert, cum inter ipſos Prælatos, nemo dubitat, primum tenere locum Romanum Põtificem. Sed alia Glo. *in c. Si quis. verbo, Princeps, ſup. de Maior. & obed.* dicit pro Papa intelligendum eſſe: & hoc approbat Archid. *vt per Gloſſellam, ſeu (vt vocant) Apoſtillam ad Gloſ. fi. in c. Diffinimus. 17. quæſtione 4.* Hoc idẽ apud Hebræos legitur: nam *in Acti-*
21 *bus Apoſt. cap. 23. & ſeq.* Pontifex † Maximus Sacerdotũ PRINCEPS appellatur: Pontifex autem perexcellen-

cellentiam,iuxta illud Philonis *in 2. to. tit. de Specialibus legibus,quæ referuntur ad duo Decalogi Præcepta, &c. longe poſt med. in verſic. A peccatis voluntarijs.*

„ *PRINCEPS vero Sacerdotum*
„ *ſiue Pontifex per excellentiam.*

Concludit tandem Nebriſſenſis *lo. cit. in fi.* per vtrumq; capitulũ, quod Eccleſiarum Prælati Principes dicũtur: nec ſolum Prælatos, ideſt, Epiſcopos, verum etiam quemlibet aliũ Iudicem Eccleſiaſticum, Principem vocat per *prædictum* c. Diffiniuit. Sed re vera quod habetur in d. c. Diffiniuit: pro ſolis Epiſcopis debet intelligi, quamuis Gloſſa ibidem refragetur, concordans cum dictis Nebriſſenſis, a qua puto Nebriſſ. illud ſumpſiſſe. Sed hac de re tractabimus inf. *Cap. ſeq.* §. *1.* Nam d. c. Diffiniuit, pro ſolis Epiſcopis ſumendum eſt, iuxta hanc Conſtitutionem, quæ ſolis Epiſcopis illã tribuit facultatem extrahendi, & cognoſcendi cauſas Reorum huiuſmodi, Eccleſiam petentium: quod & Imperiali lege cautũ probabimus *in dicto* §. *1.* & ita habetur in quodam Canone Apoſtolorum *in eorum ordine* 54. vbi Epiſcopus vocatur Princeps, his verbis:

„ *Si quis Clericus Epiſcopum con-*
„ *tumelia affecerit, deponitor:*
„ *PRINCIPI enim populi tui non*
„ *maledices.*

Quod deſumptum videtur ex illo Exodi, cap. 22. num. 28. vbi hæc eadem habentur verba, hoc eſt, Principi, &c. His
22 quoque adduntur Sanctæ † Rom.
Eccleſ. Cardinales, qui PRINCIPIS nomine decorantur eo ipſo, qđ Summus Pontifex eos in illam erigit dignitatem: de qua re diffuſe tractat Fr. Hieronymus Romanus *in ſepiſſime citatis ſuis Rebuspubb. ſed de hoc in Repub. Chriſt. lib. 3. cap. 2.*

Hæc de Principibus Eccleſiaſticis: deueniamus ad PRINCIPES
23 † Temporales, inter quos pręcipuum
occupat locũ Dominus Imperator, *toto tit. in rubro, & nigro C. de Legibus & Conſtit. Principum, addito* §. *Sed et quod. Inſtit. de Iu. nat. gent. & ci. qui deſumptus eſt ex l. 1. ff. de Conſtit. Principum. & cum eo concordat textus in l. Si imperialis.* §. *cum igitur. C. d. tit. prææalleg. & facit textus in Nouella Conſtit. 143. tit. de Muliere raptum paſſa, in princ. collat. 9.* Et Iuſtinianus *in princ. Proœmij Inſtit.* ſe Principem appellat Romanorum: *& ita quoq; legitur in Oratione, quæ pro eodem Imperatore dicitur in Miſſa.*

24 Princeps † quoque Rex dicitur, *c.*
vnico, §. *vnde in veteri. ſup. de Sacra. vnct. & cap. vnico, de Baptiſmo. lib. 6.*
Et ſecundum Clementinam præci-
25 tatam de Baptiſmo, largius † ſumitur
nomen hoc Principatus, dum dicit:

„ *Niſi Regum, vel PRINCI-*
„ *PVM, &c.*

Vbi Gloſ. (cuius quoque ſup. meminimus) ait, quod ſi large Principatus ſumatur pro dominio, vel populi dominatione, iam videretur, qđ omnis habens baroniam ſit Princeps: ſicque large omnis regens prouinciam, dominium, gentem, prolẽ vel plebem, dici poteſt Rex: *allegat c. Duo iſta, 23. quæſt. 4.* quod in Sacris literis multoties reſcriptum adinuenitur, vt in illo Io. *cap. 12. num. 4.* ibi:

„ *PRINCIPES multitudinis cre-*
„ *diderunt in Ieſum.*

Et in Act. Apoſt. *cap. 3. num. 17.* ibi:

„ *Scio quia per ignorantiam feci-*
„ *ſtis, ſicut & PRINCIPES*
„ *veſtri.*

Quod Apoſt. *ad Corinth. 1. cap. 2. nu.* 8. repetit. Et Ioſue, *cap. 9. num. 15.* ibi:

„ *PRINCIPES quoque multitu-*
„ *dinis iurauerant eis.*

Et rurſus idem in num. 18. ac alibi legi poterit, præſertim in illo Deutoronomij *cap.* 1. *num.* 13. ibi:

„ *Date ex vobis viros ſapientes &*
„ *gnaros, & quorum conuerſatio ſit*
„ *probata in tribubus veſtris, vt po-*
„ *nam eos vobis PRINCIPES.*

Et rurſus repetitur in num. 15. Item Dux militũ Princeps dicitur, vt patet in Geneſi, *cap.* 40. *num.* 3. ibi:

„ *Miſit in carcerem PRINCIPIS*
„ *militum.*

Et Nebriſſenſis *lo. cit.* omnes Dominos ſeculares Principes vocãdos ait, *ex c. Princeps.* 23. *quaſt.* 5. Item plus dicit illa præd. Gloſ. *in præcis. Clementina*, quod nedum homines Prin-
26 cipes vocantur, ſed etiam inter † bruta Principes adinueniuntur: nam Apes & Grues ſuum habent Principem, *c. In apibus.* 7. *q.* 1. Sunt etiam alia plura, quæ ad huiuſmodi Principatus nomen ſpectare videntur: ſed de his hic ſatis.

Vnum tamen non omittam: nam
27 viros † egregios in ſua facultate, Principes vocare ſolemus, vt de Ariſtotele dicitur, qui Peripateticorum Princeps appellatur. Item de Homero, & Virgilio, quorum alter inter Graios, alter vero inter Latinos Poetarum Principes dicuntur. Item de Marco Tullio Cic. Oratorum Principe vocato: & ſic de ſimilibus: qua de re libri pleni ſunt: ſed quæſo vide Calep. *in proprijs ſuis locis.* Vnde ob eorum excellentiam cognomento facultatis decorantur, hoc modo videlicet, ita ait Philoſophus: ita Poeta: ita Orator: & ſimiliter, quaſi, ita ait Ariſtoteles, &ç. Quod nedum inter profanos, ſed etiã inter Diuinos vſitatum eſt: nam dum de Prophæta ſimpliciter loquimur, Dauidẽ intelligimus: de Sapiente, Salomonem: de Apoſtolo, Paulum, & ſic de reliquis: & hoc eſt ob id, quod habetur infra *in num.* 37.

Viſis, ac cognitis de MAIESTATIS, ac de PRINCIPATVS nominibus, opus eſt inueſtigare quem comprehẽdi voluerit Gregorius ſub hoc LÆSÆ MAIESTATIS crimine? Quare infradicendis rationi-
28 bus attendendum eſt, quod in † hoc Caſu, de quo agitur in noſtra Conſtitutione, ille tãtum PRINCEPS comprehenditur, qui nullius eſt poteſtati ſubiectus in temporalibus: quiue abſolute leges condere, & quẽlibet ſubditum ſuũ punire valet abſque alterius mandato, vt ſunt Dominus Imperator, Reges, & alij magni Viri, veluti Dux Sabaudiæ, Magnus Dux Florentiæ, & alij ſimiles: inter quos enumerandi ſunt Sereniſſimus Dux Venetiarum, Ianuẽſium, & aliarum Rerumpublicarum ſuperiorem non recognoſcentium, *veluti* Illuſtriſſ. & Reuerẽdiſſ. Dñus Magnus Magiſter Militum Hoſpitalis. S. Io. Hieroſolymitani, qui in Inſula Melitæ ſuam habet manſionem: hunc ſane Inſulæ Principẽ appellat Apoſt. *vt traditur in Act. Apoſt. cap.* 28. *nu.* 7. licet eſſet barbarus qui tunc Inſulæ præſidebat. Huc accedat quod ait D. Hierony. *in* 2. *par. Epiſt.* dum ſcribens ad Pammachium *de optimo genere interpretandi. longe poſt med. in verſic. In eodem Euangeliſta legitur.* refert, qđ illud Matthæi, *cap.* 2. *nu.* 6.

„ *Et tu Bethlehem Terra Iuda, ne-*
„ *quaquam minima es in principi-*
„ *bus Iuda: ex te. n. exiet Dux, &c.*

In vulgata editione ſic fertur:

„ *Et tu Bethlehem domus Ephraim*
„ *modicus es in millibus Iuda: de*
„ *te mihi egredietur DVX; vt ſit*
„ *PRINCEPS in Iſrael.*

Præcipua huius cõcluſionis ratio trita ac vulgatiſſima exſtat, quia cum ſimus in pœnalibus, verba, prout ſonant, reſtringi & intelligi debẽt: nam

moli-

29 molientes † aliquid aduerſus alios ſupradictos, licet Principis nomine decorentur, large tamen & improprie Læſæ Maieſtatis crimen committere dicitur, vti doctiſſime (præter alios, & infinitos, quos tradere poſſem) ait Decianus *in dd. ſuis tractatibus criminalibus, lib. 7. cap. 4.*
30 *præſertim in num.* 8. Vnde vere † & proprie appellatione Principis ille ſolum comprehenditur, qui neminem, vt diximus, ſuperiorem habet: cæteri vero improprie & ſecundum quid dicuntur eſſe in Maieſtate, *Decius in l. Si familia. num. 3. & 4. ff. de Iuriſditione omnium Iudicum.*

Altera eſt ratio, quia (prætet id quod dictum eſt, Quia ſumus in pœnalibus, & c.) in hac Conſtutione non ſolum mentio fit Perſonæ Principis, verum etiam additum eſt pronomen illud, IPSIVS, quo vera & propria Principis Perſona
31 demonſtratur. Nam pronomina † Ille, Ipſe, & ſimilia, ſunt demonſtratiua, & ſolum ad perſonam, quam demonſtrant, referuntur, *late Calepinus in d. ſuo Dictionario linguæ latinæ, ſuis proprijs locis, id eſt, Ille, Ipſe, & cæt. Item poſt alios Menoch. lib. 4. Præſumpt. 38. num. 32. & latius Tiraquellus de Retractu, lib. 2. Gloſ. 6. num. 25.* Imo in præſenti Caſu artius oſtenditur, quia vltra pronomen præd. additum eſt etiam illud, MET, dicens Gregorius, IN PERSONAM IPSIVS MET PRINCIPIS: & ſic ſtrictiſſime, etiam ſi eſſemus in gratioſis, capi debet: in quibus terminis loqui videtur Clarus *in §. eo. hoc eſt, Læſæ Maieſtatis, verſic. Committitur.* & Gomez. *Variarum Reſoll. lib. 3. cap. 3. num. 10.* late etiam Guido Pape, *Deciſ. ſeu Quæſt. 344. à princ. vſque ad verſic. Sed quicquid ſit.* Sed præcipue Soar. *allegatione 7. tota,* qui tractans
32 de Principis poteſtate, illum † tantum appellat Principem, qui ſuperiorem non cognoſcit: & de hoc etiam tractat Tiraquellus, *de Retract. lib. 1. §. 1. Gloſ. 14. num. 38.* Clarus *in §. fi. Quæſt. 59.* Speculator *lib. 1. tit. de Diſpenſat. §. 8. num. 8.* & latiſſime Mart. Laud. *in tract. de Principibus.*

33 Aduerte hic, quod pro Perſona † Principis ſuperiorem non tecognoſcentis, non intelligimus illam, quæ penitus abſolute Regnum, ſiue Dominium poſſidet, vel feudum: & vaſſallagium ſiue homagium nulli præſtat, ſed & de illis quoque, quarum poteſtas ab alijs traxit originem, vt ſunt plures Domini, qui vel ab Eccleſia, vel ab Imperatore, vel ab alijs præſidendi facultatem receperunt: quia dum concedentes in eos tranſtulerunt omnem, quam habebant, poteſtatem, loco Principis habendi ſunt, & ita ſe habet communis obſeruantia, vel conſuetudo: quia aliquid molientes aduerſus hos, quibus facta eſt dicta conceſſio, Læſæ Maieſtatis crimen in Perſonam Principis committere dicuntur, *Clar. dicto §. Læſæ Maieſt. verſic. Dubium eſt. vbi plures & infinitos allegat: aliosque plures tradit Gaill lib. 1. de Pace publ. cap. 6. num. 10. vbi Socinum Iuniorem de magis commun. refert in Conſil. 98. num. 1. volum. 3. incip. Conſideratis his.* Huiuſmodi ergo ſunt hac Immunitate priuandi: quod, poſt hæc manuſcripta, perlegi tenuiſſe Dominum Alexandrum Ambro-
34 ſinum *hic, cap. 9. num. 5.* Vnde id, † quod ait Guido Pape *d. Quæſt. 344. in præcit. verſic. Sed quicquid,* non obſtat his noſtris Scriptis, quia ſecundum hos prædictos terminos intelligendum eſt. Nam Licet Do-
35 minus Dux † Sabaudiæ feudi ratione

tione Imperatorem ſuperiorem habeat, ſufficit tamen, quod in eum omnis plenaria, & perpetua poteſtas ſuper gubernatione fuerit tranſlata ex priuilegio inueſtituræ. Quapropter illa reuerentia & honor olim Domino Imperatori, veluti Principi, a ciuibus Sabaudiæ debita, tranſlata ſunt in alium ex præd. inueſtitura: & ſic Allobroges, vel Sabaudienſes nouum Dominum adepti, ab illo ſunt ſoluti vinculo, quo Domino Imperatori fuerant ligati, & Domino Duci ſubmittuntur. Nil mirum ergo ſi machinans aliquid in huius noui Domini Perſonam, Læſæ Maieſtatis crimen tanquam in ipſummet Principem committat, cum nemo alius, niſi ipſe ſit ibi Princeps? Nam qui olim Princeps fuerat, ſuo ſpoliatus eſt iure. Nec dicti ciues, præter illum, alium Principem, ſuperioremve cognoſcunt. Hinc congruenter referenda ſunt quę tradit Fel. *in cap. Quæ in Eccleſiarum. num.* 32. *verſic. Sed hanc declarationem. ſup. de Conſtit.* dum, tractans de ſimilibus, ait:

„ *Secus in eo qui perpetuo conſtituitur Princeps prouincia, vt ſunt Reges, Duces, Comites, & ſimiles, qui ex priuilegio inueſtitura conceſſo eis ab Imperatore, vel Papa ſuper gubernatione plenaria & perpetua, conſequuntur omnes prærogatiuas reſeruatas concedenti in materia conceſſa: ideo tales poſſunt legitimare, & rem alterius auferre ex cauſa: ita late & multum ſolemne determinat Paulus de Caſtro, loquens de Duce Mediolani, Conſil.* 215. *incip. In Chriſti nomine, ad primum. prope finem, per rationes de quibus per eum. Quod perpetuo nota, quia eſt aurea limitatio.*

Hæc ille: & ibidem *in numero ſeq.* ad quædam contraria ſatis docte reſpondet, tradens etiam quaſdam limitationes, eas declarando. Adde his Felini dictis, quod huiuſmodi habeant etiam cudendi numos poteſtatem. Sed quod ait Caſtrenſis de Mediolani Duce, his intelligitur temporibus pro REGE noſtro PHILIPPO. Itaque quod † refert Gomez. *d. lib.* 3. *Variarum Reſolut. cap.* 2. *de Crimine Læſæ Maieſtatis, num.* 10. dicens, quod hoc crimen committitur ſolum contra Principem non recognoſcentem ſuperiorem, hoc ſupradicto modo intelligi debet: quod eum fateri puto *in verſic. Neque obſtant*, dum quorundam Italiæ Dominorum tradit exempla: & ita quoque eum videtur intelligere Soarez *in Addit. quam ibidem facit in lit. C. dum allegat Guidonem Pape, & Iulium Clarum locis ſup. citatis.*

36

Hoc autem procedere non affirmo, neque extendi ad alios Domicellos, quamuis Principatus titulo ſint inſigniti, quia patet eos non eſſe vere Principes, cum ſubſint alijs, & ab illis quotidie obſtringantur tanquam cæteri ciues. Hi ſane dicuntur tantum Principes titulares, & inter alios Vrbis optimates, ſeu Inſulæ, vel Regionis nobiliora tenent loca, de quibus ſatis ſupra locuti ſumus: quia is ſolus Princeps eſt, qui caput eſt, vel qui primum tenet locum: nam
37 verbum † hoc, PRINCEPS, componitur a verbo, Capio, & Primus, a, um, quaſi primum locum capiens, *Gloſ. in cap. Fundamenta, §. proinde, verbo, Princeps, de Elect. lib.* 6. *Gloſ. in præcit. Clment. vnica. de Bapt. Gloſ. in l. Numerarios. verbo, Principatus. C. de apparitoribus mag. mil. lib.*

lib.12.Io. Montaig. in tract. de Auctoritate Magni Concilij, num. 304. prope med. & ibi Bopr. in Addit. quam ibi facit.

Sed ne decipiaris, aduerte, quod
38 hæc noſtra † Constitutio nec in Proregis perſonam extenditur, quamuis aliqui aduocent eum Principẽ: quod videtur illi ſimile quod dicitur in Geneſi, *cap. 24. num. 6.* ibi:

„ *Et Ioſeph erat Princeps in Terra*
„ *Aegypti.*

Et nihilominus Ioſeph non erat vere Princeps, id eſt Caput in Ægypto, ſed Regis loco poſitus: nam Pharao præcedebat eum: iſque illum conſtituerat Principem: dixitq; ei:

„ *Tu eris ſuper domum meam, &*
„ *ad tui oris imperium cunctus po-*
„ *pulus obediet: vno tantum ſolio te*
„ *præcedam.*

Gen. 41. num. 40. Et fertur quoque de Ioab, quem Principem erexit Dauid, vt legitur *in lib. 1. Paralippomenon, cap. 11. num. 6.* his verbis:

„ *Omnis qui percuſſerit Iebuſæum*
„ *in primis, erit Princeps & Dux.*
„ *Aſcẽdit igitur primus Ioab filius*
„ *Saruiæ, & factus eſt Princeps.*

Porro ipſe eſt Ioab, qui iuſſu Salomonis in tẽplo Domini occiſus eſt, *cuius rei meminit lib. 3. Regum, cap. 2.* Idem traditur de Aman, qui ſecundus erat poſt Regem Aſſuerum, qui poſuerat ſolium eius ſuper omnes Prĩcipes, quos ſub ſe habebat, *Eſter. cap. 3. in princ. & cap. 13. num. 4.* Vnde cum Prorex ſiue Vicerex ſuper alios, qui vocantur Principes, conſtitutus ſit, nil mirum ſi & ipſe quoque Principis nomine decoretur: ſed hoc nomẽ impropriè illi attribuitur, cum reuera non ſit caput: nec quicquid ſibi placuerit, pro lege ſeruari debet, quemadmodum loquitur Fel. de Mediolani Duce, (vti diximus) qui poteſtatis plenitudine in ſuo vtitur ducatu: & quod ſibi melius expedire videtur, ſubditis præcipiendo tradit: quod iuris auctoritate arguendo pro
39 babo. Illuſtres † viri grauioribus criminibus impediti, in carceribus non detinentur, ſed committuntur cuſtodiæ militari, & per aliquem iudicum non puniuntur, ſed de commiſſis per eos ſit relatio Principi. Constituti vero in dignitate minori puniuntur per Præfectum Prætorio, *tex. in l. Si granius, & ibi Bart.* Sed Præfectus Prætorio ſumitur pro Dominis temporalibus non perpetuo cõſtitutis in illa dignitate, vt ſunt predd. Vicerex, & alij Gubernatores, vt optime oſtendit Capyc. loquens in terminis noſtris *in d. Deciſ. 130. num. 43. circa ſi.* Ergo Vicerex & alij, de quibus ſup.
40 non ſunt Principes, nec † ipſimet Principi æquiparantur, *Capyc. lo. citatione de qua ſup.* Probatur huiuſmodi concluſio ex conceſſione quæ fit ſimilibus perſonis, quia in illa generali conceſſione nunquam comprehenduntur ea, quæ ſunt Principi reſeruata: & Princeps concedendo inferiori de ſibi reſeruatis, intelligitur ſemper illa concedere, vt ea exerceat cum debita cauſæ cognitione, non cum illa plenitudine poteſtatis, quã habet concedens: ſic Capyc. *d. num.* 44. poſt eundem Fel. *lo. ſup. cit. hoc eſt, d. num. 32. quod tradit in verſic. Et hinc eſt.* qui allegat Innocentium *in c. Cum ad monaſterium. in Glo. Niſi ex cauſa. in fi. ſup. de Statu Monac. & in c. Dudum. 2. verſic. Item ſi Papa. ſup. de Elect. & in c. Veniens. in Glo. 1. ad fi. ſup. de Filijs praesbit.* Abbatem *in c. At ſi Clerici. §. de Adulterijs. ſup. de Iudicijs. & in c. Præterea. ſup. de Teſtibus.* Baldum *in l. Si teſtamento. poſt princ. C. de Teſtam.* & Imolam *in c. 1. ſup. de Conſtit. & in c. De multa. ſup. de Præbendis. & in l. Quidam conſulebant. ff. de Re iud.* Et dicit ex eodẽ

Baldo

Baldo *in c. 1. Si de inueſt. inter dom. & vaſſ. lis oriatur.* quod ſolus Princeps in ſuo reſcripto poteſt mandare, Facias ſic: ſed inferior Principe debet mandare, Facias iuſtitiam: & pro hoc tradit auctoritatem eiuſdem Innocentij *in c. Significantibus. ſup. de Off. deleg.* quæ locum obtinent in Prorege, & ſimilibus. Quapropter Capyc. *in præcit. Deciſ.* 130. *num.* 46. *circa med.* loquens in his terminis,
41 inquit, quod crimen † Læſæ Maieſt. in perſonam Viceregis non continetur ſub primo capite, quia huiuſmodi delinquentes non debent iiſdem plecti pœnis, veluti ſi in Principem deliquiſſent, dans rationem: quia Vicerex eſt temporalis, & non ſibi poſſidet, ſed Domino Regi: & in Regno Dominus Rex tenet & mutat officiales: quod non eſt in ipſis Vicarijs, quos Salicetus tyrannos appellat, & poſſidere ſibi, ait: & ad ſuam vtilitatem introitus conuertere, &
42 ponere ſolere officiales. Hoc † autem, quod refert Capyc. de Vicerege, & Principe, cõſonat cum quodam Capitulo Regni, *inter Capp. bo. mem. Regis Ioannis. ordine ſuo* 94. vbi diſtinguitur Perſona Principis a Vicerege:
43 Nam cum Vniuerſitas † Catanæ habeat ex priuilegio, vt ciues non poſſint extrahi a ſuo foro, ſeu domicilio, præterquam in crimine Læſæ Maieſtatis, & cauſis feudalibus; quod crimen multi officialium ſunt interpretati, & taliter extenderunt, quod in omni caſu criminali comprehendi voluerunt prædictum Læſæ Maieſt. crimen: ideo d. Vniuerſitas Catanæ ſupplicauit, quod illud crimen intelligatur, & reſtringi debeat

„ *IN PERSONAM IPSIVS*
„ *PRINCIPIS tantum, de Vice-*
„ *regis tantum, & non in alios ca-*
„ *ſus, &c.*

Per quam diſtinctionem patet huiuſce rei veritas. Nec diſſona videntur huiuſce Capituli verba a noſtra Conſtitutione: imo hæc Conſtitutio per illam adiectionem, MET, arctius, vti diximus, loqui videtur: pro quare faciunt ea quoque, quę tradit Grãmaticus *Deciſ.* 27. *præſertim in num.* 12. *alias, fi.* qui expreſſe poſt Abb. &
44 Fel. concludit, quod falſificans † literas Proregis non incurrit eandem pœnam; ſicuti falſificans literas Regis, cui aſtipulatur etiam Clarus *in §. Falſum. verſic. Sunt etiam alij.* Et recordor, quod olim in hoc Regno Dominus Vicerex poteſtatem habebat condemnandi facinoroſos abſque cauſæ cognitione, ſed eius ſolo mandato vltimi ſupplicij pœnam infligebat: quæ poteſtas ei poſtea fuit ſublata a Domino Rege: & huiuſmodi condemnandi modus *vulgo dicitur, De mandato Principis.* Sed hodie, nemo ſine termini præfinitione, quo ſe defendere poſſit, cõdemnatur: vnde ſi eiuſdem Principis habuiſſet facultatem, prędicta non poterat priuari poteſtate. Hinc Dominus Ambroſinus *hic, cap.* 9. *num.* 7. *alias. vlt.* ait, quod licet Scribentes tradant vel affirment, quod offendens Conſiliarium Principis incidat in Læſæ Maieſtatis crimen, ex ſententia Iulij Clari *in d. §. Læſæ Maieſt. verſic. Quæro etiam. vbi Baiardus multos caſus connumerat, in quibus committitur hoc crimen;* non tamen eſſet hac Immunitate priuandus vigore huius Cõſtitutionis, exigentis quod Princeps immediate offẽdatur. Caueant ergo omnes Viceregès, & alij Gubernatores, ne ſua potentia aduerſus hanc Conſtitutionem aliquid admittant, etiam ſi in eorum propriam perſonam fuerit commiſſum, quia, citra pœnas in hac Conſtitutione contentas, *de quibus inf. Cap. ſeq. dicetur,* permittet Deus, vt ipſimet in aliquos incidant caſus,

quibus

quibus poſtea hac Immunitate ſe
tueri non valebunt: ſicuti euenit cui-
dam nobiliſſimo viro nomine Etro-
pio, qui inter Imperatoris optimates
aſſiſtebat: hic, inquam, ſua arrogan-
tia & ſuperbia contraria lege huic
Immunitati derogare induxit Impe-
ratorem: Deo autem hoc non pla-
cente, factum eſt, vt idem Eutropius
in foueam, quam fecerat, incideret:
quem cum D. Io. Chryſoſtomus ab
Imperatore precibus impetrare vel-
let, adimplere nequiuit. De hoc Eu-
tropio vna cum D. Io. Chryſoſtomi
ſermone inf. *d. Cap. ſeq.* dicemus. Il-
lud quoque euenit Ioab Principi e-
xercitus Dauidis, cui nõ profuit hæc
Immunitas, *vt diximus ſup. poſt nu.*
38. & quampluribus alijs, quorum
aliqui dicentur inf. *d. Cap. ſeq. ex illis
Tractatibus Fr. Hieronymi Romani.*

Redeamus ergo ad propoſitum
45 noſtrum, & videamus, quando, † vel
quomodo capiatur hæc LÆSÆ
MAIESTATIS criminis ſpecies in
PERSONAM IPSIVSMET
PRINCIPIS: & quis comprehen-
datur, aut excludatur ab hac Conſti-
tutione? nam aliquando contingere
poteſt, vt quis contra ſtatum, non
autem contra Perſonam delinquat:
& nihilominus veluti ſi contra Prin-
cipis Perſonam deliquiſſet, ijſdem
obnoxius eſt pœnis, *late Capyc. d.
Deciſ.* 130. *num.* 14. *& aliqq. ſeqq. &
vndique alij, quibus non me obſtrin-
gam.* Hæc autem ponuntur vt diuer-
ſa, licet eadem pœna ſit conſtituta.
Nam (ſecundum Laud. *in trac. eo.
tit. de Crim. Laſæ Maieſt. no.* 12. re-
latum ab eodem Capycio *in num.
46 ſeq.* 15. *prope fi.*) facere † cõtra Prin-
cipis ſtatum is dicitur, qui vult diri-
gere ſtatum ad aliud regimen, puta,
ad alium Principem, *ex Baldo in l.* 1.
§. *huiuſmodi. ff. de Iuſt. & iure.* Face-
47 re † vero contra Perſonam Principis,
nulli dubium eſſe puto, quin ſit mali
alicuius machinatio in Perſonam
eius: vnde cum ſint diuerſa, hic ſolũ
eos excludẽdos Gregorius præcipit,
qui contra eiuſdem Principis Perſo-
nam deliquiſſent.

48 Quo ad Reorum † perſonas ad-
uertendum duxi, quod niſi fuerint
ſubditi illiuſmet Principis ratione o-
riginis vel domicilij, non dicuntur
committere Læſæ Maieſtatis crimen,
*communiter DD. in d. Clementina, Pa-
ſtoralis. & ibi Glo. in verbo, Non ſub
fuit, de Sent. & re iud. teſte Roland. in
Conſil.* 4. *num.* 1. *vol.* 1. *quem refert &
ſequitur Clarus in d.* §. *Læſæ Maieſt.
verſic. Vidi quandoque. Gail. d. lib.* 2.
de Pace pubb. cap. 13. *num.* 19. licet ſit
49 vaſſallus † ratione feudi: quia feudũ
non tribuit imperium & iuriſdictio-
50 nem, etſi forum † ſortitur ratione feu-
di coram domino, *Gail. de Pignorati.
cap.* 15. & ideo delinquendo, non di-
cuntur committere crimen, vt dixi-
mus, Læſæ Maieſtatis, *Clar. lo. cit. &
poſt eum Gail. d. cap.* 13. *num.* 20. *lib.*
2. *de Pace pub. de communi teſtatur
Soar. in collect. comm. opinn. lit. M.* 6.
idẽ quoque dicit Gomez. d. lib. 3. *Varr.
Reſoll. cap.* 2. *num.* 10. *verſic. Vnum,
tamen eſt.* quam opinionem in pro-
prijs noſtris terminis ſequutus eſt
Ambroſinus *d. cap.* 9. *num.* 6.

51 Sed eam † ſublimitat Gomez. *lo.
cit. hoc eſt, in d. num.* 10. *circa fi. verſ.
Vbi limitat,* dicens ex Io. Fab. *In Inſtit.
de Publl. Iud.* §. *Alia deinde lex.* hoc
non debere intelligi pro eo, qui ſub-
ditum Principis adiuuaret, quia be-
ne incideret: *hoc idem refert idẽ Gom.
inf. cap.* 3. *ſeq. num.* 3. *in fi. verſ. Item
etiam. ex eodem Fab. lo. cit.* quod ego
intelligerem quo ad pœnam corpo-
ralem: ſecus autem quo ad bonorum
publicationem, & alias pœnas ad-
uerſus filios, & alios, quia non ex-
tenduntur.

52 Hinc ergo nota † perpetuo, quod nedum ipſi principales hac Conſtitutione ſunt excluſi, dummodo Principi, vt diximus, ſubſint, ſed etiam omnes qui ſciuerint machinationem contra Principem, & non reuelauerint: nam & hi quoque Læſæ Maieſt. pœnæ ſunt obnoxij, & per conſequẽs hac eadem Immunitate frui non poſſunt, cum hæc Conſtitutio ſimpliciter hos excludat, nulla adhibita diſtinctione: *vide Vin. lib. 2. Comm. opinn. verbo, Scientia. Gabr. Rom. Comm. concl. lib. 7. concl. 37. vbi diſtinguitur. Clarus d. verſic. Sciens autem. in ſi. & §. ſi. quæſt. 87. verſ. Punctus eſt. & ſing. Cont. 5. obſer. 40. & ſeq. Vaſq. Illuſt. contr. lib. 1. cap. 16. num. 13. verſic. Licet quis. cum duobus numm. ſeqq. Gomez. d. cap. 2. num 8. in princ. & verſ. Tertio limita. cum ſeqq. vſque ad verſic. vlt. item d. cap. 3. ſeq. num. 4. verſic. Et ex his poteſt inferri. Capyc. d. Deciſ. 130. num. 65. & 67. item Deciſ. 155. num. 9. & ſeq. Cacher. Deciſ. 8. in quibus locis ex Gomez, Capyc. & Cacherano habes vnam limitationẽ, de qua Vigellius in ſua Methodo Iuris Controuerſi, lib. 1. cap. 13. de Lege Iulia Maieſt. reg. 11. vbi ſupradictos tradit.* Sed in hoc caſu dicit Vaſq. *d. cap. 16. num. 16.* quod ſciens, & non reuelans, pœna ordinaria non punitur, ſed mitiori. *idem Vigellius lo. cit. in fi. ex eodem Vaſq.*

Hæc de LÆSÆ MAIESTATIS crimine ad hanc Conſtitutionem pertinentia tradere conſtitui: ſi quis aliquid præter, aut contra ſentiat, iudicet ſicut ei placuerit, Deo enim vindictam eius reſeruo, & ipſe retribuet ſecundum ſuam Sanctiſſimam voluntatem.

SVMMARIA.

1 *Epiſtola Principis, vel quod cognoſcens decreuit, aut edicto conſtituit, legis vicem obtinet: & num. ſeq.*

2 *Sententia Principis in certa cauſa lata pro lege ſeruanda.*

3 *Legum correctio euitanda: & Iura iuribus ad concordiam reducenda.*

4 *Cõdemnatis an hac Immunitas ſuffragetur? & nu. ſeq.*

5 *Iniuſte damnatus eruendus ab executorum manibus.*

§. VIII.

OCTAVO, poſtquam egimus de Criminibus in præſenti Conſtitutione contentis, videndũ eſt, An præter illa crimina, alia ſint excepta ab hac Immunitate? & reſolutiue dico quod ſic: vt sũt ea, quæ ſuperius in Initio ſeu Rubrica præſentis Capitis relata ſunt, poſt eadem, quæ in noſtra traduntur Conſtitutione. Nec quis miretur, ſi hoc affirmare decreuerim, quod forte videtur contra eandem noſtram Conſtitutionem, quæ vltra illos caſus inibi contentos, alios non vult excludi, quia illi dubio ſuis quidem locis reſpondebitur, & difficultatis ratio detegetur. In hac autem Quæſtione ſeu §. ſciẽdum eſt, quod quic-
1 quid † Princeps per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto conſtituit, legem eſſe conſtat, *§. Sed & quod Principi. Inſtit. de Iure nat. gent. & ciui. qui textus deſumptus eſt ex l. 1. ff. de Conſtit. Principum.* Sed quia poſt hanc Conſtitutionem fel. record. Clemens VIII. alia crimina, præter ſupradicta, per quãdam epiſtolam (cuius tenor ſup. *in d. Rub. præſentis Capitis*, vt dixi, relatus eſt) excepit; ergo illa epiſtola pro lege ſeruanda eſt: *& in terminis allego Socc. dum Conſil. 333.* Et dicit Ludouicus Gomez *in Proœmio Regularum Cancel.*

ael. quaſt. 2. verſic. Quarto. ſtatim poſt med. ibi, Quibus addo, quod iſta ratio,
2 *&c.* quod ſententia † Principis in certa cauſa lata vniuerſale Ius facit, & omnes ligat: idque facit etiam epiſtola Principis directa certę perſonæ, nam vim legis habet, *allegat d. l. 1. ff. de Conſtit. Princ. & tex. in l. fi. C. de Legibus. ac etiam Io. de Platea in l. Neque. C. de Decurionibus. lib. 10.* Quamnis non fuerit in corpore Iuris clauſa, *cap. 1. Diſtinct. decimanona.* Quare ſecundum hanc prædictam epiſtolam omnino ceſſat diſpoſitio legis veteris, hoc eſt noſtræ Conſtitutionis, & contra Reos in illis caſibus inibi contentis reſpondendum eſt. Nec abs re huiuſmodi concluſio eſt, quin maxima fulciatur ratione: nam quantum ſpectat ad hanc Immunitatē, nemo eſt qui ignoret, vniuerſaliter in toto terrarum orbe ſeruandum, cum ſit cōmune, imo communiſſimum omnium beneficium. Quapropter quod in partibus ſeruatur noſtris, in toto ſeruari debet mundo. Vnde dum Dominus Papa quibuſdam ſpecialiter ſcribit, vt quodam perſonarum genus ab hac Immunitate ſit exemptum, illud quidem generaliter pro quibuſuis locis intelligendum eſt: quod abſque alia probatione firmiſſime patet in Iuribus Decretalium, vbi Summorum Pontificum epiſtolæ pro communi Iure ponuntur, vt iam dictum eſt *ſup. §. V. hoc eo. Cap. in num. 18. & aliqq. ſeqq.* Sed pro hac re in noſtris proprijs terminis aſſiſtit Domini Papæ Adriani VI. ſententia, *relata in quadam Extrauag. Conſtit. incip. Dudum, vti nobis exponi feciſti, &c. in Bullar. inter Conſtit. eiuſdem. conſtit. 5. quam etiam ad verbum refert d. de Matthais in Septimo Decretalium, ſub tit. de Maleficiis, & incantatoribus, Cōſtit. 3. vbi circa finem dicitur* his verbis:

» *Et cum eadem ſint delicta, eadem*
» *profecto prouiſione & caſtigatio-*
» *ne eis eſt earundem literarum te-*
» *nore prouidendum.*

Itaque dum præd. Clemens VIII. illos caſus in d. ſua epiſtola excepit, de eiſdem hic tractari libuit. Quibus ſic ſe habētibus, videretur dicēdum; quod nedum illi, de quibus agitur in prædicta epiſtola, verum omnes generaliter deberent excludi, cum in quadam alia epiſtola, (de qua item ſupra *in dicto Initio Præſentis Capitis* actum eſt) omnes Delinquentes comprehenſi videantur: in qua præceptū fuit, Domino Vicario Bononiæ, vt denuntiaret omnibus Superioribus Eccleſiarum, vt infra quendam terminum ſibi præfigendum vellent dimittere prædictos a Locis ſacris Immunitatem tribuentibus, cuius epiſtolæ tenor ſic ſe habet.

COPIA D'VNA LETTERA SCRITTA a Monſignor Vicario di Bologna, per ordine di N. S. CLEMENTE VIII. ſopra l'IMMVNITA delle CHIESE.

Se bene la Santità di N. S. vuole che L'IMMVNITA ECCLESIASTICA ſia conſeruata illeſa in tutti li luoghi, maſsime del ſuo ſtato Eccleſiaſtico, nōdimeno ha molto per male, che li Delinquenti, & i debitori fugitiui ſiano mantenuti da Superiori, & altre perſone Eccle-

ſiaſtiche ne' CHIESE, MONASTERII, CONVENTI, CASE, E LVOGHI LORO in pregiudicio della giuſtitia, e contro la mente de Sacri Canoni, e della Chieſa Santa: Et hauendo per ciò inteſo Sua Beatitudine che in coteſta, & altre Città ſi ritrouano trattenuti nelle Chieſe, Monaſterij, Caſe, e Luoghi Eccleſiaſtici PERSONE FACINOROSE, E DEBITORI FVGITIVI ſenza riſpetto alcuno della Corte, e con danno del publico, m'ha ordinato che io commetta, come fo, per mezo della preſente a V. S. che debba alla riceuuta fattoſi chiamare a ſe tutti li Superiori del Clero ſecolare, e regolare, comandare loro, che debbano dentro a quello breue termine, che alla prudenza ch'a lei parerà di preſcriuerli, hauer licentiato, e mandato fuori delle Chieſe, Monaſterij, Conuenti, Caſe, e Luoghi loro, qualſiuoglia perſona ritiratauiſi per paura e ſoſpecto della Corte: ordinãdo a ciaſcuno, che per l'auuenire debba guardarſi di non mantenere, o trattenere ſimil genti in qualſiuoglia modo: per cio la Santità Sua è riſoluta di non volerlo comportare: e di fare dimoſtratione contro transgreſſori con ogni ſeuerità. Non manchi per tanto V. S. di eſſeguire la ſanta mente di Sua Beatitudine, preualendoſi per l'effetto di rimedij opportuni, e di quelle pene che ſarãno conuenienti all'eſſecutioni: delle quali vuole, che ella poſsi procedere contro chi contrauerrà: e Dio N. S. la preſerui. di Roma, li 7. di Maggio, 1595.

Di V. S. Illuſtre & Reuerendiſſ.

Come Fratello.

Il Card. Aleſſandrino.

Licet in hac epiſtola generaliter omnes Delinquentes excluſi videantur, attamen aducitendum, quod in ipſius initio cõtrarium probatur, dum vult, quod hæc Immunitas ſeruetur illæſa in omnibus locis, præſertim in ſuo ſtatu Eccleſiaſtico. Quapropter de illis tantum, qui alias excludi debent, intelligendum eſt, dum dicit; Et ſi non fuerint a Curia requiſiti, nõ tamen diu detinendi erunt cum eius præiudicio, ſed omnino dimitti debent: & præcipue probatur huiuſmodi concluſio ex eo: quia legum † correctio eſt euitanda: & iura iuribus concordare debent, *per ea, quæ refert Alex. Turam. ad Rub. de Legibus. lib. 2. cap.* 11. *poſt num.* 10. Ergo illa generalitas per ſpecierum enumerationem reſtringitur, *vt diximus ſup. hoc eo. Cap. §. I. num.* 150. Atque etiam hoc eodẽ modo intelligi debet, quod traditur in illa epiſtola, quæ ad has partes miſſa fuit, dum de Bannitis

3

latro-

latronibus tractat, ac de alijs facinoroſis, nulla adhibita diſtinctione, de quibus ſit intelligendum: ſed quia in ea ſit mentio quorundam hominum, quemadmodum & in hac ſupra proxime relata, ideo ad eos tantum extenditur, & non ad alios, præſertim dum loquitur de Debitoribus fugitiuis, qui publicam iniuriam inferrent: nam huiuſmodi videntur eſſe ijſdem, et quorum meminit illa epiſtola primo loco tradita, de quibus inferius agemus *in* §. *XI.* quod etiam apparet ex his, quæ ibidē dicemus *in numero* 2. Cæteri vero remanent ſub regula communi. At quia ſpecifice in illa epiſtola prius relata, tractatur de quodam alio hominum genere excludendo, quod forte nullibi comprehēſum videtur, ideo ab eo primum, & poſtmodū de alijs agam.

4 Prohibetur † ergo in d. epiſtola, receptaculum CONDEMNATIS: Itaque licet antea ſecūdum omnium opinionem etiam is, qui ad mortis ſupplicium ducebatur, manus carnificum vel ſatellitum euadēs, fugienſque ad Immunitatis noſtræ loca, gauderet eadem, vt tradit Decianus *d. lib.6. cap.* 28. *num.*29. Farin. *dicta Quæſt.* 28. *num.* 45. & Ambroſinus *hic, cap.* 10. *num. vlt.* his tamen temporibus ſecus dicendum eſt: nam dum Papa prohibet receptaculum, in conſequentiam videtur etiam illis prohibuiſſe hanc Immunitatem, & ita fuit ſeruatum ex tunc vſque huc in hac Vrbe Panormi.

5 Hanc † autem ſupra poſitam concluſionem limitabis, quando iniuſte quis condemnatus eſſet, quia tunc bene poteſt Eccleſia pro eo intercedere, & ſententiam retractare, iuxta illud *Prouerb.* 24. *num.* 11.

„ *Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.*

Quod Gratianus *in c. Non inferenda.* 23. *quæſt.* 3. *& Glo. in c. Reos ſanguinis d.* 23. *quæſt.* 5. *ibi, Item ſi iniuſte. & alibi alia Glo. in c. Hi qui in furtis.* 14. *quæſt.* 6. pro eadem limitatione adducit.

ſ. IX.

NONO, ſequitur tenor eiuſdem epiſtolæ, tractans de BANNITIS LATRONIBVS, de quibus ſatis ſup. *in* §. *I.* dictum eſt.

ſ. X.

DECIMO, dicitur in eadem epiſtola, quod gentibus malefactoribus denegari debeat receptaculum ab Eccleſiarum Prælatis. Quæ vero ſint huiuſmodi perſonæ non dicitur expreſſe: ideo de omnibus, quarum paſſim in hoc præſenti Capite meminimus, intelligendum eſt. quare ſuperfluum eſt hic aliud referre. Videamus ergo de alijs in eadem epiſtola contentis.

SVMMARIA.

1 *Debitores decocti ab hac Immunitate excluduntur: & an omnes? num.* 6.
Inter publicos latrones connumerati: & an proprie? num. 2. *& num.* 5. *in fi.*
Non decocti an die feriato capi poſſint? num. 5.
Publici an gaudeant hac Immunitate? num. 7.
3 *Ambroſinus ſuper hac Conſtitutione, cap.* 13. *in fine, defenſus.*
4 *Iaſon in l. Vnum. num.* 3. *ff. Si certum petatur, reiectus.*
8 *Textus in* §. *Publicorum. Auth. de Mandatis Principum, reiectus.*
9 *Couarruuias conuincitur.*

§.XI

§. XI.

VNDECIMO, proſequendo eãdem rem, excludun-
1 tur † ab huiuſmodi Immunitate DEBITORES
DECOCTI: de his quidem, niſi exſtarent epiſtolæ prædictæ, penitus
contrarium affirmarem per illa verba, quæ in hac noſtra Conſtitutione
habentur, *paulo ante, quam de criminibus exceptis agatur*, ibi:

„ *Aut Fraudulentis Decoctoribus*,
„ *&c.*

Quibus verbis expreſſe colligitur, quod Gregorius noſtræ Cõſtitutionis auctor illam facultatem extrahendi huiuſmodi Decoctores abolere volue-
2 rit, quamuis inter † publicos latrones
a Doctoribus connumerentur, vt videre eſt Farin. *d. Quæſt.* 28. *num.* 33.
qui referens Couarruuiæ verba *ex d. cap.* 20. *poſt num.* 14. *verſic. Nec Iaſonis.* (de quibus inf. ſtatim agemus)
inquit, quod huiuſmodi Debitores maximo Reipublicæ diſpẽdio ex pecunijs & rebus alienis, dum negociationem quæſtuariam exercent, decocti tandem verſuram faciunt, & ad Eccleſiam confugientes, creditores omnes miſere fallunt. Hoc nempe grauiſſimum crimen eſt: taleſque tãquam publici latrones a diuerſis Cõſtitutionibus grauiſſima & capitali pœna plectuntur: & in ſtatu Eccleſiaſtico eſt quædã Bulla ſanctiſſ. mem. Pij. V. de his ſpecifice tractãs, (quam ſi quis forſitan videre cupit, eã inueniet relatam per Petrum de Matthæis *in d. Septimus Decretall. lib.* 2. *ſub tit. de Dilat. & ceſſ. fol. mihi* 256.)
vbi quædam modificamus, vt ſtatim infra videbitur. Et quæ inibi dicuntur, locum ſibi vendicant aduerſus quaſlibet perſonas cuiuſuis qualitatis, conditionis, ſexus, vel gradus, etiam ſi fuerint Eccleſiaſticæ, præterquam ſolos Epiſcopos excludit. Sed niſi nobis ex illa (vt prædictum eſt) conſtaret epiſtola; hæc Pij Conſtitutio quo ad hanc Immunitatem nullum inferret præiudicium, licet huiuſmodi Decocti, vulgo, Falliti nuncupati, publicis comparentur latronibus: ſed quia non concurrunt in eis omnia requiſita neceſſaria ad conſtituendum publicos latrones, de quibus ſatis ſup. *in* §. 1. *huiuſmet Cap.* dictum eſt; ideo eos non excluſiſſem. Illi enim vere & proprie latrones dicuntur: iſti vero improprie. Et ex hoc
3 † excuſandus eſt Alexander Ambroſinus *hic, cap.* 13. *in fi.* dum hac ſupradicta ratione contrarium ſuſtinet, affirmatiuam partem defendens. Sed puto eum nondum legiſſe d. tractatum editum per Quarantam, de quo ſupra in principio *Prooemij* dictum eſt, vbi tenor epiſtolæ prædictæ reperitur.

Itaque quod ait Farin. *lo. cit.* ex Boerio, *Deciſ.* 215. *num.* 7. & Deciano *d. tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 34. *in fine*, omnino tenendum eſt: de quo etiam tractat Couarruuias, *d. cap* 20. *num.* 14. *in verſic. ſup. cit. Nec*
4 *Iaſonis, &c.* dicens Iaſonis † ſententiam *in l. Vinum. num.* 5. *ff. Si certum pet.* (qui quemuis debitorem ab Eccleſia poſſe abduci voluit, arguens ab Eccleſia, ſeu loco ad tempus; quia ſi
5 tempore † feriato debitor fugitiuus capi poteſt, per ea quæ dicit etiam Couar. *ibidem d. num.* 14. *in princ.* poterit ſane & in Loco Sacro) procedere, vel admitti forte poſſet apud Hiſpanos in Mercatoribus & Campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio ex pecunijs & rebus alienis, dum negociationem quæſtuariã exercent, operam vſuris & fœnoribus ſtrenue dantes, laute & opipare viuentes, decocti tandem verſuram faciunt, & ad Eccleſiam fugientes, creditores

ditores omnes miſere fallunt: quod
grauiſſimum crimen eſt, & ob id fa-
moſi latrones appellantur. Sed his nõ
obſtantibus, contrarium tenere vide-
tur Couar. per id quod in ſeqq. ver-
bis refert, dum ait:

» *Hos etenim vidi ab Eccleſijs vio-*
» *lenter ad criminalem punitionem*
» *a iudicibus euelli: quod an iuſte*
» *fiat, aliorũ eſſe iudicium. Id ete-*
» *nim poſſe fieri probat, & tenet*
» *Boer. lo. cit. &c.*

Vnde ex hoc videtur non aberraſſe a
Conſtitione noſtra, imo & eadem
Conſtit. cum poſterior eius ſententia
ſit, cum eo concordare videtur; quia,
iam dixi, expreſſe per eandem admit-
tendos eſſe ad hac Immunitatem:

Sed aduerte quod dum præcitata
Conſtitutio Pij V. loquitur de Frau-
dulẽtis Decoctoribus, ijſdem termi-
nis verba huius epiſtolæ intelligi de-
6 bent: quapropter, niſi † fraudulenter
bona decoxerint, non erunt hac Im-
munitate priuandi, hoc eſt, niſi ad-
uerſa fortuna, aut fortuitis caſibus,
ſiue hoſtium incurſu, vel ventorum,
mariſque violentia atque incuria,
cum ab his facile caueri nequeat hu-
mana prouidẽtia: ſed ſi ipſorum met
incuria, negligentia, prodigalitate,
atque luxu in explendis proprijs vo-
luptatibus, penitus dilapidatis, proxi
mos ſuos ad varia eorum bona ſibi
mutuanda ſub ſpe reſtitutionis com-
pulerunt, huiuſmodi quidem com-
prehenduntur.

7 Hæc † autem, quæ huc vſque dicta
ſunt, non procedent in alijs Debito-
ribus publicis, vti etiam tradit Farin.
d. Quæſt. 28. *num.* 31. *præcedenti.* ex
eo, quod legitur apud Machabæos,
lib. 1. *cap.* 10. quod itidem a Couar-
ruuia ſumpſiſſe (ſicuti diximus de
illis ſupradictis Decoctoribus) non
eſt ambigendum: nam Couar. *d. nu.*
14. *verſic. Sed profectò.* poſt multos
inquit, quod licet contrarium ſtatu-
8 tum ſit iure Cæſareo *in Nouella † con-*
ſtit. Auth. de Mandatis Principum, §.
Publicorum; is tamen textus, tanquã
Iuri Pontificio contrarius, recipien-
dus nõ eſt. Hoc tamen intelligo quo
ad ſimplices tributorum debitores,
non autem quo ad alios campſores
dictorum tributorum, vel depoſito-
rum, dum male verſati fuerint in eo-
rum officio, fraudulenter agendo,
iuxta ſupradicta.

9 Hinc ergo valde miror de eodem
Couar. qui quo ad hoc d. Cæſareo
iuri per Ius Pontificium derogatum
eſſe voluit, ſed quo ad Virginum
raptores idem Ius Pontificium Cæ-
ſareo cedere, vt apparet ex eis, quæ
ſupra dixerat *in nu.* 8. (de quo etiam
nos ſup. diximus *Cap. III. in* §. 2.
num. 8.) non obſtante, quod eodem
Iure contrarium expreſſe cautum ſit,
vt in cap. De raptoribus. 36. *quæſt.* 1.
quemadmodum ipſemet fatetur *d.*
num. 8. *vbi eiuſdem textus mentionem*
facit, dicens communem ſententiam
contra ſe eſſe. Sed nonne ex eodem
fonte vtraque Iura emanant, hoc vi-
delicet quod de raptoribus tractat, &
illud etiam, de quo ſupra proxime
egimus, quod excludit publicorum
tributorum debitores? Nam ibidem
in d. Auth. de Mandatis Princ. prius
tractatur de dictis raptoribus, & alijs
excludendis, *vti etiam ſup. tradidi-*
mus in Initio Cap. II. num. 76. poſtea
ſequitur d. textus Cæſareus, tractans
de publicis Debitoribus. Vnde aut
vtrumque confirmatum, aut vtrique
derogatum fuiſſe per Ius Canonicũ
melius dixiſſet, prout voluit Glo. *fi.*
in cap. Sicut antiquitus. 17. *quæſt.* 4.
quæ, omnes illos caſus per Pontifi-
cium Ius ſublatos, refert. Rurſus, ſi
hanc Immunitatem morte Chriſti
ſublatam eſſe dixit: & nullo Iuri di-
uino confirmatam, ſed ſolum Eccle-

ſiaſtico

ſiaſtico poſitiuo Iure ſiſtere tradidit: quod argute affirmauit, vt ſup. quoque, cum abijciendo, *in d. Initio Cap. II.* dictum eſt; quid ſibi prodeſſe poterit illud Machabæorum, cũ ſit textus iuris antiqui? Præterea, ſi debitor fugitiuus ab Eccleſia minime abducendus eſt, cum nõ ſit alicubi expreſſum, in hac ſpecie Eccleſiarum Immunitatem non prodeſſe his, qui ad eas confugiunt, & ideo regulæ ſtandum eſſe, monet idem Couar. *in d. verſic. Sed profecto. num.* 14. Quare ergo non eſt etiam ſtandum regulæ in reliquis caſibus, nempe, in Virginum raptoribus, & alijs, de quibus prædictus textus loquitur? Imo in alijs caſibus regula eſt generalis, complectẽs omnes Delinquentes, quoſdam expreſſe excludens: caſus autem prædictorum raptorum, non ſolum in generali regula continetur, ſed de eis expreſſe tractatur. Quiſquis ergo conſideret, an ex huiuſmodi obiectionibus ſibimet contrarius exiſtat?

SVMMARIA.

1 *Cardinalium perſonas offendens hac Immunitate priuatur: & quis comprehendatur? num. 4.*

2 *Epiſcopos afficiens iniuria hac Immunitate priuatur.*

Extende ad alios, de quibus in num. 4.

Quid ſi Epiſcopus non dum fuerit conſecratus, ſed tantum electus? num. 5.

Et an renuncians epiſcopatui inter illos Epiſcopos connumeretur? num. 6.

2 *Interdicto ſupponuntur loca, in quibus crimen aduerſus San. Rom. Eccl. Cardinales, vel Epiſcopos fuerit commiſſum.*

3 *Clerici, & alia perſonæ Eccleſiaſticæ delinquentes in Cardinales, vel Epiſcopos, curia ſeculari tradi debeat.*

§. XII.

DVODECIMO, citra eos caſus, de quibus hactenus dictum eſt, inueſtigari oportet, an alij ſint excepti? Et videretur dicẽdum quod non, per rationes ſupradictas, *tum in Initio præſentis Capitis, tum etiam in §. VIII.* Nihilominus contrarium eſt dicendum, quia quoſdam alios ſupra *in d. Initio* enumerauimus, rationibus infra dicendis, excludendos. Et primum, præter hos ſupradictos,

1 ab hac † Immunitate eos excepimus,

„ *QVI IN EPISCOPOS, VEL*
„ *CARDINALES MANVS*
„ *INIECERINT VIOLEN-*
„ *TAS: AVT EOS OBSEDE-*
„ *RINT, VEL INSEQVVTI*
„ *FVERINT.*

Ratio huiuſce cõcluſionis non ineſſicax exiſtit: quia Canones puniri mandantes ſimiles Reos, (*vt ſunt textus in c. Felicis. de Pœnis, lib. 6. & text. in Clementina 1. dicto tit. de Pœnis; in quorum primo de Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus; in poſteriori autem de Reuerendiſsimis Epiſcopis tractatur*) in ipſiſmet Eccleſijs pœnarum exſequutionem fieri volunt. Secundo, confirmatur ſupradicta ſententia noſtra ex eo, quod ſup. §. *III. num. 20. & §. IV. num. 42.* traditum eſt: nam niſi huiuſmodi Delinquentes puniantur, Ciuitates † Terræ, & loca, vbi ſimile facinus patratum fuerit, interdicto ſubiacere debent. Tertio, exſtat alia ratio, de qua infra *in §. XIV. ſeq.* dicemus.

3 Nam propter † hoc crimen Clerici, aliæue perſonæ Eccleſiaſticæ curiæ ſeculari tradi debent, *c. Si quis ſacerdotum. & ibi Glo. 11. quæſt. 1.* quod moderari debet iuxta *præd. Clementinam 1. de Pœnis.* Sed penas aduerſus delinquentes in Cardinales innouauit

Sancti-

Sanctitas Pij V. in anno 1569. *in quadam Extrauag. cuius meminimus ſup. hoc eo. Cap. §. V. in fi.* De his tamen ſatis ſup. dictum eſt *in d. §. V.*

4 Quæ † pœnæ locum etiam habent aduerſus eos, qui illud fieri mandauerint, aut factum habuerint ratum, vel conſilium dederint, quamuis nudum; vel receptauerint, aut defenderint ſcienter eoſdem: quiue etiam ſocius fuerit facientis: qui omnes velut maieſtatis rei tenētur. De pœnis hic expreſſe tractare non curaui: ſufficit autem nouiſſe quod ſimiles perſonæ excluduntur ab hac Immunitate.

5 Quod † autem dictum eſt de Epiſcopis, intelligendum eſt pro eis tantum, qui conſecrati fuerit: ſecus autem de alijs electis nondum conſecratis, quia non poſſunt dici Pontifices, *Glo. in d. Clem. in prin. verbo,*
6 *Quemuis Pontificem.* Illi vero, qui † epiſcopatui renunciarunt, includuntur, quia loco, non ordini renunciarunt, *text. in c. 1. ſup. de Ordin. ab Epiſc.* Sed tunc quædam pœnæ ceſſabunt, vt docet Abb. *in d. Clementina, & Gloſ. prædicta.*

Sed quamuis hæc peculiariter hic referre volui, non tamen me pudet hos inter Læſæ Maieſtatis Reos, de quibus *ſup. §. VII.* dictum eſt, computare, vt bene patet ex eis, quæ ibidem relata ſunt.

SVMMARIA.

1 *Sodomia crimen committentes, ab hac Immunitate ſunt excluſi: quod Legis diuinæ teſtimonio comprobatur, num. 18.*

Et perſona Eccleſiaſtica quomodo punienda, vide infra in verbo, Clerici.

Semper & vbique deteſtandum, nu. 3.

Omnia carnalia peccata excedit, nu. 4.

In Natiuitatis Domini nocte oēs Sodomitæ extincti, num. 6.

Ciuitates quadā propter illud igne ſunt extinctæ, num. 7.

Cur Sodomia appelletur? num. 8.

Exemplum quoddam horrendum de eodem, num. 9.

Aduerſus illud leges armantur, nu. 10.

Fames, terremotus, & peſtilentia eueniunt, num. 11.

Cum [illegible] commiſſum grauius, quam [illegible] muliere aliena, num. 15.

Cur a Doctoribus de eo non fiat mentio, dum de hac Immunitate tractant? num. 16.

Pœna de Iure communi in Sodomitas conſtituta, num. 20.

In Regno ab omni beneficio, guidatico, indulto & ſimilibus excluſi, nu. 21.

Laici cum confugerint ad Eccleſiam, quomodo puniendi? num. 23.

Et a quo? num. 24.

An ſolum ipſi auctores eius pena teneantur? num. 39. & 43.

Quomodo alio nomine vocetur? nu. 50.

2 *Clerici, & alia perſona Eccleſiaſtica propter ſodomiæ crimen curia ſeculari mancipantur.*

Limita, niſi illud non exercuerint, ſed aliquando fuerint lapſi, num. 22.

5 *Diabolus nunquam ſuccubus ſub ſpecie viri.*

Carnalis copula cum eo habita, aſſumpta alicuius beſtiæ, vel hominis forma, quomodo punienda? num. 31.

Quomodo vocetur talis concubitus? num. 32.

12 *Colloquia mala bonos corrūpunt mores.*

13 *Prædicatores pro vtilitate populi, quæ alias inhoneſta proferri videntur, prædicare debent.*

14 *Morum correptio, etiam contra exemptos ad quos ſpectet?*

15 *Vxoribus abutentes, grauius, quam ſi in alium deliquerint, peccant.*

17 *Decianus in Tract. crimin. lib. 6. cap. 28. alias, 29. poſt num. 5. reiectus.*

19 *Imperatores Conſtantius, & Conſtans laudati.*

25 *Conſtitutio Pij IV. qua cauetur, quod in criminibus mixti fori quo ad laicos Iudex Eccleſiaſticus non ſe interponat, renocatur.*

26 *Fori mixti crimina quæ?*

27 *Punitus in foro Eccleſiaſtico an iterum puniri poſſit in temporali?*

28 *Tex. in l. Cum vir, C. de Adult. vſus.*

29 *CONSTITVTIO noſtra [illegible] roget alijs Conſtitutionibus, volentibus, quod incidentes in eas poteſtati ſeculari tradantur?*

30 *Beſtias carnali copula cognoſcens an hac Immunitate tueatur?*

33 *Peccatum contra naturam diuerſæ ſpeciei.*

34 *Mollitiei peccatum committens an hac gaudeat Immunitate?*

An dicatur peccatum ſodomiticum? num. 35.

Qualem recipiat deformitatem? nu. 36.

An de iure poſitiuo aliqua pœna puniatur? num. 38.

37 *Bermondus Chouero. in tract. de Publ. concubinarijs, rub. de Sodom. num. 14. reiectus.*

41 *Mulierem intuens concupiſcentia cauſa, mœchus eſt.*

42 *Peccatum grauius opere completum, quam mente conceptum.*

ſ. XIII.

DECIMOTERTIO, præter prædictos caſus, incidit pertractari de alijs, qui fortaſſis non videntur excludendi ab hac Immunitate; attamen contrarium ſupra *in Rub. ſeu Initio præſentis Capitis* relatum eſt, quia præter hos ſupradictos, alios etiam excluſimus, vt ſunt ij,

1 » *QVI † CRIMEN ILLVD*
» *NEFANDVM COMMISE-*
» *RINT, PROPTER QVOD*
» *IRA DEI VENIT IN FI-*
» *LIOS DIFFIDENTIAE.*

Et alij, de quibus inferius, *in ſeqq.* §§. agemus. Et licet neque in noſtra Conſtitutione, neque in illis epiſtolis ſupra traditis de his mentio habeatur, vnde viderentur non debere excludi, & ſtandum eſſe regulæ generali, vt ex Nauarro *in ſuo Man. d. cap. 25. nu. 18. & aliqq. ſeqq.* ſæpe ſepius colligitur; attamen cum eiſdem ſupra dictis excipi viſum eſt.

Eſt igitur ratio, qua primum moueor, illa, de qua infra *in* §. *ſeq.* loquemur, vbi habetur, quod quoties perſonæ Eccleſiaſticæ crimẽ aliquod commiſerint, propter quod curiæ tradi debent ſeculari, laicico in caſu
2 gaudere non debent: Sed omnes, † & quicunque Præsbiteri, & alij Clerici ſeculares, & Regulares cuiuſcunque gradus & dignitatis omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico priuari, & degradari, ac poteſtati temporali tradi propter Sodomiæ crimen, laicorũue inſtar puniri debẽt *ex Extrauag. Conſtit. Pij V.* Ergo & ſeculares hac Immunitate gaudere minime poſſunt. *Hanc Conſtit. refert Stephanus Quaranta in d. Summa Bull. verbo, Sodomia. incip. Horrendum. & tradit etiam d. de Matthais in Septimo Decretalium, ſub tit. de Vita & honeſt. Clerr. cap. 5. alias, vlt. quod etiam ante præd. Pium, idem videtur voluiſſe Leo X. in quadam alia Conſtit. quam idem de Matth. refert lo. cit. in præced. c. 4.*

Alia ratio ea eſt, quæ colligitur ex D. Auguſtino *in 3. Confeſſ. cap. 8.* (cuius verba refert Gratianus *in c. Flagitia. 32. quæſt. 7.* & tradit etiã D. Tho. *2. 2. quæſt. 154. art. 12. ad 1.*) qui ait:

3 » *Flagitia † quæ ſunt contra natu-*
» *ram, vbique & ſemper deteſtan-*
» *da ac punienda ſunt: qualia So-*
» *domitarum fuerunt. Quæ ſi om-*
» *nes gentes facerent, eodem crimi-*
» *nis reatu Diuina lege tenerentur:*
» *quæ*

„ *qua non ſic fecit homines, vt ſe*
„ *illo vterētur modo. Violatur quip-*
„ *pe ipſa ſocietas, quæ cum Deo no-*
„ *bis eſſe debet, cum eadem natura,*
„ *cuius ipſe auctor eſt, libidinis per-*
„ *uerſitate polluitur.*

4 Quod † crimen eſt adeo peſſimum & immane, vt cætera omnia excedat (dico tamen carnalia, iuxta ſupra relata *in §. V. poſt num. 85. hoc eo. Cap.*) Contra exercentes hoc vitium inuehitur Lactantius Firmianus *lib. 6. de Diui. inſt. cap. 23.* quem refert Iacobus de Graffijs *d. par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib. 2. cap. 89. num. 1.* his verbis:

„ *Non poſſe*, inquiens, *hanc rem*
„ *pro magnitudine ſceleris enarra-*
„ *re: nihil amplius iſtos appellare*
„ *poſſum, quam impios & parrici-*
„ *das, quibus non ſufficit ſexus a*
„ *Deo datus, niſi & ſuum ſexum*
„ *profane & petulanter illudant,*
„ *&c.*

Huiuſmodi ſententia concordate videtur cum eo, quod ait Iſaias, inferius dicendum *in num. 18.* Et Apoſt. ſcribens ad Romanos, *cap. 1. num. 26. & ſeqq.* (relatus quoque ab eodem de Graff. *lo. cit.*) multum exclamat, dicens:

„ *Poſtquam tradidit illos Deus in*
„ *paſſiones ignominiæ, nam fœminæ*
„ *eorum immutauerunt naturalem*
„ *vſum.*

Huc vſque tradit de Graff. Subdit Apoſt.

„ *In eum vſum, qui eſt contra na-*
„ *turam: ſimiliter autem & maſcu-*
„ *li relicto naturali vſu fœminæ*
„ *exarſerunt in deſiderijs ſuis in-*
„ *uicem maſculi in maſculos turpi-*
„ *tudinem operantes, & mercedem*
„ *(quam oportuit) erroris ſui in ſe-*
„ *metipſis recipientes.*

Et rurſus *in fine* ſequitur dicens,

„ *Qui cum iuſtitiam Dei cognoniſ-*
„ *ſent, non intellexerunt quoniam*
„ *qui talia agunt, digni ſunt morte.*

Sequentia verba vide inf. ſub num. vlt. Et D. Auguſt. *de Vitio Sodom.* relatus ab eodē de Graff. *d. lib. 2. cap. ſeq. 90. num. 4.* inquit, quod ab hac immunditia Angeli fugiunt, dæmones oculos claudunt. Et ex Hugone idem de
5 Graff. plus dicit, quod enormitas † huius flagitij ex eo oſtenditur, quod etſi legatur diabolum fuiſſe incubum ſub ſpecie viri, & ſuccubum ſub ſpecie mulieris, nunquam tamen legitur ſub ſpecie viri ſuccubum fuiſſe: atq; ex ſententia eiuſdem Auguſtini traditur; quod Chriſtus Dominus propter hoc vitium diſtulerit incarnatiõ
6 ac in ea, † quā nat⁹ eſt nocte, vniuerſi Sodomitę morte ſubitanea fuerint extincti. Sed quis eſt, qui ignoret in-
7 cēdium † ab ipſomet Deo immiſſum in illas ciuitates Sodomam & Gomorrham & alias, de quibus loquitur ſacra Scriptura, *Gen. cap. 19.* ita vt nec innocentibus paruulis pepercerit, ſed omnes igne conſūpſit: Vnde factum eſt, quod hoc † crimen Sodomiticum appelletur, hoc eſt, a Sodoma, veluti principaliori; quia de his vt plurimum loquitur d. Scriptura.

9 Aliud exemplum † traditur in eadem Scriptura, *in lib. Iudicum, cap. 19. & 20.* quod a paucis, imo forſitan a nemine relatum puto † ex hoc enim cognoſci poteſt, quam ſit peſſimum & immane ſimile crimen. Legitur enim, quod cum vir quidam tranſiret terminos Iſrael cum vxore ſua, & perueniret ad quendam locū, qui Gabaa dicebatur, eratque in tribu Beniamin, occubuit ſol iuxta Gabaa, & voluerūt ibi manere. Cū ſederēt autem in platea ciuitatis hoſpitiū quęrentes, nullus eos recipere voluit: & tādem cum a quodam ſene in eius domum fuiſſent recepti, illis epulantibus, cibo & potu reficientibus cor-

pora, viri ciuitatis illius circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperūt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educā eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantum obſecro, ne ſcelus hoc cōtra naturam operemini in virum. Nolebāt autem acquieſcere ſermonibus illius. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cum tota nocte abuſiſſent, dimiſerunt eam mane. At mulier, recedētibus tenebris, venit ad hoſtium domus, vbi manebat dominus ſuus, & ibi, incredibili furore libidinis vexata, mortua eſt: quam cum vir eius, mane facto, mortuam reperiret, pergere volens ad domum ſuam, impoſuit aſino, reuerſuſque in domum ſuam, arripuit gladium, & cadauer vxoris in duodecim partes ac fruſtra concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. Egreſſi itaque omnes filij Iſrael, congregati ſunt in vnum in domo Dei, mittentes nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malū de Iſrael. Qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum: ſed ex cunctis vrbibus, quæ ſortis ſuæ erant, cōuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent. Filij itaque Iſrael conſulentes Deum, bellum inierunt contra filios Beniamin: qui prima vice occiderunt ex eis viginti duo millia virorum: ceſſantes a pugna, rurſus conſulti ſunt Deum, dicentes, Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille reſpondit, Aſcendite ad eos, & inite certamen. Et hac ſecunda vice decem & octo millia virorum educētium gladium proſternerunt. Iterum & tertio Deum conſulentibus, reſponſum eſt: Aſcendite, cras enim tradam eos in manus veſtras. Et hac tertia vice vulnerari ſunt ex filijs Beniamin ſicut primo die & ſecundo: & tandem perſecuti ſunt eos ira vt non remanerent ex eis, niſi ſexcenti viri, qui fugerunt in ſolitudinem. Hæc collexi ex ſacra Scriptura *lo. cit.* Nonne caſus horribilis videtur? An putas quin dum illa ſcriberem, multum pauerem? En Deus quomodo vlciſcitur homines pro hoc ſcelere? *illum enim modum* abutendi exponit *Lyranus* pro concubitu innaturali: quod etiam colligitur ex eodem contextu, dum dixerunt viri illi iniqui,

» *Educ virum, qui ingreſſus eſt do-*
» *mum tuam, vt abutamur eo.*

Porro hoc nefandum ſcelus omnes Prophetæ deteſtantur: omnis Sanctus reclamat: omnes † Leges armātur, *l. Cum vir. C. ad l. Iul. de adult. cuius verba traduntur infra ſub num. 19.* & denique ipſemet Diabolus omnium malorum auctor abhorret, vt iam dictum eſt: imo ipſa elementa ſuam naturalem vim reclinant: aer enim corrumpitur: terra ſuos non germinat fructus, ignis de cęlo cadit: & tādem quicquid eſt in mundo exclamat, & contremiſcit. Hinc Iuſtinianus *in Auth. tit. Vt non luxurientur homines contra naturam, &c.* propter † hoc flagitium, inquit, & fames, & terremotus, & peſtilentiæ fiunt: idcirco *in princ. d. textus*, omnes hortatur ad bene viuendum, cauendūq; a ſi-

a ſimili, futurumue Dei iudicium timendum, ne propter huiuſmodi impios actos ab ira Dei inueniantur, & ciuitates cum habitatoribus earum pereant, tradens prædictum exemplũ Sodomæ & Gomorrhæ. *De hoc eodem tractat alibi in eodem volumine Authenticorum, in noua editione, collat. 9. tit. 23. Nouella Edictum de ijs qui luxuriantur contra naturam.*

Vnde aduertendum, quod ne dum ab ipſomet nefandiſſimo coitu abſtinendum nobis eſt, verum quoq; quorumuis cõſortium de eodem tractantium morbo fugiendum eſt omnino, ne forte illis ſimiles fiamus: quia (vt docet Apoſtolus, *Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 15. num. 33.*)

12 *Corrumpunt † mores bonos colloquia mala.*

Pro quo exſtat illud Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, dũ interrogabant eũ Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe vero poſt quædam quæ reſpondit eis, conuocatis ad ſe turbis, dixit eis:

Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Et rurſus:

Quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominem, &c.

Matth. cap. 15. in princ. Et ex ſententia Ariſtotelis, Boetius *in lib. 1. Perier. circa princ.* ait:

Sunt ea quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ.

Quam etiam ſententiam ex eodem Ariſtot. refert Bald. *in l. De quibus, ſub tit. de Legibus.* Et in pluribus alijs locis cum alijs Doctorum notationibus latiſſime tradit Andreas Tiraq. *in l. Si vnquam. verbo Libertis, num. 17. & 18. C. de Reuocandis donationibus.* Inter quos annumerabis Iacobum Menochium *in Conſilio primo, num. 262. & vbique alij Doctores tradunt.*

Hinc omnes hortatos velim habere, ne ad inuicem verba hoc criminis arguentia proferant: quoniam peſſima quidem fœdiſſimaque res eſt, multumque offendunt aures pias: atque etiam dum ſimilia verba proferuntur, ex ipſius aeris percuſſione ipſummet aer corrumpitur, vnde omnes calamitates & miſeriæ ſolent euenire, quæ humana corpora infeſtant & mortificant.

Sed quod peſſimum eſt, vt non ſolum iniuriandi ſtudio; ſed ſæpiſſime ludi gratia, ſceleſtus hic ſermo proferri ſolet: & nihilominus cum ego hæc reſcriberem, pudore dextera retrahebatur; commotus tamen conſilio Diui Ioannis Chryſoſtomi *ſuper Epiſtola 37. in declaratione Epiſtolarum Sancti Pauli Apoſtoli ad Corinthios*, dicentis, quod
13 non † dedignentur Prædicatores in hoc deteſtabili crimine verba proferre pro vtilitate populi, vna cum Antonio Gomezio *in l. 80. Tauri, numero trigeſimoſecundo*, nolui dedignari iſthæc verba referre pro bono publico, & Iudicum inſtitutione, (vt eiuſdem Gomezij verbis vtar) & pœna malorum & terrore, & exemplo bonorum.

Super hoc plurimum deberent Eccleſiarum Prælati animaduertere, ipſoſque Gubernatores ſeculares admonere ad tantum ſcelus extirpandum, quia peſſimum indicium eſt aduerſus ipſoſmet populos: ſolemus n. prouerbialiter dicere.

Quod

„ Quod habes in ventre, profers
„ dente.

Nec mirum, ſi in huiuſmodi ſe ſe interponat Iudex Eccleſiaſticus (quod forte videtur contra hanc Immunitatem quæ omnes Delinquentes ad Eccleſiam fugientes tuetur) nam etiam quo ad

14 † morum correptionem cenſeo non habere locum hanc Immunitatem, iuxta id quod ſancitum eſt in Sacroſancta Synodo Tridentina, *ſeſſione 24. Decreto, de Reformatione, capite 10. & ſequenti.* vbi datur facultas Epiſcopis alijſue locorum Ordinarijs procedendi aduerſus quaſlibet perſonas, etiam exemptas, quauis appellatione remota. Itaque cum hæc paruipendeantur, quotidie videmus mala nobis ſuperare, & terræ fertilitas in ſterilitatem paulatim conuertere. Sed quis tam arrogans eſt, qui putet Deum tot nos calamitatibus velit opprimere ſua propria voluptate, præter noſtram culpam? Nonne Pater miſericordiarum eſt, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra? *Apoſtolo II. Corinthios, capi primo numero tertio.* Porro niſi mali eſſemus, vtique a malis non opprimeremur. Peſſimam adhuc

15 quidem rem audio, in quibus † Deus naturalem dedit ſexum, eo non contenti, proprijs abutuntur vxoribus, de quo exclamat idem Diuus Auguſtinus *de adulterinis coniugijs*, relatus etiam a Gratiano *in capitulo Adulterij malum, dicta Cauſa 32. quæſtione ſeptima*, dicens, quod hoc crimen exerabiliter fit cum meretrice, ſed execrabilius cum vxore. Caueant ergo huiuſmodi Nefandarij, nec dum clam faciunt, Deus palam faciat: ſicuti Nathan dixit ad Dauid poſt illud adulterium commiſſum cum Berſabe, Vriæ Vxore, cuius peccatum nemo eſt qui ignoret. Sed quia radix huius criminis in dies ramos altiores emittit, vtique cum Eſaia, *cap. primo* dicere poſſemus:

„ Niſi Dominus exercituum reli-
„ quiſſet nobis ſemen, quaſi Sodo-
„ ma fuiſſemus, & quaſi Gomo-
„ rha ſimiles eſſemus.

Sequentia verba vide infra in nu-
16 *mero 18.* Cum † ergo ſit hoc crimen adeo abominabile apud omnes Deum timentes, hac de cauſa nullam a Scribentibus fuiſſe factam mentionem dicendum eſt, quia ſemper, abſque vlla legis expreſſa mentione, tacite excluſum intelligitur ab omni, & quouis genere priuilegiorum, iuxta prædictam Auguſtini ſententiam, *de qua ſupra in principio huius §. actum eſt:* qui in quolibet loco & ſemper deteſtandum eſſe voluit: quam-

17 uis ex Deciano † *dicto libro ſim, capite 28. poſt numerum 5. verſiculo, Quod & ego verum puto,* tacite colligatur, quod fugientes ad Eccleſiam ob ſimile facinus, eius debeant Immunitate gaudere, dum tradit eorum exempla, qui grauia crimina in eiſdem Eccleſijs perpetrauerint; dicens, quod ſi quis commiſerit inceſtum cum matre in Eccleſijs, vel Sodomiam, & alia huiuſmodi, non debet hac Immunitate gaudere, de quo nos ſupra *hoc eodem Capite, in §. tertio* plenius diximus. Ergo dum Decianus *loco citato* loquitur de illis criminibus commiſſis in Eccleſia, ſi extra Eccleſiam committantur, & poſtmodum Delinquentes aut illorum patratores ad eandem ſe recipient,

pientem, ad eius Immunitatem ad-
mitti cenſet: eius præſertim cogno-
ſcitur intentio, quia inter alia connu-
merat hoc, de quo noſter eſt ſermo:
ſed non ita quidem, quoniam inter
illa hoc debebat aut tacere, aut de eo
aliter loqui, cum non ſolum pateat
rationibus ſupra poſitis excluſum,
18 ſed & Diuina † lege, teſte eodem Iſaia
*d. cap. 1. in ſeqq. verbis poſt ſuperius
relata*, dicente:

,, *Audite verbum Domini Princi-*
,, *pes Sodomorum, percipite auribus*
,, *legem Dei noſtri populus Gomor-*
,, *rhæ. Quo mihi multitudinem vi-*
,, *ctimarum veſtrarum, dicit Do-*
,, *minus? plenus ſum holocauſto*
,, *arietum & adipe pinguium, &*
,, *ſanguinem vitulorum & agno-*
,, *rum & hircorum nolui. Cum ve-*
,, *neritis ante conſpectum meum,*
,, *quis quæſiuit hæc de manibus ve-*
,, *ſtris, vt ambularetis in atrijs*
,, *meis? ne offeratis vltra ſacrifi-*
,, *cium fruſtra: incenſum abomi-*
,, *natio eſt mihi. Neomeniam, &*
,, *Sabbathum, & feſtiuitates alias*
,, *non feram, iniqui ſunt coetus ve-*
,, *ſtri: calēdas veſtras, & ſolemni-*
,, *tates veſtras odiuit anima mea:*
,, *facta ſunt mihi moleſta, labora-*
,, *ui ſuſtinens. Et cum extenderitis*
,, *manus veſtras, auertam oculos*
,, *meos a vobis: & cum multiplica-*
,, *ueritis orationem, nō exaudiam,*
,, *manus enim veſtræ ſanguine ple-*
,, *næ ſunt.*

Hactenus ille. Si ergo Immunitas
hæc ſub Diuina ſiſtit protectione,
quemadmodum plene ſupra *in dicto
Initio Cap. II.* oſtenſum eſt, non po-
terunt huiuſmodi Sodomitæ Dei
beneficio gaudere: nam quamuis ad
Eccleſiam confugerint, ibique ma-
nus ſuas extenderint, dicentes, Eſto
nobis in Deum protectorem & in
Domū Refugij, vt nos ſaluos facias,
non exaudiet illos Deus, ſed oculos
ab eis auertet. *Similem textum habe-
mus in Ieremia, excludētem hæreticos,
cuius ſup. hoc Cap. in §. VI. poſt num.
139. meminimus.*

Huiuſmodi Sodomitæ poſſunt in-
ter illos annumerari, de quibus actū
eſt ſup. *in §. IV.* dum de homicidio
in proximum commiſſum loquuti
ſumus: nam hos Lactantius vocat
parricidas, *vt diximus ſup. poſt nu. 4.*
quod cum his verbis Iſaiæ conſona-
re videtur, dum dicit,

,, *Manus enim veſtræ ſanguine*
,, *plenæ ſunt.*

Itaque non eſt amplius dubitādum.
19 Nō † modica igitur digni ſūt lau-
de Imperatores illi Conſtantius, &
Conſtans ob illam ſacratiſſimam
conſtitutionem aduerſus hos pro-
mulgatā, *quæ legitur in Codice Theo-
doſij, ſub tit. Ad. l. Iul. de adulterijs,
eſt que regiſtrata in noſtro Codice ſub
eo. tit. l.* 31. vbi ſeuere hos puniri iu-
bent, dicentes:

,, *Cum vir nubit in fœmina viros*
,, *paritura quid cupiatur, vbi ſexus*
,, *perdidit locum? vbi ſcelus eſt id,*
,, *quod non proficit ſcire? vbi Ve-*
,, *nus mutatur in alterā formam?*
,, *vbi amor quæritur, nec videtur?*
,, *Iubemus inſurgere Leges, armari*
,, *Iura gladio vltore, vt exquiſitis*
,, *pœnis ſubdantur infames, qui*
,, *ſunt, vel qui futuri ſunt rei.*

*De intellectu huius legis videri poteſt
Gomez. in l. 80. Tauri, num. 32.*

20 Hinc hodie † introductum eſt per
vniuerſum, vbi fides viget, orbem,
quod ſimiles concrementur, de quo
loquitur Clarus *in §. eo. hoc eſt, Sodo-
mia. verſic. Sed quæro.* & Menoch. *de
Arbitr. Iudicum, caſu.* 286. qui pluriū
locorum pœnas aduerſus hos ſtatu-
tas commemorat: atque de his plene
poſt eoſdem, & alios Farin. *Quæſt.*
148. Et in hoc Regno peculiarem
legem

pora, viri ciuitatis illius circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperũt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo. Egreſſuſque eſt ad eos ſenex, & ait: Nolite fratres, nolite facere malum hoc, quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educã eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis: tantum obſecro, ne ſcelus hoc cõtra naturam operemini in virum. Nolebãt autem acquieſcere ſermonibus illius. Quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cum tota nocte abuſiſſent, dimiſerunt eam mane. At mulier, recedẽtibus tenebris, venit ad hoſtium domus, vbi manebat dominus ſuus, & ibi, incredibili furore libidinis vexata, mortua eſt: quam cum vir eius, mane facto, mortuam reperiret, pergere volens ad domum ſuam, impoſuit aſino, reuerſuſque in domum ſuam, arripuit gladium, & cadauer vxoris in duodecim partes ac fruſtra concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. Egreſſi itaque omnes filij Iſrael, congregati ſunt in vnum in domo Dei, mittentes nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malũ de Iſrael. Qui noluerunt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum: ſed ex cunctis vrbibus, quæ ſortis ſuæ erant, cõuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent. Filij itaque Iſrael conſulentes Deum, bellum inierunt contra filios Beniamin: qui prima vice occiderunt ex eis viginti duo millia virorum: ceſſantes a pugna, rurſus conſulti ſunt Deum, dicentes, Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille reſpondit, Aſcendite ad eos, & inite certamen. Et hac ſecũda vice decem & octo millia virorum educẽtium gladium proſternerunt. Iterum & tertio Deum conſulentibus, reſponſum eſt: Aſcendite, cras enim tradam eos in manus veſtras. Et hac tertia vice vulnerati ſunt ex filijs Beniamin ſicut primo die & ſecundo: & tandem perſecuti ſunt eos ita vt non remanerent ex eis, niſi ſexcenti viri, qui fugerunt in ſolitudinem. Hæc collexi ex ſacra Scriptura *lo. cit.* Nonne caſus horribilis videtur? An putas quin dum illa ſcriberem, multum pauerem? En Deus quomodo vlciſcitur homines pro hoc ſcelere? illum enim modum abutendi exponit Lyranus pro concubitu innaturali: quod etiam colligitur ex eodem contextu, dum dixerunt viri illi iniqui,

„ *Educ virum, qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo.*

Porro hoc nefandum ſcelus omnes Prophetæ deteſtantur: omnis San-
10 ctus reclamat: omnes † Leges armãtur, *l. Cum vir. C. ad l. Iul. de adult. cuius verba traduntur infra ſub num. 19.* & denique ipſemet Diabolus omnium malorum auctor abhorret, vt iam dictum eſt: imo ipſa elementa ſuam naturalem vim reclinant: aer enim corrumpitur: terra ſuos non germinat fructus, ignis de cęlo cadit: & tãdem quicquid eſt in mundo exclamat, & contremiſcit. Hinc Iuſtinianus *in Auth. tit. Vt non luxurientur homines contra naturam, &c.* pro-
11 pter † hoc flagitium, inquit, & fames, & terremotus, & peſtilentiæ fiunt: idcirco *in princ. d. textus*, omnes hortatur ad bene viuendum, cauendũq; a ſi-

a ſimili, futurumue Dei iudicium timendum, ne propter huiuſmodi impios actos ab ira Dei inueniantur, & ciuitates cum habitatoribus earum pereant, tradens prædictum exemplũ Sodomæ & Gomorrhæ. *De hoc eodem tract at alibi in eodem volumine Authenticorum, in noua editione, collat. 9. tit. 23. Nouella Edictum de ijs qui luxuriantur contra naturam.*

Vnde aduertendum, quod ne dum ab ipſomet nefandiſſimo coitu abſtinendum nobis eſt, verum quoq; quorumuis cõſortium de eodem tractantium morbo fugiendum eſt omnino, ne forte illis ſimiles fiamus: quia (vt docet Apoſtolus, *Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 15. num. 33.*)

12 *Corrumpunt † mores bonos colloquia mala.*

Pro quo exſtat illud Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, dũ interrogabant eũ Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe vero poſt quædam quæ reſpondit eis, conuocatis ad ſe turbis, dixit eis;

Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Et rurſus:

Quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt & ea coinquinãt hominem, &c.

Matth. cap. 15. in princ. Et ex ſententia Ariſtotelis, Boetius *in lib. 1. Perier. circa princ.* ait:

Sunt ea quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ.

Quam etiam ſententiam ex eodem Ariſtot. refert Bald. *in l. De quibus, ſub tit. de Legibus.* Et in pluribus alijs locis cum alijs Doctorum notationibus latiſſime tradit Andreas Tiraq. *in l. Si vnquam. verbo Libertis, num. 17. & 18. C. de Reuocandis donationibus.* Inter quos annumerabis Iacobum Menochium *in Conſilio primo, num. 262. & vbique alij Doctores tradunt.*

Hinc omnes hortatos velim habere, ne ad inuicem verba hoc crimen arguentia proferant: quoniam peſſima quidem fœdiſſimaque res eſt, multumque offendunt aures pias: atque etiam dum ſimilia verba proferuntur, ex ipſius aeris percuſſione ipſummet aer corrumpitur, vnde omnes calamitates & miſeriæ ſolent euenire, quæ humana corpora infeſtant & mortificant.

Sed quod peſſimum eſt, vt non ſolum iniuriandi ſtudio, ſed ſæpiſſime ludi gratia ſceleſtus hic ſermo proferri ſolet: & nihilominus cum ego hæc reſcriberem, pudore dextera retrahebatur: commotus tamen conſilio Diui Ioannis Chryſoſtomi *ſuper Epiſtola 37. in declaratione Epiſtolarum Sancti Pauli Apoſtoli ad Corinthios*, dicentis, quod

13 non † dedignentur Prædicatores in hoc deteſtabili crimine verba proferre pro vtilitate populi, vna cum Antonio Gomezio *in l. 80. Tauri, numero trigeſimoſecundo* nolui dedignari iſthæc verba referre pro bono publico, & Iudicum inſtitutione, (vt eiuſdem Gomezij verbis vtar) & pœna malorum & terrore, & exemplo bonorum.

Super hoc plurimum deberent Eccleſiarum Prælati animaduertere, ipſoſque Gubernatores ſeculares admonere ad tantum ſcelus extirpandum, quia peſſimum indicium eſt aduerſus ipſoſmet populos: ſolemus.n. prouerbialiter dicere.

Quod

„ *Quod habes in ventre, profers*
„ *dente.*

Nec mirum, ſi in huiuſmodi re ſe interponat Iudex Eccleſiaſticus (quod forte videtur contra hanc Immunitatem quæ omnes Delinquentes ad Eccleſiam fugientes tu-
14 etur) nam etiam quo ad † morum correptionem cenſeo non habere locum hanc Immunitatem, iuxta id quod ſancitum eſt in Sacroſancta Synodo Tridentina, *ſeſſione* 24. *Decreto, de Reformatione, capite* 10. *& ſequenti.* vbi datur facultas Epiſcopis alijſue locorum Ordinarijs procedendi aduerſus quaſlibet perſonas, etiam exemptas, quauis appellatione remota. Itaque cum hæc paruipendeantur, quotidie videmus mala nobis ſuperare, & terræ fertilitas in ſterilitatem paulatim conuertere. Sed quis tam arrogans eſt, qui putet Deum tot nos calamitatibus velit opprimere ſua propria voluptate, præter noſtram culpam? Nonne Pater miſericordiarum eſt, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra? *Apoſtolo* 2. *Corinthios, capite primo numero tertio.* Porro niſi mali eſſemus, vtique a malis non opprimeremur. Peſſimam adhuc
15 quidem rem audio, in quibus † Deus naturalem dedit ſexum, eo non contenti, proprijs abutuntur vxoribus, de quo exclamat idem Diuus Auguſtinus *de adulterinis coniugijs*, relatus etiam a Gratiano *in capitulo Adulterij malum. dicta Cauſa* 32. *quæſtione ſecunda*, dicens, quod hoc crimen excrabiliter fit cum meretrice, ſed excrabilius cum vxore. Caueant ergo huiuſmodi Nefandarij, nec dum clam faciunt, Deus palam faciat: ſicuti Nathan dixit ad Dauid poſt illud adulterium commiſſum cum Berſabe, Vriæ vxore, cuius peccatum nemo eſt qui ignoret. Sed quia radix huius criminis in dies ramos altiores emittit, vtique cum Eſaia, *cap. primo* dicere poſſemus:

„ *Niſi Dominus exercituum reli-*
„ *quiſſet nobis ſemen, quaſi Sodo-*
„ *ma fuiſſemus, & quaſi Gomor-*
„ *rha ſimiles eſſemus.*

Sequentia verba vide infra in nu-
16 *mero* 18. Cum † ergo ſit hoc crimen adeo abominabile apud omnes Deum timentes, hac de cauſa nullam a Scribentibus fuiſſe factam mentionem dicendum eſt, quia ſemper, abſque vlla legis expreſſa mentione, tacite excluſum intelligitur ab omni, & quouis genere priuilegiorum, iuxta prædictam Auguſtini ſententiam, *de qua ſupra in principio huius* §. *actum eſt*: qui in quolibet loco & ſemper deteſtandum eſſe voluit: quam-
17 uis ex Deciano † *dicto libro ſexto, capite* 28. *poſt numerum* 5. *verſiculo, Quod & ego verum puto,* tacite colligatur, quod fugientes ad Eccleſiam ob ſimile facinus, eius debeant Immunitate gaudere, dum tradit eorum exempla, qui grauia crimina in eiſdem Eccleſijs perpetrauerint, dicens, quod ſi quis commiſerit inceſtum cum matre in Eccleſijs, vel Sodomiam, & alia huiuſmodi, non debet hac Immunitate gaudere, de quo nos ſupra *hoc eodem Capite* 5. *in* §. *tertio* plenius diximus. Ergo, dum Decianus *loco citato* loquitur de illis criminibus commiſſis in Eccleſia, ſi extra Eccleſiam committantur, & poſtmodum Delinquentes aut illorum patratores ad eandem ſe recipient,

piente, ad eius Immunitatem admitti cenſet: eius præſertim cognoſcitur intentio, quia inter alia connumerat hoc, de quo noſter eſt ſermo: ſed non ita quidem, quoniam inter illa hoc debebat aut tacere, aut de eo aliter loqui, cum non ſolum pateat rationibus ſupra poſitis excluſum,
18 ſed & Diuina † lege, teſte eodem Iſaia *d. cap. 1. in ſeqq. verbis poſt ſuperius relata*, dicente:

„ *Audite verbum Domini Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrha. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum holocauſto arietum & adipe pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum veneritis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & Sabbathum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt coetus veſtri: calẽdas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Hactenus ille. Si ergo Immunitas hæc ſub Diuina ſiſtit protectione, quemadmodum plene ſupra *in dicto Initio Cap. II.* oſtenſum eſt, non poterunt huiuſmodi Sodomitæ Dei beneficio gaudere: nam quamuis ad Eccleſiam confugerint, ibique manus ſuas extenderint, dicentes, Eſto nobis in Deum protectorem & in Domũ Refugij, vt nos ſaluos facias, non exaudiet illos Deus, ſed oculos ab eis auertet. *Similem textum habemus in Ieremia, excludẽtem hæreticos, cuius ſup. hoc Cap. in §. VI. poſt num. 139. meminimus.*

Huiuſmodi Sodomitæ poſſunt inter illos annumerari, de quibus actũ eſt ſup. *in §. IV.* dum de homicidio in proximum commiſſum loquuti ſumus: nam hos Lactantius vocat parricidas, *vt diximus ſup. poſt nu. 4.* quod cum his verbis Iſaiæ conſonare videtur, dum dicit,

„ *Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Itaque non eſt amplius dubitãdum.

19 Nõ † modica igitur digni sũt laude Imperatores illi Conſtantius, & Conſtans ob illam ſacratiſſimam conſtitutionem aduerſus hos promulgatã, *quæ legitur in Codice Theodoſij, ſub tit. Ad. l. Iul. de adulterijs, eſt que regiſtrata in noſtro Codice ſub eo. tit. l. 31.* vbi ſeuere hos puniri iubent, dicentes:

„ *Cum vir nubit in fœmina viros pariturа quid cupiatur, vbi ſexus perdidit locum? vbi ſcelus eſt id, quod non proficit ſcire? vbi Venus mutatur in alterã formam? vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus inſurgere Leges, armari Iura gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.*

De intellectu huius legis videri poteſt Gomez. in l. 80. Tauri, num. 32.

20 Hinc hodie † introductum eſt per vniuerſum, vbi fides viget, orbem, quod ſimiles concrementur, de quo loquitur Clarus *in §. eo. hoc eſt, Sodomia. verſic. Sed quæro.* & Menoch. *de Arbitr. Iudicum, caſu.* 286. qui pluriũ locorum pœnas aduerſus hos ſtatutas commemorat: atque de his plene poſt eoſdem, & alios Farin. *Quæſt.* 148. Et in hoc Regno peculiarem legem

legem habemus *in tomo 1. Pragm. vnica*, de his quædam diſponentem: & inter cætera, quæ ibi dicũtur, præcipitur, quód nemo,
21 † quamuis ipſe Prorex, pœnas in ea cõtentas valeat remittere: neque etiam vllum indultum, ſeu guidaticum, vel aſſecurationem, etiam dimidium per horæ ſpatium quauis ratione vel cauſa dare, vel concedere poſſit: cum nullitatis decreto, &c. Atque etiam nulla valet admitti compoſitio. Inſuper ſtatuitur, quod a quibuſuis guidaticis vel aſſecurationibus quantumcunq; generalibus ſemper habeatur exceptũ. Et his proximis diebus præteritis, in anno 1608. iterum ſuper eadem re prouiſum eſt a Catholica Cæſareaque Maieſtate Philippi Regis III. (quem Deus Opt. Max. ſeruet incolumem) vt quiuis Officialis, etiam ab eadem Regia miſſus Maieſtate cũ poteſtate generali indultãdi vel guidandi, niſi de hoc eodem crimine peculiaris mentio, in eius conceſſione fuerit facta, nullum valebat guidaticum vel indultũ ſeu aſſecurationem concedere: ſi ſecus fuerit factum, illud indultum ſeu guidaticum irritũ, caſſum, & nullum cenſeatur. Hæc licet noua lex videatur, potius tamen dicitur noua declaratio, ſeu melius confirmatio præcedẽtis, quia abſque hac noua promulgatione ita ſeruatũ fuit in perſona cuiuſdam. N. cui cum fuiſſet conceſſum guidaticũ ſub verbo Regio a Domino viſitatore Generali, per eandem Catholicam Maieſtatem in hoc Regnum miſſo cum facultate indultandi vel guidandi, fuit tamen, hoc nõ obſtante, de mandato Domini Proregis captus, & damnatus, ſicuti mos eſt alijs fieri Sodomitis: ex quo cũ poſtea inter Proregem & eundem Viſitatorem lis orta eſſet, an potuiſſet prædictum aſſecurare, tandem ab eodem Rege fuit reſponſum, prout huc vſque dictum eſt: & hac de cauſa fuit iterum velut recens lex publico Præcone publicata cum tibijs & tubis more ſolito per loca publica & conſueta, ne de cætero vllo vnquam tempore aliquis ſe valeat excuſare. Caueat ergo vnuſquiſque, ne poſt funera medelã quærat, ſicuti euenit d. N. cui, licet pro eo reſponſum eſſet, omnis tamen vitæ ſpes prius ſublata fuit, vnde poſt bellum auxiliũ veniſſet. Hæc huc vſque dicta ſint pro huius criminis immanitate. Videri tamen oportet de quibuſdam alijs circunſtantijs ad eandem rem ſpectantibus.

Quapropter hic præcipue ſciendum eſt, quod id, quod
22 † diximus de Clericis, vt. ſ. brachio ſeculari tradi debent, nõ ita ſeuere capiendum eſt, vt pro vnica tantum vice curiæ mancipari debeant, quemadmodum voluit Farin. *Quæſt. 148. num. 30. (quæ recens typis expoſita eſt,)* qui vigore Conſtitutionis prædictæ Pij V. mouetur: Sed parcat mihi tantus homo, quia in eademmet Cõſtitutione expreſſe patet eius contrarium, dum tractat de exercentibus: quod non poteſt cadere in eum, qui ſemel tantum lapſus eſt, & per conſequens nec eius pœna tenebitur, vt ex Iacobo de Graſſijs ſup. *in §. 1. hoc eo. Cap. num. 56.* diximus: quod exſtat Pontificia deciſione confirmatum in perſona cuiuſdam Monachi, cuius nomen & Monaſteriũ honeſtatis cauſa taceo: nam cum in anno 1608. ſuper hoc conſultus eſſet Summus Pontifex Paulus V. (quem Dominus noſter conſeruet, & viuificet, & Beatum faciat eum: & non tradat eum in animam inimicorum eius) mitius illum caſtigari reſpondit: qui per decennium ſuper triremibus ad remigandum fuit damnatus: quod an bene fuerit factum, aliorũ eſto iudicium,

cum

cum non deberent perſonæ Eccleſiaſticæ ſimilibus pœnis multari, ſed potius in carceribus detrudi, vti ſanctiſſime ſtatutum eſt in quampluribus ſacris Canonibus, qui nunquam has perſonas iugo ſeruitutis ſubmittunt, nam ita poſſumus ſimiles Reos vocare, hoc eſt, ſeruos: quod vertit contra honeſtatem Clericalem: ſed hic ſatis: melius tamen in ſeq. Libro, Deo propitio, dicemus. Illam autem pœnam ſeruari quoque ait Genuenſis *in ſua Praxi Archiep. cap.* 80. *nu.* 1. ſed melius videri poteſt Steph. Quaranta, *in d. Summa Bull. verbo, Sodomia.* & *ibi* Proſperus de Auguſtino *in eius Addit.* qui quædam notat ſuper eadem Conſtit. Pij V. quamuis eam reprobet Farin. *loc. cit.* friuola ratione fretus, dicens, quod raro accidit ſimiles huius criminis Reos capi, quin pluries illud cõmiſerint: quapropter ſi pluries, ergo non pro vnica tantum vice curiæ tradendi ſunt ſeculari; attamen, vt ex eo collexi, aliter ſe habet eius intentio: quia vult, quod licet ſemel quis de hoc crimine accuſatus fuerit, non eſt tamen cenſendum, eũ hac ſola vice lapſum fuiſſe. Sed quis certus de hoc eſſe poteſt, niſi Deo reuelante? poterit enim non pluries, ſed vnica, hoc eſt, illa ſolum vice cõmiſiſſe, eiuſque infortunio in laqueũ incidiſſe: quemadmodũ enim ſi pluries lapſus eſſet, in vna illarum vice capi poteſt, ita etiam & in prima, præſertim ſi de eo nulla exſtet fama. At non reor, quod, ſi vel ore proprio quis cõfeſſus, vel teſtibus fuerit conuictus pluries hoc commiſiſſe, (licet ſemel captus & quæſitus) poſſit iuxta Farin. voluntatem exſecutio fieri, ſed ſi nullo modo conſtet, tunc ſecus omnino dicendum cenſeo: quia mala non ſunt præſumenda, præſertim in ſimilibus caſibus, in quibus nemo de ſe præſumere debet: poterit namq; accidere, (liberet me Deus) vt quis tanto libidinis ardore vexatus, in aliquem puerum vel adoleſcentem ſeu quemlibet alium declinet; qua de cauſa pro hac ſola vice in manus iuſtitiæ miniſtrorum incidere poſſet; quod nõ raro, ſed ſæpiſſime, & bonis & honeſtis, imo caſtiſſimis viris accidere poteſt: quapropter deſtruitur Farinacij dictum: ſecus autem affirmarem, quando quis cum muliere ſimili modo polluitur, quia de eo hoc caſu magna ſuſpicio eſt, quod ſimili laboret morbo; rationem lectori cõſiderãdam relinquo, quam apud D. Auguſt. legere poteſt, *de qua Gratianus in d. c. Adulterij malum.* 32. *quæſt.* 7. *ibi, Vt ſi vir mẽbro, &c.* Itaq; quicquid ſit, ſi contra Reum aliter probari non poſſit, vnica vice captus, pro eadem tantum puniendus eſt, cum pœnæ nõ ſint extendendæ de caſu ad caſum, præſertim contra Eccleſiaſticas perſonas: quia etſi probationes in laicum claræ requiruntur, lucidiores contra Clericum eſſe debent, *Abb. in c. Licet vniuerſis. num.* 1. *ſup. de Teſtibus & atteſtat. per eundem textũ, ibi, Et maxime Clerici.*

23 Quare ex † hac deciſione eadem pœna laicos puniendos iudicarem, ſi ad Eccleſiam confugerint: nam in

24 hoc † crimine ſolet etiam Eccleſiaſticus Iudex ſuas interponere partes, cũ ſit de caſibus mixti fori, iuxta ſententiam Abb. *in c. Clerici. inf. de Exceſſibus Prælat.* & Iulij Clari *in §. fin. quæſt.* 37. *verſic. Item quæro.* qui de communi teſtatur poſt Bermondum Choueron. *in tract. de Concub.* & poſt alios Farin. *Quæſt.* 8. *num.* 129. Sed

25 licet Pius † IV. *in quadam Extrauag. Conſtit.* ſtatuerit, quod in criminibus mixti fori Iudex Eccleſiaſticus quoad laicos non valeret ſe ingerere, etiã data præuentione, huic tamen derogatum eſt per Pium V. qui omnia ad

Qq iuris

iuris veteris terminos iterum reduci voluit: *harum Conſtitutionum meminit Farin. d. Quaſt.8. num.156. alias vlt.* Quapropter cum in hoc crimine locus ſit præuentioni, neceſſario ad Epiſcopum eius iudicium ſpectabit.

26 Crimina † vero mixti fori ſi quis ſcire cupit, videre poteſt, præter alios, Farinacium *d. Quaſt.* 8. *poſt eundem num.* 129. *vſque in fi.*

Nec obſtabit quod fert Clarus *in d. §. fi. quaſt.* 57. *verſic. Sed hic occurrit. & verſic. Sed quaro.* & Farin. *in praced. Quaſt.* 4. *num.* 10. aſſerentes

27 poſt quoſdã, quod laici † delinquentes & capti, ac puniti a Iudice Eccleſiaſtico in criminibus mixti fori, præſertim in atrocibus, ſi mitiori pœna, quam de iure ciuili ſuſtinere debuiſſent, puniti fuerint, poterunt iterum puniri pro iiſdem criminibus, quia ſatis optime reſpondet idem Farin. *d. num.* 10. *verſic. Sed ad pradicta. & in num.* 11. *ſeq.* dicens poſt Maran. Bart. & Pariſ. de Put. quod licet non ſufficienter, punitus a primo iudice poſſit iterũ ſufficiẽter ab altero puniri; prima tamen pœna computabitur in ſecunda, & ſecunda ſuppletur per primam: & ſi prima pœna impoſita fuit pecuniaria, ſecundus Iudex pariter ac pecuniariam imponere debet, ſed minorem prima impoſita: & in hac ſecunda pœna debet id computari, quod in prima ſolutum eſt. Et ſi ſecunda pœna erit corporalis, debet pecuniaria pro prima ſoluta Reo reſtitui: ſed ſi prima fuit corporalis, tunc, quia pœna primo loco inflicta non poteſt reſtitui, Reus nõ amplius in corpus, ſed minori, puta, pœna pecuniaria punietur: & hanc ſententiam poſt Scacc. & eundem Farin. ſequutus eſt Ambroſinus *hic, cap.* 20. *num.* 2. Ergo cum in hoc caſu laicus captus fuerit, & punitus ab Epiſcopo pœna corporis afflictiua, non debet amplius poſtea puniri, puta pœna mortis naturalis & combuſtionis; nam de iure ciuili, ſecundum communem Doctorum ſententiam, eodem modo punitur is, qui ſemel tantum fuerit lapſus, quam qui pluries: & ita ſunt interpretati illa verba ſup. *in num.* 19. relata ex Imperatoribus Conſtantio, & Conſtãte, vt late omnes Scribentes tradunt, *de quo ſuis locis cõſule.*

28 Sed in hoc † Regno, cum de hoc plures interrogaſſem, non eſſe vſu receptum accepi: nam, vt delinquentes ſunt puniti a Iudicibus Eccleſiaſticis in his criminibus mixti fori, nemo vnquam vidit, vel recordati poteſt iterum punitos fuiſſe a iudice ſeculari.

Quod autem diximus ex Deciano, qui videtur voluiſſe, quod huiuſmodi Sodomitæ ſi fugerint ad Eccleſiam, eius Immunitate gaudere

29 debent, non apparet diſſonũ ab hac † Cõſtitutione noſtra, dum Gregorius dicit, quod citra illos caſus inibi expreſſos, alios non vult excludi, vt legitur in illis verbis:

„ *Aut plures, quam ſuperius ex-*
„ *preſſos Caſus contineant, & teno-*
„ *re pramiſſis omnino, ac perpetuo*
„ *tollimus, & abrogamus, ac ad ter-*
„ *minos praſentis Conſtitutionis,*
„ *quo ad ſuperius deſcripta dunta-*
„ *xat reducimus, &c.*

Sed huic quæſtioni breuiter infra, & *in §. ſequenti* reſpondebimus. Hic autem pro præſentis materiæ reſolutione ſciendum eſt, quod dum præd. Pius V. præcipit laicos ipſos curiæ tradi ſeculari, (*vt legitur ĩ quadã alia Extrauag. Conſtit. in Bullario, inter eiuſdem Pij Conſtitt. quinto loco collocata, incip. Cum primum, &c. fol.* 924. *cuius itidem meminit Quarãta, d. verbo, Sodomia, in princ.*) dicens:

„ *Si quis crimen nefandum contra*
„ *naturam, propter quod ira Dei*
„ *venit*

„ *venit in filios diffidentiæ, perpe-*
„ *trauerit, curia ſeculari punien-*
„ *dus tradatur, &c.*

Poſtmodum ſubdit:

„ *Et ſi Clericus fuerit, omnibus or-*
„ *dinibus degradatus, ſimili pœnæ*
„ *ſubijciatur.*

nihil aliud oſtendiſſe videtur; niſi quod a quouis auxilij genere deſtitutos eos redderet: alias ſuperflua & eluſoria forent hæc ſupradicta verba, quia ſatis eſſet ſi de Clericis tantum loqueretur, & pœnam per Papam Alexandrum III. conſtitutam *in d. c. Clerici, inf. de Exceſſibus Prælat.* exaggeraret. Sed forte quis dicet, hoc intelligendum eſſe, quoties laici fuerint capti per Epiſcopum extra Eccleſiam, quia tunc etiamſi præuētio data fuerit, debēt eos curiæ ſeculari mancipare: ſecus autem ſi ad Eccleſiam fugerint, quia gaudere debent; cum non ſit de caſibus in hac Conſtitutione exceptis: Nihilominus reſpondetur, quod diſpoſitio ſupradictorum verborum ex noſtra Conſtit. traditorum; non cenſetur habere locum in caſibus ſimilibus, quando ſcilicet ab ipſiſmet ſacris Canonibus præcipitur illa traditio fieri: ſed ſolum in illis caſibus in quibus ipſi ſoli curiæ temporali competit poteſtas procedēdi aduerſus Reos: qua de cauſa multi Dominorum temporalium impetrarant priuilegia & facultatem extrahendi ipſos Reos ab Eccleſijs: vnde Gregorius hac præſenti Conſtitutione illa priuilegia abolere voluit, reducens illos caſus ad hos tantum in ea cōtentos: imo omnem facultatem abſtulit a ſecularibus poteſtatibus ſe intromittendi in iiſdem caſibus, volens ſolū, quod de his conqueri poſſint apud Epiſcopum, vt Reos inde abſtractos ad eorum poteſtatem remittat; de quo fuſius infra *in Cap. ſeq.* dicemus.

At ſecus eſt quo ad illos caſus, in quibus de Iure Canonum deberet ſimilis traditio fieri, quia in hoc non videtur correctum Ius commune; quod patet in illis verbis:

„ *Hac itaque noſtra perpetuo vali-*
„ *tura Conſtitutione, omnia, &*
„ *quæcunque priuilegia, indulta,*
„ *& gratias, &c.*

In alijs autem caſibus, quia ſecularis curia non ſe interponit, ſed ei per Iudicem Eccleſiaſticum traduntur puniendi, ideo de illis hæc Conſtitutio non tractat. Et in his terminis (dum hæc typis exponenda mittere volebam) reperi locutum fuiſſe Dominum Io. Gutier. *in Pract. Quæſt. lib. 3. cap. 1. num. 36. in verſic. Hæc Conſtitutio, &c.* de quo valde gauiſus ſū. Nec mirum ſit, ſi de eo nullam antea fecerim mentionem, quia non dum aliquam habueram notitiam, an ſuper huiuſcemodi Immunitate ſcripſiſſet: vnde in alijs caſibus infra occurrentibus eum non omittam.

Rurſus obſtare videtur, qđ in hac Conſtitutione de crimine hæreſis fiat mentio, qđ eſt mere Eccleſiaſticū, ex quo videretur dicendum per huiuſmodi excluſionem reliqua voluiſſe includi; ſed huic breuiter infra, *in §. ſeq.* Deo duce reſpondere curabo.

30 Inter † hæc autem enormiſſima crimina illud etiam computabis, qđ cum brutis committi ſolet, idque vocari conſueuit, Beſtialitas: & ſecundum ſacrā Scripturam vocatum fertur, Crimen peſſimum, vt traditur *in Gen. cap. 37. num. 3. in fi.* his verbis:

„ *Accuſauit fratres ſuos de CRI-*
„ *MINE PESSIMO.*

Quod Lyranus exponens, ait, quod miſcebantur cum pecoribus. Et ſuper his criminibus videri poteſt D. Tho. *d. 2. 2. quæſt. 154. art. 11. & 12.* apud quem apparet quam ſint enormia & obſcœna.

Sed vltra hos caſus nō erubeſcam
31 alium addere, quando † ſcilicet mu-
lieres traditæ dæmonis poteſtati (qui
aſſumpta hirci vel alicuius beſtiæ, aut
hominis forma) cum ipſis coeunt, vti
fieri aſſolet ab incantatricibus & ma-
leficis; nam ſi crimina ſuperius ex-
preſſa peſſima vocantur, illorum ma-
ximum, quis dubitabit, quin hoc cē-
ſeri debeat? Vnde in præſenti caſu
conſulerem, quod (ſi ſupradicti cum
in eorum aliquod incidunt, ſuffoca-
ti, ſeu, vt mos eſt, ſtrangulati prius,
igni ſupponuntur) huiuſmodi qui-
dem viuæ igni proijci deberent, licet
hoc a Iudicibus paruifiat: quia re-
cordor nunquam vidiſſe, vel audi-
uiſſe ſimiles mulieres curiæ traditas
ſeculari, ſed ſolum vel ab Epiſcopis,
vel ab Inquiſitoribus hæreticæ pra-
uitatis in iudicio publico damnatis
modica pœnitentia imponitur. Ego
autem a præcedenti ſententia nun-
quam diſcederem: & ſaltem quo ad
traditionem curiæ aſſentiri videtur
Syluester, cuius ſupra fecimus quoq;
mentionem *in §. VI. num. 61. in fi.
hoc eodem Capite.*

32 Et licet † Emanuel Sà *in dd. Apho-
riſ. confeſſ. verbo, Luxuria. num. 6.*
huiuſmodi concubitum habitum
cum dæmone ad beſtialitatem redu-
cere dixerit; idemque velit Caieta-
nus *in d. art. 11. verſic. Ad tertium.*
attamen eo longe grauius eſt: nam
(vt refert Andreas Victorellus *in Ad-
dit. ad eundem Sà, lo. cit.*) in hoc cri-
mine duo concurrunt, hoc eſt, pecca-
tum beſtialitatis, & ſocietas cum dæ-
mone: ſed ex illa pollutione duo quo
que euenire poſſunt, ſi dæmon ſemen
humanum alibi acceptum, in mulie-
bre vas inferat, ex quo ſemine poteſt
gigni filius illius viri, cuius eſt illud
ſemen; ratione concubitus erit beſti-
alitas: ratione ſeminis fornicatio re-
ductiue. Sed hæc ſatis quoad hoc
crimen. Videri tamen poterunt Scri-
bentes, quia non deficient eorum
chartæ.

Vnum tamen hic tradere non
omittam pro huiuſce rei adimple-
mento, nam licet huc vſque de cri-
minibus egerimus, quæ dicuntur cō-
tra naturam, aduertendum nihilo-
33 minus, quod etſi † vnicum eſt in ge-
nere crimen prædictum, ſpecies ta-
men ſunt diuerſæ, vt optime ex D.
Tho. *in d. art. 11. &* Caiet. *ibidem*
cognoſci poteſt. Vnde in hoc præſen-
ti §. illi tantum excludi, vel compre-
hendi debent, qui ſodomiæ crimen
commiſerint, vel ad beſtias habue-
rint acceſſum, aut cum dæmone, vt
dictum eſt, coierint: cæteros admit-
34 tendos putarem: vt ſunt ij, † qui cri-
men immūditiæ commiſerint, quod
quidā (vt ait D. Tho. *loco cit.*) mol-
litiem appellant, quando ſcilicet abſ-
que concubitu cauſa delectationis
venereæ pollutio procuratur. Nam
licet D. Auguſt. tractet de eis, qui
contra naturam coeunt, in illis ver-
bis ſuperius relatis *in num. 3.* attamen
ibi non omnia peccata quæ contra
naturam ſunt, vbique & ſemper eſſe
deteſtanda voluit, & puniēda, ſed
ſolum ea, quæ Sodomitica vocātur,
*vt apparet in illis pradd. verbis, ibi,
Qualia Sodomitarum fuerūt.* Sed im-
35 munditia † ſiue mollities non dicitur
ſodomia, vt idem Tho. oſtendit *in
d. art. 11. in Corp. verſic. Tertio.* Er-
go non debet excludi ab hac Immu-
nitate. Verba D. Thomæ clara ſunt,
quæ pro aliorū confuſione huc tranſ-
ferre volui, *incipiendo ab illo verſic. A-
lio modo.* quia hunc caſum cum ſu-
pradicto quidam æquiparare volūt;
quod quantum diſtet a veritate, ſta-
tim patebit. Sūt autem hæc D. Tho.
verba:

» *Alio modo, quia etiam ſuper hoc*
» *repugnat ipſi ordini naturali ve-*
» *nerei*

„ *nerei actus, qui conuenit humanæ ſpeciei, quod dicitur vitium contra naturam. Quod quidem poteſt pluribus modis contingere.*

Subdit poſtea, alloquens de immunditia, his verbis:

„ *Vno quidem modo, ſi abſque omni concubitu cauſa delectationis venerea pollutio procuretur: quod pertinet ad peccatum immunditiæ, quam quidam mollitiem vocant.*

36 Vnde Caietanus ait, quod hoc † peccatum vt ſubordinatur moroſæ delectationi aut deſiderio adulterij, recipit deformitatem etiam adulterij: & vt ſubordinatur moroſæ delectationi aut deſiderio inceſtus, admittit deformitatem inceſtus, & ita deinceps. Hinc igitur patet non eſſe omnino peccatum ſodomiæ, niſi ſubordinetur eius deſiderio: & hoc expreſſe confirmat idem D. Tho. ponens vt diuerſum vnum ab altero dicens:

„ *Alio modo ſi fiat per concubitum ad rem non eiuſdem ſpeciei, quod vocatur beſtialitas. Tertio ſi fiat per concubitum ad non debitum ſexum, puta maſculi ad maſculũ, vel fœmina ad fœminam, vt Apoſt. dicit ad Rom. 1. quod dicitur Sodomiticum vitium.*

Cuius Apoſtoli verba ſupra, *poſt nu.* 4. relata ſunt. Itaque ſi vnum ab altero differt, vtique non erit hoc peccatum immunditiæ inter Sodomitica vitia computandum, niſi ſubordinetur (vt dixi) deſiderio ſodomiæ, quod non eſt noſtro iudicio ſubmiſſum, ſed iudicet illud Deus, cui cordis intima non latent: Nam neque Eccleſia hos iudicare poteſt, cum nõ iudicet de occultis, vt ſupra dictum eſt *in* §. *IV. Cap. I.* Nec leges mundanæ, niſi adſit vere concubitus, vt plene ſup. notatum eſt *in* §. *I. num.* 120. *hoc eo. Cap.* dum de legibus punientibus crimina dixi, quæ ſẽper actum requirunt conſummatum: cum cogitationis pęnam nemo pati debeat, *l. Cogitationis. ff. de Pœnis.*

Hinc omnino reijci debet quorundam opinio, (quos refert Dominus de Maſtrillo *in trac. de Indulto, cap.* 30. *num.* 16.) dicentium huiuſmodi vitium, ſodomiæ ſimile eſſe, & inter eiuſdem ſpecies connumerandum: quod non ſolum ex ſuperius relatis diuerſum ab illo videtur, ſed ex eorundem doctrina, qua ſuam confirmant ſententiam, probatur.

37 Horum auctor Bermõdus † Choucron. prim⁹ fuiſſe videtur, qui *in tract. de Publ. cõcub. rub. de Sodom. n.* 14. hoc affirmare nixus eſt: eumque ſequutus eſt Iacobus Menoch. *in ſuo fertiliſſimo, & illuſtri trac. de Arbitr. Iud. caſu* 286. *num. vlt.* & poſt eum fœcundiſſimus Farin. *d. Quaſt.* 148. *num.* 38. Sed admirari cœpi de Menoch. tanto viro, qui ex verbis eiuſdem Apoſt. 1. *ad Corinth. cap.* 6. ſuam adimplere putauerit ſententiam, cum idem Apoſtolus nedum ex verbis ſup. traditis *poſt d. num.* 4. hoc neget, prout bene diſtinximus cum D. Tho. ſed etiã ex alijs verbis ab eodem Menoch. relatis: quia dum Apoſt. inquit,

„ *Nolite errare; Neque fornicarij, neque idolis ſeruiẽtes, neque molles, neque maſculorum concubitores,*

Exemplificando hæc tradit, non vt æquipararet vnum altero: quia ſequeretur, quod cætera alia peccata, de quibus tractat in proximis ſequentibus verbis, Sodomiticæ ſpeciei ſubderentur: inquit enim Apoſtolus in ſequentibus verbis:

„ *Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.*

Quapropter quis non videt hoc differri ab illo: ſi enim molles æquiparandi

randi eſſent maſculorum concubitoribus, omnes alij ijſdē compararētur: & hoc modo omnia peccata, de quibus ibi loquitur Apoſt. eiuſdē eſſent ponderis vel ſpeciei: quod vtique aſſirmare omnino alienum eſt a Catholica veritate. Vnde dū Menoch. dicit, quod huiuſmodi, qui proprijs manibus ſeipſos polluūt, molles appellantur a D. Thom. videtur aliter ſentire voluiſſe D. Tho. ſed pareat quæſo mihi dominatio ſua, quia D. Thomæ verba ſupra tradita, clara ſunt, nec poſſunt tergiuerſatione aliqua obumbrari. Illud autem, quod refert de Onan ſecundogenito Iudę filij Iacob, *de quo loquitur Gen. cap. 38. in princ.* non eſt ad conſequentiam trahendum: nam licet tradatur de illo, quod fudiſſet ſemen in terram, cum accederet ad Thamar, attamen longe nimis diuerſum eſt pręſens caſus ab eo: quia illi datum fuerat in præceptum, vt vellet ingredi ad vxorem fratris ſui, (quem Deus occiderat) vt ſuſcitaret ſemen eius: ipſe vero ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad eam ſemen fudit in terra, ne liberi fratris nomine naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem faceret: debebat enim præceptum adimplere. Ergo in pręſenti caſu aliter dicendum eſt; nam illud quidē non æquiparādum eſt ſodomiæ, quia, re vera, quis non videt non eſſe ſodomiam? igitur ſi non eſt ſodomia, & hoc eidem æquari dicit Menoch. alio non egemus teſte, qui nos doceat hoc etiam ſodomiticum non vocari. Sed nolo amplius in tam clara re morari: illud ſolum affirmo, quod ore proprio contrariā fatentur ſententiam, qui voluerunt mollitiem ſodomiam
38 appellari, dum dicunt, de † iure nullam contra hos indictam eſſe pœnā, vt videre eſt eoſdem Menoch. & Farin. *locis citt.* Vnde optime dicit Petrus Caballi *in tract. Reſoll. crimin. caſu 16. num. 9.* (relatus ab eodem Farin. *in num. 39. qui eum allegat in num. 4. ſed eſt, vt dixi, in num. 9.*) qui hanc pollutionem vocat peccatum contra naturam, non autem ſapere ſodomiam voluit: quia non omnis vſus cōtra naturam eſt ſodomia, ſed bene omnis ſodomia eſt vſus contra naturam, *ex Glo. in c. Omnes accuſationes. in verbo, Sodomita. d. 32. quæſt. 7.* Et propterea (ſubdit Farin.) cum non ſit ſodomia, non eſt mirum, ſi non punitur pœna mortis. Dicit etiā Petrus Cabal. *in num. 32.* ſodomiam in Hiſpania appellari crimen nefandum: at quia nos Siculi ſub eodem Hiſpaniæ viuimus Rege, a quo pluries ſolet mitti in has partes chartas ſuper eodem aliquid diſponentes, ſicuti dixi de illa noua promulgatione Pragmaticæ, & alijs ſimilibus, vt sūt Indulta generalia ijſdem Siculis conceſſa, & ſimilia, in quibus dum de hoc crimine ſodomiæ tractatur, ſub illo prædicto verbo, Nefandum, reſcribi ſolet; ideo in hoc præſenti §. idem crimen eodem nomine vocare deſtinaui, vt in principio videri poteſt.

Inter hos autem Sodomitas excludendos ab hac Immunitate, includendos cenſeo omnes illos, qui
39 † opem eiſdem pręſtiterint, puta, domum commodando, vel recipiendo pretium conſentientes ipſi crimini tanquam mediatores, & alij ſimiles: Nam ſi Deus Opt. Max. infantibus innocentibus ob aliorum culpam non pepercit, ſed eos vna cum alijs, vitium hoc committētibus, perdere voluit; ac non ſolum eos igne conſumpſit, ſed eaſdem ciuitates ſubuertit, vt ſupradictum eſt; multo magis huiuſmodi impij nō innocentes, ſed nocentiſſimi, cauſam tanto ſceleri præſtan-

præſtantes, impuniti euadere non debent: quia niſi hi eſſent, illud forte nõ fuiſſet commiſſum. En Vlpianus aperte loquitur *in l. Etſi. ff. Ad L. Iul. de Adult.* dicens:

„ *Et ſi amicis quis domum præbuiſ-*
„ *ſet, tenetur. Sed & ſi quis in agro*
„ *alieno balneo ue STVPRVM fie-*
„ *ri præbuiſſet: comprehendi debet.*
„ *Sed etſi domum aliquã ſoliti fue-*
„ *rint conuenire ad tractandum de*
„ *adulterio; etſi eo loci nihil fuerit*
„ *admiſſum: veruntamen videtur*
„ *is domum ſuam, vt STVPRVM*
„ *adulteriumue committeretur præ-*
„ *buiſſe: quia ſine colloquio illo*
„ *adulterium non committeretur.*

40 Sed ſtuprum † ſumitur etiam cum maſculo, vt ait Papinianus *in l. Qui domum. ff. d. tit. (qui textus præcedit d. l. Etſi.)* his verbis:

„ *Qui domũ ſuam, vt STVPRVM*
„ *adulteriumue cum aliena matre-*
„ *familias, vel CVM MASCVLO*
„ *fieret, ſciens præbuerit, &c.*

Et ſuffragatur etiam ſententia Modeſtini, *regiſtrata in l. Stuprũ. ff. d. tit.* & alia eiuſdem Vlpiani *in l. Mariti. §. fi. ibi, Eum eamue, &c.* & quamplurimorum *relatorum in Corpore Iuris:* & præſertim Iuſtiniani *in Nouella conſtit. 141. collat. 9. tit. 23. qui inſcribitur, Edictum de his, qui luxuriantur contra naturam. vbi ſatis liquet, quam ſit enorme ſimile ſtuprum.* Ergo dantes opem Sodomitis modo prędicto, comprehenduntur omnino ſub eadem pœna.

Nec puto valere illam excuſationem, quod licet domum nullus præbeat, vel aliquid aliud agat de ſupradictis, Rei tamen principales quo ad Deum lege Sodomitarum tenentur, quamuis illud attentare, vel ſola mẽte cogitare præſumpſerint, iuxta illud:

41 „ *Qui † viderit mulierem ad con-*
„ *cupiſcendam eam, iam mœchatus*
„ *eſt eam in corde ſuo.*

Matth. cap. 5. num. 28. Vnde videtur, quod cæteri, præter ipſos auctores, nihil addant huic crimini; Quia reſp. quod etſi illud verum ſit quo ad Deum: ſecus autem eſt quo ad legem humanam & Reipublicæ offenſionẽ: imo quo ad ipſummet Deum non
42 eſt dubitandum, mitius † puniat peccatum nondum opere completum, quam conſummatum, *D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 6. in Corp. ad fi. & notat Abb. in c. Sicut dignum. num. 3. inf. de Homicidio.* Quapropter, dum quis talia agit, cum poſſit obuiare, merito eadem lege tenetur: quia forſitan, vt diximus *ex d. l. Etſi*, illud maius peccatũ non cõmitteretur. Vnde nõ ſolũ
43 hi, ſed & illi † quoq; tenetur, qui his conſentiunt, dum poſſunt, facinori negligunt obuiare, *c. Error. Diſt. 83. & ibi Præpoſitus. item c. Negligere, cum ſua Gloſ. 2. quæſt. 7.* pro qua ſententia facit illud eiuſdẽ Apoſt. cuius ſupra *in princ. iſtius §. poſt num. 4.* meminimus, dicentis,

„ *Non ſolum qui ea faciunt, ſed*
„ *etiã qui conſentiunt facientibus.*

Diſtinguerem tamen in hoc caſu inter legem Diuinam & humanam: nã ſi quis poterit obuiare dicto crimini, puta, ſi quis in domo alicuius, ſiue in balneo, ſiue vbilibet aliquid ſimile perpetrauerit, & dominus loci ſciuerit, & non obuiauerit, tunc equidem eidem pœnæ obnoxium eſſe non eſt dubitandum, cum is in tali caſu opem præſtare videatur. Sin autem ſimpliciter ſciuerit, & nullam occaſionem illud perficiendi præſtiterit, ſed tantum cum forte poſſet patratores hortari ne illud committerent, & non fecerit; vel illi voluntate tantum, non coniuratione conſenſerit; in hoc caſu puto Deo ſoli rationem, non humanis legibus redditurum:

quod

quod abſque perſonarum exceptione procedit, nam ſiue vir, ſiue mulier fuerit eodem reatu tenetur, *l. Mater. §. 1. ff. d. tit. Ad L. Iul. de adulterijs.*

Hæc viſa ſunt referre, quo ad hoc crimen; ſi cui fortaſſis aliter videatur, ſuæ ſinceritati commendo.

S V M M A R I A.

1 *Crimina, propter quæ perſonæ Eccleſiaſticæ curiæ ſeculari traduntur, patrantes, hac Immunitate ſunt excluſi; & per totum §.*

2 *Hæreſis crimen cur ſit expreſſe exceptum cum reliquis in hac Conſtitutione? & per aliquos ſeqq. numm.*

In eo an valeat ſe ingerere ſecularis iudex? num. 3. & 6.

4 *Bartolus reiectus.*

5 *Barbatius Bartoli defenſor.*

7 *Iudices ſeculares an poſſint procedere contra Reos incidentes in caſus de Iure Pontificio tantum punibiles?*

8 *Couarruuias impugnatur.*

§. XIV.

1 DECIMOQVARTO præterea, ab hac † Immunitate ſunt excepti

„ *EI OMNES, QVI*
„ *IN ALIQVOD CRIMINVM*
„ *INCIDERINT, PROPTER*
„ *QVOD CLERICI ET ALIAE*
„ *PERSONAE ECCLESIASTI-*
„ *CAE DEGRADARI, AC CV-*
„ *RIAE SECVLARI TRADI*
„ *DEBENT.*

De hac re pertractat Farin. *d. Quæſt. 28. nu. 8.* eſtque de mente Iulij Clari *in §. fin. dict. quæſt. 30. verſic. Quæro nunquid. addita alia verſ. Quæro nunquid. in alia quæſt. ſeq. 86.* licet Couarruuias *d. cap. 20. num. 16. lib. 2. Varr. Reſoll.* hæſitare videatur, dum ait in hac re maturius eſſe cogitandum: cui *in fine præſentis* §. reſpondere non omittam.

Sed quamuis huiuſmodi Caſus, in quibus ſimiles perſonæ Eccleſiaſticæ tradi debent ſeculari poteſtati puniendæ, videantur contineri ſub illis, quos huc vſque enumerauimus, attamen quia quidam ſunt, qui non reducuntur ad eos, ideo præſens regula generalis tradenda fuit.

2 Obſtare tamen videtur quod † dicitur in noſtra Conſtitutione, dum Hæreſis crimẽ excepit, propter quod eædem perſonæ Eccleſiaſticæ tradi poſſunt ſeculari curiæ: ergo per excluſionem eius, cætera omnia videtur incluſiſſe. Sed reſp. quod Gregorij intentio non ea fuit, vt voluerit de illo crimine tractare, ac illud excipere a præſenti Immunitate ad hoc, vt cætera videatur non excluſiſſe, quæ alias ab ipſomet Iure Canonico excludenda ſunt, ſed alia de cauſa id feciſſe probandum eſt: nam ſeculares iudices anſam arripuerant aduerſus hæreticos manus extendere, ita vt, poſtquam ab Inquiſitoribus vel alijs Eccleſiaſticis Iudicibus curiæ ſeculari fuerant traditi, proceſſus mutarent: & aliquãdo ſeuerius, quandoq; vero mitius eos puniebant, & tãdem quandoque liberos mittebant, quemadmodum de quibuſdam dicit Iulius Clarus *in §. Hæreſis. verſic. Quæro etiam.* quod omnino opponitur vo untati ſacrorum Canonum, *vt in text. cap. Vt inquiſitionis. §. prohibemus. eo. tit. de Hæreticis. lib. 6.* Nam bene fuerat diſpoſitum, quod quic-
3 quid † præceperit Iudex Eccleſiaſticus, vel quam pœnam conſtituerit pro d. hæreſis crimine, Iudices ſeculares exequi tenentur: & contrafacientibus excommunicationis pœna extat impoſita; nam neq; directe, neque indirecte impedire iudicium, ſententiam, ſeu proceſſum poſſunt.

Hoc

Hoc nihilominus non obſtante, contrarium eius Doctores auſi ſunt affir-
4 mare : cuius † corruptelæ initium Bartolo attribuitur, teſte Hieronymo Cagnolo *in l. Cum quadam puella. in princ. num. 33. verſic. Magiſtratus tamen. ff. de Iuriſd. om. Iud.* quam opinionem etſi quidam inepte ſunt ſequuti, prout idem Cagnolus refert
5 de Barbatio † *in cap. 1. ſup. de Officio Ordin.* quem more ſuo nixum fuiſſe ſemper defendere Bartolum, inquit, & de alijs etiam tradit eundem ſequentibus *in l. Magiſtratibus. ff. d. tit. de Iuriſd. om. Iud. in num. vlt.* ipſe tamen eum meritiſſime reijcit : cumq; reprobat etiam Alexander *in Apoſtilla ad eundem Bart. in l. Diuus. ſub nu. 3. ff. de Cuſt. & exhib. reorum.*

6 Quapropter volens † Gregorius hanc controuerſiam de medio tollere, inter alios caſus, quos excepit, illum etiam cōnumerauit: vt quemadmodum abſtulerat ab omnibus facultatem ſe ingerēdi in alijs caſibus, prout diximus ſup. *in §. praced.* ita etiam in hoc præd. caſu hæreſis prohibuit, vt nullatenus quoquo modo iudices temporales ſe intromittant: quod patet in illis verbis:

„ *De crimine vero hereſis cognitio*
„ *ad forum Eccleſiaſticum tota per-*
„ *tineat, neque in ea Curia ſecula-*
„ *ris ſe quoquo modo intromittat.*

Alias ſi ſecus eſſet, abſurdum magnū ſequeretur: nam poſſent iudices prædicti, ſicuti in alios Delinquentes animaduertunt, aduerſus eoſdem procedere, vt. ſ. captos extra Eccleſiam, eos punire volentes, poſſent : & ad Eccleſiam receptos, petere ab Eccleſia, vt in ſuam poteſtatem redigere vellet: quod ex præcedentibus verbis ſatis liquet hoc vetitum illis eſſe: vnde nil aliud voluiſſe Gregoriū in hac Conſtitutione procul dubio dicendum eſt, niſi quod ſupra traditū eſt.

Hinc quandam formarē regulam,
7 quod in † criminibus, in quibus exſtat per ſacros Canones prouiſum, hoc eſt, pœna fuerit impoſita, niſi ex eodem Iure poteſtas procedendi aduerſus Reos, in eoſdem caſus incidentes, emanauerit, non poterit ſecularis Curia ſe intromittere : quod patet in eiſdem Pontificijs Conſtitutionibus, in quibus apponi ſolent quædam vel ſimilia verba, videlicet:

„ *Propter hoc non adimimus facul-*
„ *tatem iudicibus ſecularibus v-*
„ *tendi legibus contra tales, quas*
„ *aduerſus, &c.*

Quod expedit videri in multis earundem Conſtitutionum, tum in Copore Iuris clauſis, tum etiam in alijs Extrauagātibus extra Iuris Corpus, *vt in d. cap. Felicis. prope fi. de Pœnis. lib. 6. in Extrauag. Io. XXII. eo. tit. de Pœnis. etiam prope finem. Poſt has reperi quandam Conſtit. Pauli II. extra Iuris Corpus, in pracit. Bullario, inter Conſtit. eiuſdem Pauli, quinto ordine collocata, incip. Viros ſanguineos. fol 90. vbi in §. Statuimus, idem, quod ſup. traditum eſt, legitur. Item in quadam alia Extrauag. Pauli IV. in eodem Bullario, fol. 575. Conſtit. 5. inter eiuſdē Pauli Cōſtit. incip. Cum nimis abſurdum. Et paſſim per alias Conſtitutiones, qua ante vel poſt has ſupradictas lata ſunt, fortaſſis legi poteſt :* in quibus illa facultas ſe ingerēdi ab ipſiſmet Canonibus temporalibus iudicibus tradita eſt.

Sed nec mirum, nec nouum legentium auribus hoc eſſe debet, quia eodem, qua ipſi mouentur ratione, qui de hoc dubitant, hoc mihi ipſi concedendum eſt : nam ſi per excluſionem criminis hæreſis cætera crimina ſub regula Immunitatis noſtræ includenda eſſe volunt : eodem modo, per conceſſionem huius facultatis animaduertēdi in facinoroſos inciden-

cidentes in illos caſus, (quos ſupra diximus) cæteros excluſiſſe affirmare debemus, hoc eſt, quando peculiariter non fuerit eis tributa ſimilis poteſtas, quia quantumcunque grauia fuerint crimina, non poterunt ſe intremittere: quod patet in præcitato caſu hæreſis, quia licet fuiſſet de eo diſpoſitum per leges Imperiales: attamen Dominus Papa facultatem prædictam ſe ingerendi abſtulit ab ipſis iudicibus ſecularibus, vt prædiximus: quod cum fuiſſet controuerſum, noſtræ Conſtitutionis auctor volens huic contradictioni derogare, & priſtinum Ius in ſuum ſtatum redigere, hæreſis ſimul cum reliquis caſibus in hac Conſtitutione mentionem fecit.

In alijs autem caſibus quoniam præcipitur Reuerendiſſ. Epiſcopis, vt incidentes in eos tradere debeant ſeculari poteſtati: ideo omnino, qui fuerit illis irretitus, ab hac Immunitate erit excluſus: quia ſeculares iudices non facultate propria, ſed aliena eos in ſuam recipiunt poteſtatem, iubentibus ſacris Canonibus. Super hac Quæſtione multoties ſupra reſcriptum eſt: vnde curioſus Lector ex rationibus ibi traditis hanc noſtram ſententiam melius intelligere poteſt.

8 Hinc Couar. † minime hæſitare debebat, præſertim cum nec illa ratio, quæ videbatur obſtare ex d. crimine hæreſis, ipſi obuenire poterat: eo quod præſens noſtra Conſtitutio eiuſdem tempore dum ipſe viuebat, non dum fuerat promulgata: ſed ab hac ſententia non eſt diſcedendum, quia cum ſuamet ratione eundem cõcludere conabor. Ipſe enim voluit quod Eccleſiaſticæ perſonæ a fortiori ratione debent ad hãc admitti Immunitatem, vt ſupra pro nobis eundem tradidimus *in* §. *I. Cap. III.* Sed huiuſmodi perſonæ in aliquo caſu hoc exſuuntur priuilegio, & curiæ traduntur ſeculari, (quæ deberent mitius in alijs criminibus puniri, quã ijdem laici, *d.* §. *I. num.* 14.) Ergo maiori ratione debent etiam ipſimet laici in ijſdem criminibus hac Immunitate priuari. Hæc generaliter hic referre volui, quamuis (vt dixi) ex ſupra relatis multoties hæc ſententia colligi poſſit. Igitur de his ſatis. Trãſeamus ad alia crimina, de quibus ſup. *in Initio præſentis* §. actum eſt.

SVMMARIA.

1 *Violatores huius Immunitatis eadem priuantur: & qua pœna feriendi? num.* 3.
Quot modis violatur, num. 2.
4 *Magiſter an diſcipulum?*
4 *Dominus an ſeruum?*
4 *Offenſus an offendentem fugientem ad Eccleſiam impune extrahere poſſit?*

§. XV.

1 DECIMOQVINTO non eſt dubitãdum, quod excludi † debent
„ *QVI HANC EANDEM VIOLARE PRAESVMPSERINT* IMMVNITATEM, *ALIQVEM CAPIENDO VEL EXTRAHENDO A LOCIS ILLAM TRIBVENTIBVS.*

Quod ex rationibus & Iuribus ſępiſſime a nobis ſup. citatis *in* §. *III. hoc eo. Cap. & alibi etiam ſup. cum de ipſis Locis egimus*, facillime colligi poteſt: ſed non ex illis tantum, verum & in hac eadem Cõſtitutione patet, vt infra, *Cap. ſeq.* §. *II.* plenius, cum de eorum pœnis agemus, dicetur.

Aduertendum duxi in hoc præſenti §. quod Immunitas hæc dupliciter

2 citer † violari poteſt: Aut rapiendo
ſiue extrahendo hominem ab Eccle-
ſia, aut aliquam alia rem. Rurſus pri-
mus caſus diſtinguitur: aut enim ex-
trahitur a miniſtris iuſtitiæ non ſer-
uato Iuris ordine, aut ab offēſo cau-
ſa vindictæ, non vt Reum tradat in
manus iudicis: In primo caſu, quan-
3 do †. ſ. non cauſa vindictæ, &c. tunc
incurritur pœna, de qua infra. *loco ci-
tato*: quia hæc Conſtitutio de his
tantum loquitur: in reliquis autem
remanet diſpoſitio Iuris veteris. Ita-
4 que, cum † Magiſter diſcipulum, do-
minus ſeruum, offenſus offendētem,
& ſimiliter, ab Eccleſia extraxerit, li-
cet violationis Immunitatis noſtræ
pœna ſit multandus, non tamen pœ-
næ huius Conſtitutionis obnoxius
erit; *de his caſibus tractant Iura in c. Miror. in c. Nullus Clericorum. & in c. Diffiniuit, 17. quæſt. 4. & fere in omnibus ſubnixis d. quæſt. Et de offenſo tradit poſt Vinc. Abb. in cap. fi. num. 9. inf. eo.*

SVMMARIA.

1 *Delinquentibus, qui hac Immunitate priuantur, auxilium, conſilium, fauorem & alia huiuſmodi dantes, an cum iiſdem eadem Immunitate ſint priuandi?*

2 *Agentes & conſentientes pariter multandi.*

ſ. XVI.

DECIMOSEXTO, non
eſt diſſonum hic de qui-
buſdam peragere, qui for
ſitā non videntur ab hac
Conſtitutione comprehendi, vt ſunt
1 „ *OMNES, † QVI AVXILIVM,*
„ *AVT FAVOREM, VEL CON-*
„ *SILIVM, VEL RECEPTA-*
„ *CVLVM, AVT ALIVD QVID*
„ *SIMILE, DVMMODO LE-*
„ *GIBVS, IN QVIBVS DE*
„ *PRINCIPALIBVS ET FA-*
„ *CIENTIBVS AGITVR, COM-*
„ *PREHENDANTVR, PRAE-*
„ *STITERINT.*

De his plene ſup. dixi *i* §. *1. hui⁹ Cap.*
Quapropter eos eſſe quoque in con-
ſequentiam excludendos ab hac Im-
munitate non dubito: inter quos
quandoque Conſentientes, aut Ra-
tum habentes connumerari poſſunt:
quia licet Conſtitutio noſtra hos ex-
preſſe non excludat, non tamen vide-
tur eos ad eandem Immunitatem
admittere: imo dum de principali-
bus loquitur, ad eoſdem extendenda
eſt: quia quoſdam in quibuſdam cri-
minibus, & quoſdam in alijs ipſimet
ſacri Canones comprehendunt: vt
de mādante, qui in omnibus caſibus
ſemper cum eodem faciēte compre-
henditur: aliquando qui conſilium
præbet: quandoque fauorem præ-
ſtans, vel ratum factum habens, & ſi-
militer, *vt in d. §. 1. melius cognoſci poteſt: & eſt textus in c. Omnes. d. Cauſa 17. quæſt. 4. cum Glo. fi. & text. in c. Qui facit. & ibi Doctores, de Regulis Iuris, lib. 6. & vbique paſſim per omnia alia Iura, & Doctorum tractatus:* In cuius rei teſtimonium, ex ſen-
tentia Apoſt. *ad Rom. cap. 1. in fi.* tra-
do auctoritatem Alexandri III. *regi-
ſtrata ſup. in c. 1. de Offic. & poteſt. Iud. deleg.* dum ſcribens ad Epiſco-
pum Londonenſem, inquit,
„ *Tibi reſpondemus, quod ſicut*
2 „ *AGENTES † ET CONSEN-*
„ *TIENTES PARI POENA*
„ *(Scripturæ teſtimonio) PVNI-*
„ *VNTVR, &c.*

Vbi Glo. & DD. & præſertim Abb. in num. 5. vbi plene.

Nec obſtat quod diximus *ſup. Cap. II. §. 1. num. 1.* quia licet hæc Immu-
nitas ſit fauorabiliſſima, & Iura pœ-

 nalia

nalia deberent reſtringi; attamen in hoc Caſu nullam puto fieri extẽſionem, ſed melius interpretationem, quæ prouenit ab ipſomet Iure. Vnde Gregorius dum in hac Conſtitutione illos refert Caſus, nõ videtur alios voluiſſe excludi, qui iiſdem Iuribus ligantur, quibus & ipſi auctores, hoc eſt, qui actu crimina committunt, ſed illud ſolum tradit, vt in hoc vel illo caſu Delinquentes ſint hac Immunitate priuandi: At quoniam in quibuſdam prædictorum caſuum aliquando, vel qui præbẽt auxilium, vel qui conſentiunt, vel alij ſimiles, tãquam ipſimet agẽtes, legibus, imo aliquãdo grauius puniuntur: ergo & ijdem hac Immunitate cum ipſiſmet agentibus ſunt priuandi. *De hac re, præter prad. §. 1. quadam videri poterunt etiam ſup. §. VI. dum de fautoribus hæreticorum, & alijs ſimilibus tractaui.*

His criminibus in hoc præsẽti Capite adductis, propter quæ Delinquẽtes hac Immunitate priuari poſſunt, deueniendum eſt ad aliquas circunſtantias, tum ſuper eiſdem criminibus, tum quoq; ſuper alijs, quibus Immunitas hæc non eſt neganda: vt facilius cognoſci poſſit, quid ſit faciendum in his caſibus, & quis competens Iudex eorum ſit: quidue agendum in illis, quibus hæc Immunitas ſuffragatur: de quibus, Deo propitio, in ſequenti Capite tractandum eſt.

DE EXTRACTIONE REORVM AB ECCLESIASTICIS LOCIS: ET DE POENA EXTRAHENTIVM Reos, non ſeruato Iuris ordine: Necnon de EFFECTV huiuſce IMMVNITATIS.

SVMMARIA.

1 *Laicis nulla competit poteſtas ſtatuendi in Eccleſia.*

2 *Conſuetudine an excuſari poſſint iudices laici ad extrahendũ Reos ab Eccleſiaſticis Locis?*

3 *Reuocantur facultates conceſſæ Magiſtratibus quibuſcumque temporalibus gratia Reos extrahendi a Religioſis Locis.*

4 *Extractio Delinquentium ab Eccleſiaſticis Religioſiſue Locis, etiam iure Cæſareo prohibetur, eaq; ſolis Epiſcopis conceditur, reiecta diſtinctione dicentium poſſe Iudicem laicum in caſibus exceptis Reos extrahere, & num. 8.*

Contrauenientium pœna de iure ciuili, num. 5.

6 *Omnis homo alij ſubditus.*

7 *Iudicãs alios, ſe prius a criminibus expurgare debet.*

9 *Capitulo Regni 71. inter Capp. Regis Alfonſi, derogatur, dum vult, quod Delinquentes extrahi poſſint ab Eccleſia per Iudices ſeu Officiales temporales in quibuſdam caſibus ibi enumeratis.*

10 *OEconomus & Officialis Epiſcopi æquiparantur: item & Vicarius: & nu. 11. 12. & 16.*

Secus autem his temporibus, quia aliter ſumitur OEconomus, num. 18.

11 *Epi-*

11 *Episcopus tenetur Vicarium conſtituere, & num. 13. alias ſi neglexerit, a Metropolitano prouidebitur: & num. 14.*

12 *Vicarius Episcopi an laicus eſſe poſſit? Et an differat cum eius Officiali? num. 16. & 19.*

15 *OFFICIALIS in noſtra Conſtitutione quid ſignificet?*

17 *Seu, dictio quomodo capienda?*

19 *Federicus de Senis in quodam ſuo Conſilio 302. dum conſtituit differentiam inter Vicariũ Episcopi & eius Officialem, reÿcitur.*

Cap. VI.

SVPERIORI Capite actum eſt de Criminibus, quibus Delinquentes etiãſi fugerint ad Eccleſiaſtica Loca, priuari debent hac Immunitate: At quoniam Res hæc ad Eccleſiaſticam pertinet Iuriſditionem, ne Iudices alijue Superiores ſeculares facinoroſorum puniendorum facultate fungentes ſe ingerant eorundem Reorum cauſis Eccleſias petentium, niſi quatenus de Iure fuerit eis conceſſum, alias pęnas ab eodem Iure inflictas incurrent; Ideo in hoc præſenti Capite de his agẽdum eſt: Ac denique de eiuſdem Immũnitatis Effectu erga illos, qui eadem gaudebunt.

Temporũ diuturnitate fertur hæc Immunitas in deſuetudinem abijſſe: ſed non ita quidem; imo potius iudicantium cupiditate, quam Reorum infidelitate fuiſſe factum hoc videtur: Nam illorum procacitas in tantum irrepſit, vt non contenti ſuis imperandi finibus, ad alienos limites conantur extendere illam: imo non limites, ſed plenariam aliorum vſur-
pare non verentur iuriſditionem: qđ
ſane inhumanum arbitror. Idque nõ
ſolum in temporalibus, ſed etiam in
ſpiritualibus cõtingit. Vnde factum
eſt, vt extenderent ſuum imperium
1 ad Eccleſiam † vſq;, vbi nullam ha-
bent poteſtatem aliquid ſtatuendi,
ſed potius obſequendi manet neceſ-
ſitas, *cap. Non placuit*, 16. *quaſt*. 7.
2 Hinc † omnino reijcienda eſt illa cõ-
ſuetudo, (ſi tale meretur nomen) qua
Iudices temporales ſue Magiſtratus
prædicti ſe forſan excuſare prætẽ-
dũt ab incurſu pœnarum, dum Reos
inuite abſtrahunt ab Eccleſiaſticis
Religioſiſue Locis: de qua conſuetu-
dine latiſſime, & doctiſſime, eam quo
que abijciendo, diſſerit Dominus A-
lexander Ambroſinus *hic, cap*. 14. cũi
nihil addẽdum putaui, ne ſuperfluis
legentẽ verbis ad nauſeã prouocarẽ.
Sed quid de hoc dubitant Scriben-
tes? Nonne quouis Iure, & Ciuili &
Eccleſiaſtico cauetur, quod ſeculares
Poteſtates nullo modo debent ſe in-
gerere ad extrahẽdum Reos a Locis
Sacris prædictis, etiam pro quauis
cauſa, vel delicto? Quo ad Ius Cano-
nicum, licet in ueteri pateat, recens
tamen expreſſe in hac noſtra præci-
3 pitur Conſtitutione, qua † omnes re-
uocantur facultates quibuſdam per-
ſonis cõceſſæ ſuper extractione Reo-
rum a Locis Sacris prædictis: vnde
apparet, quod de Iure non poterant
extrahi, niſi daretur prædicta facul-
tas: quod innuunt illa verba Conſti-
tutionis, poſtquam de Criminibus
exceptis loquitur, ibi:

„ *Ne autem Curiæ ſecularis prædi-*
„ *ctæ Miniſtri facultate illos per ſe,*
„ *& propria auctoritate extrahen-*
„ *di, & abducendi ſibi olim, vt præ-*
„ *fertur, attributa, & per præſentes*
„ *reuocata.*

Et poſtea traditur modus extrahen-
di Reos ab Eccleſiaſticis Locis his
ſub-

ſubſequentibus verbis:

„ *Volumus, dictaque auctoritate,*
„ *decernimus, & declaramus, vt*
„ *Curia ſecularis, eiuſque Iudices*
„ *& officiales ab Eccleſijs, Mona-*
„ *ſterijs, Locisque Sacris prædictis*
„ *laicum aliquem, vt præfertur De-*
„ *linquentem in nullo ex Caſibus*
„ *ſupradictis ſine expreſſa licentia*
„ *Epiſcopi, &c.*

4 Quo ad † Ius Ciuile nõ eſt quoque hæſitandum, quia ipſæmet Imperiales Conſtitutiones patent, vti legitur fere in omnibus ſubnixis huic titulo noſtro in lib. Codicis Iuſtiniani. Et primo adduco textum in l. Pateant, quæ eſt tertio loco poſita, vbi in §. Hos vero, qui, &c. Reuerendiſſimis Epiſcopis datur facultas hæc cognoſcẽdi ſuper huiuſmodi Reorũ cauſis, poſtquã ad Eccleſiaſticam confugerunt iuriſditionem: & hoc per tres vices legi poteſt. Primo ibi:

„ *Statim eos, vt arma deponant,*
„ *AVCTORITATE EPISCOPI*
„ *a ſolis Clericis, &c.*

Secundo in verſ. Sed ſi Eccleſiæ, ibi:

„ *Iam clemẽtia noſtræ apud Deum*
„ *ET EPISCOPVM cauſa pur-*
„ *gata, armatis, ſi ita res exegerit,*
„ *intromiſſis, trahendos ſe abſtra-*
„ *hendoſque eſſe, cognoſcant, &*
„ *OMNIBVS CASIBVS eſſe*
„ *ſubdendos.*

Et rurſus.

Sed neque EPISCOPO inconſulto, &c.

Hoc idem habetur in l. Præſenti, vbi quoque ter repetitur. Nam in principio legitur:

„ *Nec pro his VENERABILES*
„ *EPISCOPOS, vel religioſos*
„ *OEconomos exigi, &c.*

Et in §. Quod ſi in finibus, hæc traduntur verba:

„ *Quod ſi in finibus Eccleſiaſticis*
„ *latitant: religioſus OEconomus,*
„ *ſeu Defenſor Eccleſiæ, vel certe*
„ *quem his negocijs commodiorem*
„ *AVCTORITAS EPISCOPA-*
„ *LIS elegerit, &c.*

Et rurſus *in* §. *Sed ſi hoc facere. verſ. Sicubi depoſita, ibi:*

„ *Vt ſi ſola ſuſpicione apud aliquẽ*
„ *adferantur abſcondita, de ſua*
„ *etiam conſcientia ſatisfacere au-*
„ *ctoritate VENERABILIS*
„ *ANTISTITIS iubeatur.*

Et in ſequentibus Conſtitutionibus ſeu legibus ſimiliter Dominis Epiſcopis hoc negocium committitur:
5 & contrauenientibus † Læſæ Maieſtatis criminis pœna imponitur, *l.* 2. *C. eo.* de quo ſup. locuti ſumus *in Initio Cap. 11. circa fi.*

Hinc vehementer miror de noſtratibus, qui contra huiuſmodi ſacratiſſimas leges calamum non veriti ſint vertere, nullo nitentes Iure. Si erubeſcimus cum ſine lege loquimur, *vt ſup. in Præfatione diximus*, quanto magis erubeſcere debemus, cum contra ipſaſmet leges ſententias proferemus? Sileant ergo, ſileant omni tempore, qui contra noſtram Immunitatem aliquid ſcribere auſi ſunt. Addiſcant fari ab hac Sanctiſſima Conſtitutione, ſi Domini noſtri Ieſu Chriſti aſſeclas nuncupari velint, qui verbo & exemplo Ius hoc eſt imitatus, *prout diximus ſup. in d. Initio Cap. 11. lo. cit.* Nec quis forte putet quæcunque ſibi licere, eo quod ſubditorum animas in eius poteſtatẽ habet, iuxta illud Apoſtoli *ad Rom. cap.* 13. *in princ.*

6 „ *Omnis † anima poteſtatibus ſu-*
„ *blimioribus ſubdita ſit.*

Quoniam & is quoque ipſius Dei poteſtati ſubditum ſe eſſe noſcat, (licet ſuper omnes huius orbis homines ſuum extollat imperium) iuxta illud Eccleſiaſtis, *cap.* 5. *num.* 7. ibi:

„ *Quia excelſo excelſior eſt ali⁹, &c.*

Vnde

Vnde in lib. Sapientiæ, *cap. 6. in prin.* dicitur:

,, *Audite Reges, & intelligite: di-*
,, *ſciſe Iudices finium terra. Prabe-*
,, *te aures vos, qui continetis multi-*
,, *tudines, & placetis vobis in tur-*
,, *bis nationum: quoniam data eſt a*
,, *Domino poteſtas vobis, & virtus*
,, *ab Altiſſimo, qui interrogabit o-*
,, *pera veſtra, & cogitationes ſcru-*
,, *tabitur: quoniam cum eſſetis mi-*
,, *niſtri regni illius, non recte iudi-*
,, *caſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſti-*
,, *tia, neque ſecundum voluntatem*
,, *Dei ambulaſtis. Horrende & cito*
,, *apparebit vobis: quoniam iudiciũ*
,, *duriſſimum in his, qui praſunt,*
,, *fiet. Exiguo enim conceditur mi-*
,, *ſericordia: potentes autem poten-*
,, *ter tormenta patientur. Non enim*
,, *ſubtrahet perſonam cuiuſquam*
,, *Deus, qui eſt omnium domina-*
,, *tor: nec verebitur magnitudi-*
,, *nem cuiuſquam: quoniam puſil-*
,, *lum & magnum ipſe fecit, & a-*
,, *qualiter cura eſt illi de omnibus.*
,, *Fortioribus autem fortior inſtat*
,, *cruciatio. Ad vos ergo Reges ſunt*
,, *hi ſermones mei, vt diſcatis ſapi-*
,, *entiã, & non excidatis. Qui enim*
,, *cuſtodierit iuſtitiam, iuſte iudi-*
,, *cabuntur: & qui didicerint iu-*
,, *ſta, inuenient quid reſpondeant.*
,, *Concupiſcite ergo ſermones meos,*
,, *& diligite illos, & habebitis di-*
,, *ſciplinam.*

Hactenus Sapientia. Quare congruenter illud hic addi poteſt, quod ſuper hac eadem Immun. tradit D. Io. Chriſoſtomus *in quadam Homelia epiſtolari ad Eutropiũ, cuius tenor inf. in ſeq. Cap. legetur*, dicens,

7 ,, *Non ſubmergere ſtudeo fluctu-*
,, *antem, ſed eos moneo, qui ſecun-*
,, *dis nauigant velis, ne forte ſi non*
,, *caueant, ſubmergantur. Quod nõ*
,, *fieri poteſt, ſi permutationes non*
,, *cogitentur rerum, vt non incida-*
,, *tur in eas. Nam qui in ſecũdis ad-*
,, *uerſa proſpiciunt, inopinatum ni-*
,, *hil patiuntur in aduerſis.*

Quod etiam Io. Gerſon aduertit *in lib. 1. cap. 2. in fi. de Imitat. Chriſti.* Quapropter Diuus Ambroſius *ſuper Beati immaculati, relatus in c. Iudicet. 3. quaſt. 7.* ait:

,, *Iudicet ille de alterius errore, qui*
,, *non habet in ſeipſo quod condem-*
,, *net. Iudicet ille, qui non agit ea-*
,, *dem, qua in alio putauerit puni-*
,, *enda, ne, cum de alio iudicat, in ſe*
,, *ferat ſententiam. Iudicet ille,*
,, *qui ad pronuntiãdum nullo odio,*
,, *nulla offenſione, nulla leuitate*
,, *ducatur, &c.*

Et facit textus in cap. praced. & alijs ſeqq. d. quaſt. 7. Et dicit Apoſt. *1. ad Corinth. cap. 9. in fi.*

,, *Ne forte cum alijs pradicauerim,*
,, *ipſe reprobus efficiar.*

Itaque ſi vis alios iudicare a temetipſo primum incipere debes, conſiderãs teipſum, ne & tu tenteris; vt idem Apoſt. ait *ad Gal. cap. 6. in princ.* Sed nonne Domini noſtri Ieſu Chriſti exemplo idem probatur, cũm Scribæ & Phariſæi ad eum quandam mulierem in adulterio deprehenſam adduxerunt: de quo cum ſatis ſupra *in Iuſtio Cap. 11. num. 83.* dictum ſit, ideo illud iterum hic non repetam. Caueat ergo vnuſquiſque aduerſus hoc Ius aliquid ſtatuere, ne & ipſi in eundem incidãt laqueum, quemadmodum quibuſdam euenit, vt de quodã, nomine Eutropio, loquitur idem D. Io. Chriſoſt. *in d. Homilia ſupracitata.*

Hinc ergo quicquid Dominus Papa præcipit, omnino faciendum eſt, quouis Iure ceſſante: quia Immunitas hæc ſub Eccleſiæ protectione ſiſtit, cuius Imperium Romani Pontificis manus diſponunt, de quo ſatis

ſup.

ſup. in Proœmio,& in Initio d.Cap.II.
8 dictum eſt. Nec † ab Imperiali, ſeu Cæſarearum legum diſpoſitione diſſona eſt hæc Papæ ſententia, dum voluit quod Epiſcopi tãtum cognoſcant de huiuſmodi Reis, etiam in caſibus in hac Conſtitutione excluſis: (quamuis quidã auſi ſint diſtinguere inter caſus exceptos & non exceptos, affirmantes valere extractionem a Iudice ſeculari factam in illis, de quo ſatis videre eſt Dominum Farin. *d. Quæſt.*28.*num.*76. qui tandem concludit has ceſſare cõtrouerſias per hanc Conſtitutionem) quia ſi Legiſperiti bene libros volutaſſet, & leges conſideraſſent, vtique in illis hanc eandem inuenirent ſententiam, vt patet in præcitatis verbis extractis ex Conſtitutionibus Imperialibus, *relatis ſup. poſt num.4. & præſertim ac expreſſe in illo verſic. Iam clementia, &c. ſub d. l. Pateant.* Quæ ſane verba quis non videt eadem eſſe, quæ in hac ſunt deſcripta Conſtitutione? Inter hos autem excludendus eſt Salic. Auguſtinus de Arimino, & alij ab eo relati *in Addit. ad Angelum, de Maleficijs. verbo, In ſcalis.* & Tierrus, quos refert, & ſequitur Antonius Gomez. *lib.* 3. *Varr. Reſoll. Cap.* 10. *num.* 2. *in fi.* dicens per eoſdem, quod neque in caſibus exceptis poteſt iudex laicus Reos ab Eccleſia extrahere: quod tamen limitat (& bene quidem) idem Auguſt. de qua limitatione inf. *circa fi.* §. *II.* dicemus. Quicquid autem alij dicant, parum de eis curandum eſt: quia non oportet in re tam manifeſta cum Doctoribus dubitare, vtrum hæc aut illa vera ſit opinio; quia ſi vellemus omnium narrare, vtique ſubmergeremur ob tantum Doctorum conflictũ opinionum: at cum quæſtio hæc Iuris ſit, ideo amplius non eſt dubitandum, licet Couar. *d. cap.*20. *poſt num.* 18. *in verſic. Trigeſimoquarto,* non ſatisfiat ſententia Cyni & Saliceti, qui in hanc partem inclinant. Et Rebuffus *in d. tit. de Immun. ſuper Conſtit. to.*2. *Glo.*2. *nu.*4. *in verſic. Adde etiam,* de hac corruptela & mala conſuetudine queritur, dicens, neminem debere ponere falcem in meſſem alienam. Remanent ergo infirmæ con-
9 trariorum ſententiæ, atque † diſpoſitio textus in Capitulo huius Regni, *inter Capp. Regis Alfonſi, collocato in ordine* 71. in quo dicitur, quod quidam Delinquentes de quibus inibi agitur, poſſunt per Officiales loci impune capi, & iuxta eorum demerita puniri: quia quantumcunq; grauiter quis deliquerit, non poteſt a ſeculari iudice cognoſci, vtroque Iure præcipiente. Imo ſicut in hac Conſtitutione cauetur, quod ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis nemo audeat aliquid attentare præter, vel contra eiuſdem Conſtitutionis tenorem; ita etiam ibidem in dd. Iuribus habetur, *præſertim in princ. d. l. Præſenti. & in illo* §. *Quod ſi in finibus, &c.* vbi OEconomo Eccleſiæ præſẽs negocium committitur: quæ voces
10 ſ. OEconomus † & Officialis ſunt ſynonima, quaſi vtrumque Ius diceret, Vicarium: OEconomus enim ibi pro eo, qui vicem gerit Epiſcopi, ſumitur, prout in textu Canonis, In nona actione, *Decimaſexta. quæſt.* 7.
11 vbi dicitur, quod quilibet † Epiſcopus debet ſuum conſtituere OEconomum, qui (vt ibidem patet in ſubſeqq. verbis) pro Vicario ſumitur: cuius verba ſunt:
12 » *Indoctorum* † *enim eſt Vicarium* » *Epiſcopi laicum eſſe, & viros Ec-* » *cleſiaſt.* † *iudicare.*
Vnde Abbas *)c. Quoniam. num.* 3. *in princ. ſup. de Offic. Ordin.* ex eodẽ
13 textu & alijs tenet, quod Epiſcopus † omnino debet ſuum habere Vicegeren-

14 gerentem, † alias ob negligentiam,
conſtituto prius ſibi termino, vt ſibi
de eo prouideat, niſi prouiderit, ab
Archiepiſcopo ꝓuideri poterit. Sed
Glo. ad Lancellottum, *Inſtit. can.*
lib. 1. tit. de Off. Vic. in prin. in verbo,
Non poteſt. dicere videtur, quod ſi E-
piſcopus fuerit in Diœceſi, & omnia
munera Epiſcopalia obire poſſit, nõ
tenetur habere Vicarium: & ſic eum
intelligit Quaranta *in d. Summa Bull.*
tit. Archiepiſcopi auctoritas. ſub §. De-
cimanona auctoritas, num. 21. in verſ.
Praterea ex hac communi, &c. Viden-
dus tamen eſt Sbroz. qui late tractat
de hac re *in tract. eo. tit. de Offic. Vic.*
lib. 1. quaſt. 46. & quaſt. 57. qui con-
trarium affirmare videtur, & ad quæ-
dam Felini oppoſita reſpondet. *Adde*
etiam Nauar. Conſil. 4. de Offic. ordin.
& alibi eundem Sbroz. quos refert Pro-
ſperus de Auguſtino in Addit. ad eun-
dem Quarantam lo. cit. Quapropter,
15 in noſtra † Conſtitut. pro Vicario ſu-
mitur illud præd. verbum; Officialis,
vt patet in quampluribus Iuribus,
quemadmodum eſt textus in c. 2. de
Conſuet. lib. 6. & ibi omnes Gloſſæ. Ad-
ſiſtunt quoque omnia Iura ſubnixa ti-
tulo de Officio Vicarij eiuſdem lib. 6. &
textus in c. Romana Eccleſia, de Appel-
latt. & in c. 1. in princ. de Foro compe-
tenti. d. lib. 6. quæ per ſe patent, vnde
non egemus teſtibus. Et Dominicus
a Santogeminiano *in c. vlt. num. 5. d.*
tit. de Offic. Vic. lib. 6. ponit vtriuſque
nominis differentiam, dicens, quod
quem † Vltramontani Officialem
16 dicũt, nos Citramontani, Vicarium
appellamus, *allegat text. in c. Ex fre-*
quentibus: ſup. de Inſtit. & text. in c.
2. d. tit. de Offic. Vic. eo. lib. 6. vbi de
Officialibus fit mentio: ſed poſtmodum
tradit auctoritatem text. in c. Vt offi-
cium. ad fi. cum c. ſeq. & c. fi. de Hæ-
ret. lib. 6. vbi de Vicario agitur. & di-
cit, quod Vltramontani nos Italos
reprehendunt, quia huiuſmodi Vi-
cegerentem Vicarium appellamus:
ſed admittendam eſſe, ait, hanc vo-
cabulorum diuerſitatem iuxta pa-
triæ conſuetudinem. Sed tandem
comprobatur hæc noſtra ſententia
in Concil. Tridentino, *ſeſſ. 24. De-*
creto de Reformatione, cap. 16. in princ.
vbi idem quod habetur in c. 3. de Of-
ficio Vicarij *eiuſdem* lib. 6. legitur; nã
ibi dicitur,

„ *Officialis, aut Vicarius.*

Quod in præcit. Concilio Trid. legi-
tur eodem modo, hoc eſt,

„ *Officialem, ſeu Vicarium.*

Et alibi in d. Decreto, ſup. cap. 12. bis
eadem verba reſcripta adinueniuntur,
vti videre eſt in §. Prouiſi etiam. & in
§. Prouiſi autem: cuius textus non me-
minit Sbroz. infra proxime citandus.
17 Quæ dictio, † Seu, ponitur ibi expo-
ſitiue, vt tradit Geminianus *in d. cap.*
2. num. 5. d. tit. de Offic. Vic. lib. 6. &
plene de hac dictione tractat Couar.
lib. 2. Varr. Reſoll. cap. 5. nu. 10. verſ.
Nec obſtat textus. referens, quandoq;
huiuſmodi dictio dicatur ſtare expo-
ſitiue, vel alternatiue, vel diſiunctiue:
quem pro hac re omnes, quos vi-
derim poſt eum ſcripſiſſe, allegant:
quare ſuperfluũ eſſet vltra eum alios
referre.

Vnde habemus hic, quod Vica-
rius, Officialis, & OEconomus idem
18 ſunt, licet † in d. Concilio Trid. *ea.*
c. 16. aliter accipiatur verbum illud,
OEconomus: ſed de his, alijſue plu-
ribus nominibus videri poteſt Iaco-
bus Sbrozzius *in d. ſuo tract. de Off.*
Vic. lib. 1. quaſt. 2. poſt num. 10. Et
19 quamuis Federicus † de Senis *in quo-*
dam ſuo Conſilio 302. conſtituat dif-
ferentiam inter Vicarium & Officia-
lem Epiſcopi, illam tamen bene reij-
cit idem Sbroz. *in quaſt. ſeq. 7,* quem
poſthæc mea ſcripta per manus ha-
bui, nihil tamen ab eo percepi.

Hinc igitur quædam oriri poſſunt quæſtiones, de quibus in §. ſeq. dicemus: quamuis Ambroſinus *hic, cap. 11. poſt num. 2. in verſic. Et licet verba*, facilem reddat verborum Conſtitutionis expoſitionem, duo tantum mouens dubia, quorum mentionem inf. *d. §. ſeq. poſt num.* 78. faciemus.

SVMMARIA.

1 *Vicarius Generalis Epiſcopi an abſque peculiari mandato poſſit ſe intromittere in cauſis Reorum cōfugientium ad Eccleſias? Et per plures numm. ſeqq. præſertim in num. 67.*

Et quid quando fuit deuolutum ius ad Epiſcopum tāquam viciniorem? nu. 22. & alijs pluribus ſeqq.

Quid ſi Epiſcopus duabus præſit diœceſibus, an in vtraque dictorum Reorum cauſis ſe ingerat? num. 35.

Et an conſtitutus ſimpliciter Vicarius Epiſcopi, pro vtraq; diœceſi cenſeatur? num. 36.

In mandato generali Epiſcopi quam poteſtatem recipiat? num. 2. & 3.

Ordinarius cenſetur, num. 4.

Et an in omni caſu? num. 65.

An valeat imponere pœnitentiam publicam? num. 5.

Idem conſiſtorium facit cum Epiſcopo, num. 7.

Et an in omnibus? num. 21.

Ab eius ſententia ad quem appellandum? num. 8.

Omnibus in dignitate conſtitutis præponendus, num. 9.

An in Choro ſedem habeat maiorem poſt Pontificalem, iuxta ſententiam Abbatis Panormitæ & infinitos eius ſequaces, vel aliquam aliam? nu. 10. & quibuſdam alijs ſeqq.

Eius electio an ſpectet communiter ad Epiſcopū & Capitulum, an vero Capituli conſenſus vel conſilium requiratur? num. 16.

An ob id dicatur beneficiarius? nu. 18.

An poſſit quandocumque reuocari, etiā ſi Epiſcopus iurauerit eum non reuocare? num. 20.

Delegata cauſa ſuo Epiſcopo, an in ea ſe intromittere poſſit? nu. 25. & 27.

Et quid econuerſo? num. 28.

Reorum cauſæ confugientium ad Eccleſias cœptæ viuente Epiſcopo, an eo mortuo adhuc ab eo agitari poſſint? num. 62.

Eius poteſtas quandiu duret? num. 64.

2 *Epiſcopus conſtituens ſuum Vicarium Generalem, quæ illi committere cenſeatur? & num. 26.*

Quando ad eum Ius aliquod deuoluitur, an tanquam Ordinarius vel delegatus, cognoſcat? num. 23.

Et quid in caſu noſtræ Conſtitutionis? num. 34.

Delegata cauſa ſuo Vicario, an in ea ſe intromittere valeat? num. 28.

Eo agente in remotis, ſi interim eius Vicarius moriatur, an Capitulum alium eligere poſſit? num. 50.

Agere in remotis quid? num. 51.

Si a paganis vel ſchiſmaticis capiatur, quid agendum? num. 52.

Eo defuncto, vel alio modo Eccleſia vacante, ſi cauſa huiuſmodi Reorum confugientium ad Eccleſias fuerint cœpta coram eo, an determinari debeant coram ſucceſſore, an vero ad viciniorem Epiſcopum deuoluantur? num. 68. monetur dubium: Et num. 71. & 72. reſoluitur.

Quid econuerſo, quando fuerint cœpta coram eo tanquam viciniori ob Ius deuolutum, an per ſuperuenientiam Epiſcopi loci capitura ſuſpendatur eius iuriſdictio, & cauſa remittenda ſit ad dictum Epiſcopum? num. 70. monetur dubium: Et num. 73. & 74. reſoluitur: Limitatur autem in nu. 75. & 76.

Quis ſit viciniior Epiſcopus? num. 77.

An teneatur ſtare proceſſui fabricato per

per curiam ſecularem in cauſis dictorum Reorum confugientium ad Eccleſias, vt eos tradere poſſit dictæ curiæ? num.79. & 80.
Reis curia ſeculari traditis, & vltimo ſupplicio affectis, an irregularitatem incurrat? num. 87.
Pro Epiſcopo hic quis ſit intelligendus? num.88.
3 Criminales cauſas an Vicarius Epiſcopi cognoſcat?
Et quid in Vicario Capituli Epiſcopali ſede vacanti? num. 41. Vide pro his ſup. in principio: & infra in verbo, Vicarius Capituli, poſt num.37.
6 Ratihabitio quando confirmet factum alias inualidum?
8 Appellatio an admittatur a Vicario Generali Epiſcopi ad eundē Epiſcopū?
Et quid in cauſis Reorum confugientiū ad Eccleſias, poſtquam curia ſeculari ab Epiſcopo fuerint traditi? num.83.
Clauſula, Appellatione remota, quid operetur? num.84.
Appellatione prohibita, an de nullitate poſſit agi? num.85.
Et quid de alijs remedijs? num.86.
11 Ratio quod caret, extirpandum.
12 Conſuetudo, vel melius, Præſcriptio per non vſum an introducatur?
13 Optandi maiores prabendas conſuetudo an tollatur per non vſum?
14 Volūtati ſubiectū an ſubſit neceſſitati?
15 Canonicus electus Vicarius Epiſcopi vbi ſedebit in Choro?
17 Beneficiorum collatio vbi communiter ad Epiſcopum cum Capitulo ſpectat, vno eorum impedito, quis conferet?
Quid requiritur ad cognoſcendum beneficia? num.19.
23 Deuolutum Ius quam iuriſdictionem tribuat, delegatam, ſ. an ordinariam?
24 Electione non legitime facta ad parochiales Eccleſias, an appellari poſſit? & ad quem?
29 Delegatus Papæ an ſubdelegare poſſit?
Et quid in delegatis aliorū Principum? num. 30.
An mortuo delegante duret adhuc eius poteſtas? num.63.
31 Induſtria perſonæ ſi fuerit electa, an alteri vices illæ demandari poſſint?
32 Delegata cauſa a lege, an is, cui committitur, cenſeatur ordinarius, vel delegatus? & aliqq. ſeqq. numm.
33 DELEGATAM, verbū i l.1.ff.de Off. eius cui mād. eſt iuriſd. expoſcitur.
37 Vicarius Capituli ſede Epiſcopali vacante an poſſit in cauſis Reorum ad Eccleſias cōfugientium ſe intromittere? & per aliqq. numm. ſeqq. præſertim in num.67.
An eandem habeat iuriſdictionem, quam Epiſcopus? num.39. & 44.
An æquiparetur Vicario eiuſdem Epiſcopi? num. 40.
Et an cognoſcat de cauſis arduis? num. 41. & 42.
Literas dimiſſorias an concedere poſſit? num.48.
Iuriſdictio, quam habet Capitulum ſede Epiſcopali vacante, an plenarie ad eum tranſeat? nu.49.
Quid ſi huiuſmodi Reorum cauſa cœpta fuerint ab Epiſcopo, an illo defuncto, vel alio tranſlato, poſſit ſe intromittere, & ad finem vſque procedere? num.55. & quibuſdam ſeqq.
An dicatur Vicarius Epiſcopi præmortui? num. 57.
Delegata cauſa Epiſcopo, an eo mortuo, cauſa cognitio ad eum deuolui debeat? num.58.
38 Exempti loci & nullius Epiſcopi iuriſditioni ſubditi, quis ſit competens Iudex in cauſis Reorum ad Eccleſias confugientium? num. 67.
42 Concilium Trid.cap.20.§. Ad hæc.ſeſſ. 24. Decreto, de Reformat. dum dicit, quod in quibuſdam caſibus Epiſcopi tantum ſe intromittant, an ex eo cæteri Ordinarij cēſeantur excluſi, qui non fuerint Epiſcopi? & num. 45.

43 *Ordinarij qui non ſunt Epiſcopi, an de Reorum cauſis cõfugiẽtium ad Eccleſias cognoſcant? & num.67.*
An æquiparentur Vicario Epiſcopi, vel Capitulo? num.46.
47 *Exempla inducenda.*
50 *Capitulum Cathedralis Eccleſiæ mortuo Vicario Epiſcopi agentis in remotis; vel ſi ſedes Epiſcopalis quaſi vacet, puta, ſi Epiſcopus fuerit captus a paganis vel a ſchiſmaticis, an alium Vicarium eligere valeat? & num.52.*
An poſſit beneficia conferre? vide ſup. in verbo, Beneficiorũ collatio, nu.17.
53 *Conſeruatores Sedis Apoſt. an ſe intromittant in cauſis Reorum confugientium ad Eccleſias?*
Qui ſint? num.54.
56 *Sedes Epiſcopalis quando dicitur vacare.*
59 *Succeſſor & prædeceſſor idem cenſetur.*
60 *Finalis cauſa attendendum.*
61 *Minus cui non licet, quod plus eſt nec ei licebit.*
66 *Iudex competens in cauſis Reorum petentium Eccleſias quis ſit?*
69 *Iudicium an vbi cœptum eſt, ibi & finem habere debeat? & aliqq. numm. ſeqq.*
72 *Textus in l. Vbi cœptum, ff. de Iudicijs, quidam optimi intellectus, vſque ad verſ. Diximus, quod. poſt nu.76.*
76 *Lite pẽdente coram vno iudice, an alius adiri poſſit?*
78 *Iuriſditio contentioſa in alieno territorio an valeat exerceri?*
80 *Crimina, propter quæ Delinquentes hac Immunitate ſunt priuandi, quomodo probanda ſint?*
81 *Antonij Gama Decif.179. reiecta.*
82 *Ritus huius Regni de modo procedendi ex abrupto in criminalibus; imo & ipſummet Ius commune, diſponens, quod in criminibus ob defectum plenæ probationis Reus torqueri poſſit, an habeat locum quando Reus fuit extractus ab Eccleſia, vt priuetur eius Immunitate?*

§. I.

1 PRIMO dubitari contingit, An † per hanc Conſtitutionem cenſeatur eandem habere facultatem d. Officialis ſeu Vicarius Epiſcopi, ſicut & ipſemet Epiſcopus, vt poſſit cognoſcere, & extrahere, ſeu licẽtiam extrahendi Reos ab Eccleſia concedere, nulla prius habita poteſtate id faciendi ab eodem Epiſcopo? Et videtur dicendum quod ſic, per illa verba *in* §. *Ne antẽ Curia ſecularis*, ibi:
„ *Sine expreſſa licentia Epiſcopi,*
„ *VEL EIVS OFFICIALIS,*
„ *&c.*
Quibus conſonant illa ſupradicta *in Initio præſentis Capitis, ex l. Præſenti, C. hoc tit. noſtro.* vbi *in princ.* dicitur,
„ *Nec pro his venerabiles Epiſco-*
„ *pos, VEL RELIGIOSOS OE-*
„ *CONOMOS exigi, &c.*
Et rurſus *in* §. *Quod ſi in finibus.*
„ *Quod ſi in finibus Eccleſiaſticis*
„ *latitant; RELIGIOSVS OE-*
„ *CONOMVS, ſeu Defenſor Ec-*
„ *cleſiæ, &c.*
Quæ vox OEconomus diximus *ſup. in d. Initio*, intelligenda eſt pro codẽ Vicario.

2 Contrariũ tamẽ verius eſt. Primo, quia dum † Epiſcopus aliquem ſibi ſuum Vicarium conſtituit, non intelligitur conceſſiſſe ea, quæ non eſſet veriſimiliter conceſſurus, quamuis generalem conceſſerit ei poteſtatem, *c. Cum in generali, d. tit. de Offic. Vic. lib.6.* Vt sũt cauſæ † criminales, quas 3
regulariter Vicarius non poteſt cognoſcere abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, *late Sborz. in d. tract. de Offic. Vic. lib.2. quæſt.143. vbi ponit etiam quaſdam limitationes:* Ergo nec huiuſ-

huiuſmodi cauſæ cenſentur ei permiſſæ.

Secundo probatur in illis verbis poſt ſupra relata ex hac Conſtitutione, ibi:

„ *Ad quos ſolos, & non alios Epi-*
„ *ſcopis inferiores, etiã ſi alias Or-*
„ *dinarij ſint, &c.*

Quibus verbis videtur excluſiſſe omnes Ordinarios, vt melius inferius dicemus *in verſic. Quæri nunc. poſt. num. 36.* Ergo nec poterit Vicarius
4 Epiſcopi, licet Ordinarius † appellетur, *Glo. in d. cap. 2. d. tit. de Off. Vic. in 6. in verbo, Officialem. ſed melius aſſiſtit text. in d. cap. Romana, de Appellatt. d. lib. 6. & plene Sbroz. lib. 1. quæſt. 23. num. 5. Quaranta in d. Summa Bull. tit. Capitulum ſede vacanti, num. 4.* Sed præſertim apparet ex eo quod poſtea ſubdit eadem Conſtitutio, dum vult, quod in loco exempto, vel nullius Diœceſis ad Epiſcopum viciniorem debet hæc cognitio deuolui: vnde ſemper de Epiſcopis loquitur, & ad eos tantum ſe remittit.
5 Tertio probatur ſic: Vicarius † Epiſcopi abſque ſpeciali eius mandato pœnitentias publicas iniungere non poteſt, quia hoc pertinet ad dignitatem tantum Epiſcopalem, *cap. Accedentibus. inf. de Exceſſibus Prælatorũ. plene Sbroz. d. lib. 2. de Off. Vic. quæſt. 17. num. 2. & ſeqq.* Sed quandoque huiuſmodi Reis, qui ſe ad Eccleſiaſtica ferunt Loca, debet iniungi publica pœnitentia, *vt apparet in illis relatis ſup. Cap. præced. §. VI. in fi.* Ergo non poteſt Officialis ſeu Vicarius Epiſcopi abſque ſpeciali mandato huiuſmodi cauſis ſe ingerere. Et hoc videtur procul dubio in Iure Cæſareo expreſſe confirmatum, poſt illa verba ſup. relata *ex §. Quod ſi in finibus. d. l. Præſenti.* ibi:

„ *Vel certe quem his negocijs commodiorem authoritas Epiſcopalis*
„ *elegerit.*

Et in illis Conſtitutionibus ſubnixis C. hoc eodem tit. noſtro, quæ ſemper de Epiſcopis loquuntur. Itaque concludendum, quod niſi ab eodem Epiſcopo ſpecialiter, & expreſſe fuerit conceſſa prædicta facultas, minime eius Vicarius ſe ingerere valebit: & per cõſequens ſi contrauenerit, nõ euadet huius Conſtitutionis pœnas.

Sed quid ſi Epiſcopus ratam habuerit capturã ab eo factam? In hoc caſu diſtinguẽdum duxi: quia ſi conſideremus pœnas, quæ infliguntur cõtrauenientibus, eo ipſo quod quis contra vel præter formam hic traditam fecerit, eas incurret, *iuxta infra dicenda in §. ſeq.* Sin autem conſiderare volumus ipſam capturam, rurſus diſtinguẽdum eſt: Nam aut poſt ipſam extractionem Reus reponitur in carceribus Epiſcopalis curiæ, vel ſaltem alibi de licentia eiuſdem Epiſcopi: & tunc puto valere extractionem: ſecus autem ſi fuerit aliter factum, *vt in principio d. §. ſeq. dicemus.* Et pro hac ſententia exſtat optima doctrina Geminiani *in d. cap. 2. num. 15. d. tit. de Offi. Vic. lib. 6.* qui poſt quædam dicta, quæ faciunt pro vtraque parte, hanc tradit diſtinctionem,
6 dicens, quod in † eis, in quibus conſideratur initium, vt in electione & ſententia, non eſt locus ratihabitioni, vt ſ. valeat ratum ex tunc, vel etiam ex nunc, *per notata per Io. And. in Reg. Ratum. de Regulis Iuris lib. 6.* In eis autem, in quibus non attenditur initium, videtur quod poſſint haberi rata facta per talem Vicarium, ſaltem vt valeant ex nunc, *per eundem Io. And. in Regula, Non firmatur. d. tit. ſecũdum Lap.* Ex quo deducitur, quod licet valere poſſit extractio, non tamẽ valebit proceſſus ab eo factus: quia non poterit condemnare vel abſoluere Reos fugientes ad Loca noſtræ Immu-

Immunitatis: Vnde nec eius ſententia valebit, *vti dictum eſt ex Gem. & alijs, quos ſequitur Sbroz. in d. tract. de Off. Vic. lib. 3. quæſt. 206.*

7 Non obſtat quod Officialis † ſeu Vicarius Epiſcopi faciat idem conſiſtorium cum eodem Epiſcopo, & v-
8 num idéque cenſeatur, ita vt ab † eius ſententia non valeat appellari ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum, *d. c. Romana Eccleſia, de Appellat. lib. 6. & plene tradit Hoſt. in Summa, ſup. dicto tit. de Off. Vic.* §. 1. *poſt num.* 2. Et Abbas tractans de Vicarij dignitate & excellentia *in Conſilio* 21. *lib.*
9 1. præponendum † eſſe, ait, cuique
10 poſt ipſum Epiſcopũ, ita vt in † Choro primum habere debeat locum, ac præcedere omnes alios in dignitate conſtitutos in eadem Eccleſia, non obſtante quauis conſuetudine, quæ contrarium fuerit introductum: quã cõ ſuetudinem irrationabilem vocat, quæ proceſſiſſe ſibi viſa eſt ex quadam vecordia & ambitione ſeu ſtultitia, *per text. in c. Legimus. in princ. Diſt. 93.* Vnde dixit non valere: nam
11 quod † ratione caret exſtirpare neceſſe eſt, *c. Corepiſcopi. in fi. Diſt. 68.* Ac plura tradit in fauorem Domini Vicarij: quem ſequutus eſt Fel. *in Rub. ſup. de Maior. & obed. poſt num.* 10. qui extollere videtur huiuſmodi dicta Abbatis. Sed Felinum ſequutus eſt Io. Montaignus *in tract. de Auctoritate magni Concilij. num. 66. & ibi allegat text. in c. Præcipimus. d. Diſt. 93. quem textum pro hoc extollere ait Ludou. Rom. in ſing. 340. quem locum apud Roman. non inueni. (Hic tract. Montaig. reperitur annexus Deciſionibus Boerij, cui amplas ipſe fecit additiones.)* licet hic Panormi aliter ſeruetur: de quo proximis his diebus tractatum fuit apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dominum Ioannettinum Doriam San. R. E. Cardinalem ampliſſimum, & huius Panormitanæ Diœceſis optimum Antiſtitem, qui ſuum Officialem ſeu Vicarium (vt dictum eſt) in Choro præponẽdum omnibus volebat: quæ res cum ad aures Capituli ſeu Canonicorum perueniret, querelantes affirmabãt illud nequaquam fieri poſſe, cum nullo vnquam tempore Vicarius huiuſmodi ſedere conſueuerit in Choro: vnde ex hoc introductam contrariam conſuetudinem eſſe dicebãt, quam, vltra id quod diximus, idem Abbas *in præcit. Conſil. 21. in præcedd. verbis, paulo ante num. 4.* potius peſtem vocandam inquit, quam conſuetudinem. Sed ſi forte poſſet obſtare conſuetudo prædicta; prout infra melius videbitur, non conſtat apud me locum habere potuiſſe in caſu prædicto; niſi tantum id quod inferius dicetur, vbi aliud *in caniſtro* eſſe probare percepi. Quare ſi tunc conſultus eſſem, rationem reddidiſſem, quæ facti potius, quam Iuris habet qualitatem. Sed eſto quod per plura tempora, & fere per mille annos (vt ita dicam) vel melius a die fundationis huius Eccleſiæ, aut per tot temporum ſpatia, quorum memoria apud homines ignoratur, Archiepiſcopi, ſeu cuiuſuis alius Epiſcopi Vicarius non ſederit in Choro; non tamen ex hoc dicendum eſt aliquam inductam conſuetudinem, vel præſcriptionem, ita vt ipſi Canonici & alij, qui loca occupant in Choro, ius illud aduerſus Vicarium præſcripſiſſe videantur, vt ſi velint, eum a ſede in choro expellere valeant, &
12 præſertim a principali: quia per † nõ vſum non introducitur conſuetudo in eis, quæ ſunt meræ facultatis, prout ex quampluribus Iuribus notat Abb. *in c. Quod tranſlationem. num. 4. ſup. de Offic. legati. & in c. Cum ſit generale. num. 15. ſup. de Foro compet.*

per

per text. in cap. Ioannes. ſup. de Cler. coniug. vbi etiam in num. 9. Ang. Aret. *in Proœmio Inſtit.* §. *Igitur. num.* 2. 5. *&* 6. & Felinus *in c. Cum acceſſiſſent. poſt num.* 26. *in verſic. Hanc regulam limita. cum aliqq. ſeqq. numm. ſup. de Cōſtitutt.* qui ponit quoddam

13 exemplum Canonicorum, † quibus competit facultas maiores optandi præbendas, & ait, quod non vtendo illa facultate data eis per conſuetudinem, non perdunt illam vllo temporis ſpatio, tradens pro hoc auctoritatem Io. And. & Io. Lig. *in c. ſi. de Conſuet. lib.* 6. quibus adde quoque Gemin. *in d. c. quibus in locis in Additt. alij plures allegantur.* Et ſuffragatur illud dictum eiuſdem Abb. *in c. Quoniam. num.* 2. *in ſi. ſup. de Vita & honeſt. Clerr.*

14 „ *Subiectum † voluntati non ſubij-*
„ *citur neceſſitati.*

Per text. in cap. Apoſtolos. 22. *quaſt.* 7. *& per alium tex. in l. Non quicquid. ff. de Iudicijs.* Itaque licet Vicarius nūquam fuerit vſus illa facultate ſedendi in Choro, non ex hoc dicendum eſt aduerſus eum fuiſſe aliquam conſuetudinem vel (vt melius mihi videtur) præſcriptionem inductam: nam quis non videt, hoc conſiſtere in mera voluntate? quoniam quandocunque volet, ſi ei locus competit, poterit ſedere, nulla cogente neceſſitate, præſertim ſi non fuerit aliquis ex Canonicis, quia tunc ſecus affirmarem, ne ſeruitijs eius Eccleſia frau-

15 detur: hoc † enim caſu debet ſedere in loco ſui canonicatus, *vt videtur probare textus in l. A collatione, de Appellatt. lib.* 6. quam ſententiam poſt Menoch. *de Arbitr. Iud. caſu* 68. *nu.* 23. communiter amplexam dicit Marcus Ant. Genuenſis *in ſua Praxi Archiep. cap.* 68. *nu.* 8. licet contrarium affirmare videatur Montaig. *in dicto tract. de Auctor. Magni Concilij. co. num.* 66. *in fine*; quod debet intelligi quando vt Vicarius, non vt Canonicus ibi voluerit ſedere, quia tunc primam poſt ipſum Epiſcopum obtinere deberet ſedem, vti dictum eſt, Quod autem refert Genuenſis procedit quādo vult lucrari fructus ſuæ præbendæ, nam tunc oportet ſedere in loco ſui canonicatus: quod affirmare videtur idem Mōtaig. *in princ. d. num.* 66. ex Doctoribus quos allegat: & hoc poſt multos tenet Sbroz. *in d. tract. de Off. Vic. lib.* 2. *quaſt.* 25. *num.* 17. Hæc igitur erat ratio, qua Dominus Vicarius huius Vrbis poterat defendi, ſi competeret ei locus in Choro: nam ſemper conſueuit eligi vnus ex Capitulo, qui Vicariatus officio fungeretur: quod nedum mea ætate, verum & multis retro temporibus, quorum memoria contrarium non probatur, ſeruatum fertur: vnde ſemper in loco ſui canonicatus, vt fructus lucraretur, & ne Eccleſia eius ſeruitijs fraudaretur, ſediſſe cōſueuit. Aſt nunc cum non ſit ex Canonicorum numero, quærebatur, an deberet primam habere ſedem poſt Pontificalem? (cuius rei ſupra memini) Et quidem pro vtraque parte aſſiſtunt non pauciſſimorum Doctorum ſententiæ, quos refert Sbroz. *in d. quaſt.* 25. *num.* 1. *&* 6. quorum potior pars affirmatiuæ ſuffragatur, quam & ipſemet Sbroz. *ibidem in alijs numm.* defendit, dicens quouis Iure procedere, hoc eſt, Diuino, Naturali, Pontificio, Cæſareoque: innitēs etiam ad contraria reſpondere.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium verius eſt: quia nullo expreſſo iure cauetur, quod Vicarius Epiſcopi ſedere debeat in Choro, nedum in prima ſede, ſed nec in qualibet illius: qua ratione mouentur ij, qui negatiuam tenet, per Sbroz. *loco cit.* confutati, Illud autem procedere poſſet,

poſſet, vbi talis viget cõſuetudo, quæ dare potuit locum in Choro Vicarijs Epiſcoporum aliquo reſpectu: quæ conſuetudo potuit etiam inducere, vt quemadmodum datur ei locus in Choro, ita etiam alius, præter digniorem dari debeat: & ſic vna conſuetudo tollit aliam: quod tenet Nauar. *d. tit. de Offic. Vic. conſil.* 2. relatus a Quaranta *in d. Rub. Capitulum ſede vac. num.* 8. Quod quidem Pontificia ſententia declaratum exſtat per recol. mem. S. D. Clementis VIII. *in Ceremoniali Epiſcoporum ab eodem Papa reformato: de quo agitur in lib.* 1. *cap.* 13. *cuius rub. inſcribitur, de Sede Epiſcopi, Legati, Cardinalium, &c.* his verbis:

» *Vicario Generali dabitur locus,*
» *vbi habere ſolet pro CONSVE-*
» *TVDINE diuerſarũ Eccleſiarũ.*

Propter quod ceſſare vidẽtur omnes controuerſiæ & ambiguitates. Hinc
16 eſſe puto, quod Domini † Epiſcopi,
cũ volunt ſuos conſtituere Vicarios, non tenentur require Capitulorum conſenſum, quia illud nullo iure cauetur: imo & conſuetudine contrarium diſponitur: quoniam libera datur eis facultas eligendi ſibi quemcũque voluerint; vt bene refert Hoſt. *in Summa ſup. eo. tit.* §. *Et in quibus. num.*4. & poſt eum & alios Sbroz. *d. lib.*1. *de Off. Vic. quaſt.* 54. Et ita videmus his temporibus ſeruari: licet
17 in † quibuſdam locis præbendarum
& beneficiorum collatio communiter ad Epiſcopum & Capitulum ſpectet: vel aſſenſus, ſiue conſilium Capituli adhiberi ſoleat, *cap. vnico, Ne Sede vac. aliquid inno. lib.* 6. *& ibi Gloſ. in verbo, Cum conſilio. quod cap. emanaſſe ad declarationem alterius c. incip. Illa. ſup. d. tit. Ne ſede vac. refert. Glo.* 1. *d. c. vnici, in* 6. Quo caſu quando communiter ad vtrunque collatio ſpectat, Epiſcopo impedito Capitulum confert, vel econuerſo, Capitulo impedito, &c. *d. cap. vnico.* quod non procedit in Vicarijs: Et ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia Vica-
18 riatus † non eſt beneficium: cum be-
19 neficium † dari debeat in perpetuum:
quod eſt vnum de illis quatuor requiſitis relatis a Fel. *ĩ c. In noſtra. ſub nu.* 9. *in verſic. Reſtant. ſup. de Reſcriptis.* quod ſolum in Papa limitat, dicens, quod bene poteſt conferre ad tempus, *per text. ĩ cap. Si gratioſe, cum ſua Gloſ. de Reſcriptis, lib.* 6.

20 Sed Vicarius † poteſt ad libitum
conſtituentis quandocunque mutari: poteſtas enim eius tandiu duratura eſt, quandiu concedenti placuerit, vti tradit Abbas *ĩ c. Tua nobis circa fi. ſup. d. tit. de Offic. Vic.* dicẽs etiam an poſſit reuocari, quando fuit iuratum non reuocare? & an euitetur pœna periurij? de quo etiam Zac. *ibi in Addit.* & plene Sbroz. *d. trac. de Off. Vic. lib.* 3. *quaſt.* 32. Itẽ Gabr. Rom. *Concluſ. comm. lib.* 2. *de Iureiur. cõcl.* 1. *num.* 14. affirmantes, quod poterit reuocari, non obſtante iureiurando: ergo bene poteſt Epiſcopus abſque Capituli conſenſu, vel conſilio (quãuis alias in beneficijs alicubi ex conſuetudine requiratur, vt dictum eſt) ſuum conſtituere Vicarium, cuius iuriſditio licet cenſeatur ordinaria, (vt deueniamꝰ ad id, a quo progreſſi
21 ſumus) non † tamen omnino idem
facit conſiſtorium cum Epiſcopo in omnibus & per omnia, niſi tãtum in ijs, quę competunt ratione ordinariæ iuriſditionis, per id quod tradit Sbroz. *ĩ lib.* 2. *quaſt.* 175. *num.* 16. *d. tract. de Offic. Vic.* quaſi dicere voluiſſet, quod quantum ad ea, quæ ſibi commiſſa ſunt, aut ex iure, aut ex ſpeciali conceſſione per eundem Epiſcopum, habet omnimodam ſimilitudinem cum illo: ſecus autem quoad ea, quæ neque in generali conceſſione,

ſione,nec ex ſpeciali conceſſione fue-
rint ei permiſſa: vnde in illis tantum
caſibus pro eodem habetur,quia par
ticipat de alterius identitate, *Glo. in*
verbo, Idem. in d.c. Romana. de Appel-
latt. lib. 6. & ibi Gemin. num. 7. & 8.
vbi late tractat de hac re. Quapropter
cum huiuſmodi caſus ſint de illis,aut
eis coæquentur, qui nõ veniunt cum
generali conceſſione, *vt patet ex ſu-*
pra relatis in princ. iſtius §. Ergo ſi
non fuerit ei peculiariter conceſſa
talis facultas, nunquam poterit ſe
ingerere,& Reorum cauſas Eccleſias
perentium tractare.

Hinc oriri poteſt alia quæſtio,hoc
22 eſt,An † Vicarius Epiſcopi,ad quem
ius extrahendi, vel cognitio ſuper
huiuſcemodi cauſis deuoluta fuerit,
prout habetur in illis verbis noſtræ
Conſtitutionis, ibi:

„ *Occurrente autem caſu in loco e-*
„ *xempto,& nullius Diœceſis, tunc*
„ *ad Epiſcopum viciniorem deuol-*
„ *uatur hæc cognitio, & non ad ali-*
„ *os, &c.*

prædictam licentiam impartiri, ſeu
de eorundem Reorum cauſis cogno-
ſcere poſſit,ſi ab Epiſcopo in genera-
li conceſſione fuerit ei tradita ſimilis
facultas? Et reſolutiue dico, quod
non, licet generaliſſimum habuerit
mandatum ab Epiſcopo cum eadem
facultate. Et primo probari videtur
expreſſe in illis prædictis verbis,

„ *Tunc ad Epiſcopum viciniorem*
„ *deuoluatur hæc cognitio, & non*
„ *ad alios, &c.*

Secundo probatur ex eo, quod quan
23 do † ad alium Epiſcopum deuolui-
tur huiuſmodi Ius, is nõ dicitur Or-
dinarius, ſed Delegatus, prout pro-
bare videtur quædam Extrauagans
Conſtitutio Pij V. *ſuper collatione*
beneficiorum parochialium Eccleſiarũ,
Romæ publicata, die 16. Maij, 1567. in-
cip. In conferendis beneficijs. (quam
refert Gonzalez *in comment. ad 8.*
Reg. Cancellariæ. Glo.6. & poſt eum
Stephanus Quaranta *in d. Summa*
Bull. tit. Beneficiorum parochialium
collatio.) in qua, *circa finem, in* §. *Vt*
autem non ſolum . cauetur, quod ob
24 electionem † malefactam ad dictas
Eccleſias parochiales poterit appel-
lari ad Metropolitanum; vel ſi ille ſit
Metropolitanus aut exemptus, ad
viciniorem Ordinarium, vti Sedis
Apoſtolicę Delegatum; vel ad ipſam
Sedem Apoſtolicam. Alia plura huic
ſimili leguntur in ſacroſancta OEcu-
menica Tridẽtina Synodo, quæ bre-
25 uitatis cauſa omitto. Sed quãdo † de-
legatur aliqua cauſa Epiſcopo, eius
Vicarius non valet ſe intromittere,
Doctores in Clementina ſecunda, ſub
tit. de Reſcriptis. Francus in cap. Non
putamus, de Cõſuet. lib.6. & alij plures
quos refert Sbrozzius in d. lib. 2. de Of-
fic. Vic. quæſt. 135. num. 1. Ergo non
ſuccedit Vicarius in illam prærroga-
tiuam & dignitatem, in quam ſucce-
26 dit Epiſcopus: quia dum † Epiſco-
pus cõſtituit aliquem Vicarium Ge-
neralem, videtur ſolum ea commit-
tere, quæ competunt ratione Ordi-
nariæ iuriſditionis,nõ autem ea,quæ
competunt ratione delegatæ, vt con-
cludit Sbroz. *d. quæſt. 135. num. 3.*
poſt Fed. de Se. *in Conſil.* 130. Deciũ
in cap. Quoniam Abbas. num. 15. ſup.
de Off. deleg. Rolandinum *in Conſil.*
39. num. 18. vol 1. & Cuccum *in In-*
ſtit. Canonicis, tit. de Vicario Epiſco-
pi, num. 118. Itaque, quando huiuſ-
modi cauſæ ad viciniorem Epiſcopũ
deuoluũtur, quia tanquam delega-
tus cognoſcit, non poterit eius Vica-
27 rius ſe ingerere. Sed non † ob hoc
priuatus erit facultate, poſſe in colle-
gam ſui Epiſcopi adhiberi, *cap. Inſi-*
nuante, & ibi Abb. in primo not. ſup. de
Offic. & poteſ. Iud. deleg. quem pro hoc
allegat Sbroz. d. lib. 2. quæſt. 23. num.

5. vbi d. c. allegat ſub rub. de Appellat.
ſed erratum eſt. Sicuti econuerſo,
28 quando† aliqua cauſa delegarur eius
Vicario, quia tunc nec Epiſcopus co
gnoſcit, vel ſe ingerit: de hac re plene
tractat Sbroz. *d. lib. 2. quaſ. 136.* cam-
que declarat.

Imo hic affirmarem, quod Epiſco-
pus neque poſſet ſimiles cauſas ſub-
29 delegare, quamuis alias Papæ † dele-
gatus cauſam ſibi cõmiſſam abſque
ſpeciali licentia poſſit alteri ſubdele-
gare, *cap. Si pro debilitate. & c. Cum te*
conſulente. ſup. d. tit. de Offic. & poteſt.
30 *Iud. del.* (Quod † nedum locum ha-
bet in delegato Papæ, ſed cuiuſuis
alius Principis, *vti late videre eſt Fel.*
in Reper. verbo, Delegatus Papæ, vel
Principis. de cuius rei exceptionibus, &
replicationibus cõſule Vigellium in ſua
Methodo Iuris Controuerſi, lib. 1. cap.
5. reg. 46. & ibi remiſſiue ad alias bi-
nas ſuas Methodos Ciuilis Iuris, ſcili-
cet, & Pontificij.) Nam ex illis præadd.
verbis:

„ *Ad quos ſolos, & non alios Epi-*
„ *ſcopis inferiores, etiamſi Ordina-*
„ *rij ſint, &c.*

cenſetur electa induſtria perſonæ E-
piſcopi: tanto magis, quia huiuſce-
modi cauſæ ſunt graues & arduæ, ſi-
31 cuti dictum eſt: ſed quando † eſt ele-
cta induſtria alicuius perſonæ, non
poteſt electus alteri demãdare vices
ſuas, *cap. ſi. §. is cui. vbi Doctores, d.*
tit. de Offic. Iud. del. cum alijs addu-
ctis per Sbroz. d. lib. 2. quaſt. 43. num.
11. & ſeqq. præſertim quando Prin-
ceps in delegatione dixit, quod talis
expediat, & non alius; quia tunc (vt
dicit Alexander *in l. 1. num. 92. ff. de*
Off. eius cui mand. eſt iuriſd.) videtur
prohibere ſubdelegationem, *per tex.*
in l. 1. §. de his, cum Glo. in verbo, Nul-
lius alterius. ff. de Separat. & per alia
Iura, præſertim per tex. in cap. ſi. d. tit.
de Offic. & potes. Iud. del. Ergo mul-
to magis in hoc caſu, cum exſtet etiã
illa dictio prædicta taxatiua *ibi* (Ad
quos ſolos.)

Contrarium nihilominus hic di-
cendum eſt quo ad electionem indu-
ſtriæ perſonæ: quia non prohibetur
alteri ſubdelegare, vt expreſſe caue-
tur in hac eadem Conſtitutione, in
illis verbis:

„ *Niſi cognito prius per Epiſcopum,*
„ *SEV AB EO DEPVTATVM.*

Hoc autem intellige quo ad extra-
ctionem, & cognitionem tantum ea-
rundem cauſarum: ſecus dico quo ad
traditionem Reorum curiæ ſeculari,
ſi fieri contigerit, quia ab eodem Epi
ſcopo faciẽda erit, vt patet in ſequen-
tibus verbis, ibi:

„ *Tuncque demum de mandato E-*
„ *piſcopi, &c.*

Obſtare videtur quod dicit idem
Alexander in *præcitata* l. 1. ff. de Of-
ficio eius, cui mandata eſt iuriſditio,
32 qui per illum textum ait, quod vbi † a
lege alicui cauſa delegatur, is non
cenſetur delegatus, ſed ordinarius; &
proſequendo doctrinam Bart. *ibidẽ,*
(*quod eſt in num. 3. in fine*) inquit,
33 quod illud verbum, † Delegatam,
poſitum in d. lege exponi debet, Cõ-
ceſſam: quod Gloſſa *in l. Et quia. ff.*
de Iuriſd. omnium Iudicum, ita intelli-
git, vt idem Alexander *d. num. 8.* tra-
dit: Sed poſtea *in ſubſeqq. verbis* di-
ci poſſe refert per eundem textum,
non improprijãdo literam, quod imo
cenſetur delegatus, quando lex hoc
exprimit: *& inter cætera Iura, quæ al-*
legat, tradit tex. in cap. Ad abolendam.
ſup. de Hæret. & tex. in cap. Irrefra-
gabili. §. cæterum. ſup. d. tit. de Offic.
ordin. & ibi Doctores. Vnde videre-
34 tur dicendum, quod in † hoc Caſu
cenſetur Ordinarius, cum non ſit ex-
preſſum, prout exprimitur in illa præ-
cit. Conſtit. Pij V. *ſuper collatione be-*
neficiorum parochialium.

Sed

Sed quo ad illam expoſitionem Bar. ſuper d. verbo, Delegatatam, reſpon. qđ aliter ſaluari poteſt eius dictum, ſeu doctrinam: nam in libris Pandectarum Florẽtinarum legitur, Delatam: & hoc modo bene cenſeri poteſt Ordinarius: quia non videtur litera obſtare. Quo vero ad illud, quod dicit Alexander de poteſtate data a lege abſque modi expreſſione, hoc eſt, an delegetur, vel ordinario iure tradatur, reſp. cum Paulo Caſtrenſi *in d. l. 1. num. 7.* dicente, quod regulariter quando iuriſditio datur per legem, dicitur ordinaria: ſed aliquando dicitur delegata, *per text. in d. l. Et quia. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Et hoc eſſe, ſubdit, quando, vel vbicunque ex aliquo priuilegio, præter naturam iuriſditionis hæc facultas competit vicinioribus Epiſcopis.

Sed dices foſitan mihi, quomodo poterit hoc cognoſci? Reſp. cum aurea doctrina Bartoli *in l. More maiorum. poſt num.* 8. *ff. d. tit. de Iuriſd. omn. Iud.* qui diſtinguendo ait, quod quando Princeps, vel populus, qui poteſt dare iuriſditionem ordinariã vel delegatam, conceſſerit alicui iuriſditionem; ſi in conceſſione exprimitur, quod illud faciat auctoritate concedentis: tunc non videtur concedere ordinariam, *adducens pro hoc quamplura iura.* Si vero non exprimitur: tunc aut committitur vnum negocium, aut plura particularia: & non videtur concedi ordinaria iuriſditio: aut committitur quædam vniuerſitas cauſarum ſeu negociorum: & tunc in dubio videtur concedi ordinaria, *tradit pro hac ſententia text. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de Offic. præf. vrb. & text. in l. fi. C. vbi, & apud quem, &c.* Ergo & in præſenti caſu, quia hæc Conſtitutio viciniori Epiſcopo in defectu Epiſcopi proprij loci, capturam & cognitionem Reorũ petẽtium Eccleſiã committit abſque modi expreſſione: omnino hæc iuriſditio cenſeri debet delegata, cum vni cum tantum ei negocium committatur. Itaque concludendum, quod iure deuoluto ad Epiſcopum viciniorem, eius Vicarius abſque recenti expreſſo mandato, (licet generalem habeat in Diœceſi ab eodem Epiſcopo facultatem etiam in his caſibus procedendi) non poterit Reorum cauſis ſe ingerere: quod bene nota.

35 Limitarem † tamen hanc concluſionem, Niſi Epiſcopus duas habuerit Diœceſes, *vt diximus ſup. Cap. IV. §. IX. num.* 21. quia tunc ratione ordinariæ iuriſditionis quam habet Epiſcopus in vtraq;, bene poterit eius Vicarius huiuſmodi cauſis ſe
36 ingerere: quia Epiſcopus † conſtituendo eum Vicarium ſimpliciter, non in altera tantum, nec etiam prædictam facultatem concedere videtur in vna illarũ, ſed in vtraque: & quod poterit Vicarius in vna, poterit etiam in altera, quemadmodũ docet Cardin. Zabarella *in Clementina 2. num. 3. in fi. de Reſcriptis.* quem refert & ſequitur Sbrozzius, *lib. 1. quæſt.* 27. *num.* 10. *d. tract. de Offic. Vic. quamuis eum alleget in d. Clement. quæſt.* 2. *ſed eſt in fine primæ quæſtionis.* Hactenus de Vicarijs Dominorum Epiſcoporum.

Quæri nunc ſubſequenter oportet,
37 Nunquid † Vicarius Capituli, Epiſcopali ſede vacante, habeat eandem facultatem, quam ipſemet Epiſcopus, ita vt valeat procedere contra eoſdem Delinquentes ad Eccleſias fugientes, extrahendo illos, & tradendo, ſi opus fuerit, curiæ ſeculari? Et videretur dicendum quod ſic, ea ratione: quia in hac Conſtitutione nulla fieri videtur mentio de ſimilibus Vicarijs: vnde ſi Gregorius voluiſſet, expreſſiſſet, ſicuti loci exempti

„ *curiæ ſeculari, &c.*

Quibus verbis liquet, quod ſemper requiritur perſona Epiſcopi. Quare
44 licet prædictus Vicarius † Capituli, vel ipſummet Capitulum iuriſditionem habeat Epiſcopalem, & vnâ eademque perſona cenſeatur cum præmortuo Epiſcopo; non tamen ſuccedit omnino in totam & plenariam eius iuriſditionem, ſed cum limitatione. Imo quidam regulam conſtituunt vniuerſalem negatiuam, dicentes, Capitulum non ſuccedere in eius iuriſditionem, niſi in caſibus permiſſis: quidam vero econuerſo, dicunt enim in omnia ſuccedere, quibuſdam exceptis, vt poſt Nauarrum, *Conſil.* 31. *num.* 2. *de Tempor. ord. in antiquis*, refert Stephanus Quarãta, *d. tit. Capit. ſede vac. poſt d. num.* 1. *in* §. *Tertio intellige. poſt med.* Vnde, quicquid ſit, quia reliqui Ordinarij ſunt excluſi: & ipſum Capitulum, vel eius Vicarius non eſt Epiſcopus, ſed tantum dicitur Ordinarius, *vt dixi ſup. num.* 4. ergo cum cæteris Ordinarijs excluſus cenſetur.

45 Illud † autem, quod Quaranta dicit ex d. Concilio Trid. vt. ſ. illa dictio taxatiua non excludat Capitulum ſede Epiſcopali vacante, non obſtat in caſu noſtro, quia pari paſſu ambulat Capitulum tunc temporis cum cæteris Ordinarijs, qui iuriſditionem habent Epiſcopalem: nam per illam prædictam dictionem, non cenſentur excluſi a poteſtate ſe intromittẽdi in illis caſibus, de quibus ibi tractatur, vti declaratum extat a Sacra Congregatione *ſuper d. Concil.* quemadmodum accepi a bibliotheca d. Illuſtriſſ. Domini Ioannettini Auriæ: (quod forte probari videtur in princ. eiuſdem textus) Sed reliqui Ordinarij, qui Epiſcopalem exercent iuriſditionem, per hanc Conſtitutionem excluduntur, cum reuera non ſint Epiſcopi, ſed ipſis inferiores: Ergo & Capitulum, aut eius Vicarius ſimul cum eiſdem cenſetur excluſus, cum nec Epiſcopus, nec par, ſed inferior ſit, vt patet ex præmiſſis: quia
46 eius iuriſditio eſt limitata. Imo † alij Ordinarij maiorem habent iuriſditionem, quam ſimilis Vicarius, vt cognoſci poteſt ex relatis per Quarantam *in d. rub. Capit. ſede vac.* qui plures caſus refert, in quibus non valet ſe intromittere d. Vicarius: quorum aliqui tãtum ſunt prohibiti alijs
47 Ordinarijs. Sed, ne † res exẽplis egeat, *iuxta tex. in l.* 1. *ff. de Præſc. ver.* hoc ſolũ trado, vt inferius Epõ Capitulũ demõſtret: nã ille literas dimiſſorias cõcedit ſuis ſubditis, vt ab exteris Epĩs ordinari valeant: & nihilominus Vi-
48 carius † Capituli, ſede Epiſcopali vacante, (licet antea facultatem hanc haberet) non poteſt, niſi anno elapſo prædictas literas concedere, *Quaranta, loco cit. ſub num.* 1. §. *Decimo quæro.* & ſimiliter de alijs multis, quia non eſt locus noſter de his plenius tractare.

Neque hic diſputãdum eſt de poteſtate dicti Vicarij conſtituti a Capitulo ſede Epiſcopali vacante, vel de ipſomet Capitulo, quia quod de vno dictum eſt, de alio affirmatur, vt conſtat ex præcitatis verbis Bonifacij VIII. Itaque illud ipſum eſt dicere, An Vicario Capituli, vel ipſimet Capitulo competat dicta facultas: quia ſi eam non habet Capitulum, nec eius Vicarius habere poteſt, cum omnem poteſtatem & iuriſditionem ab eodem Capitulo recipiat, a quo eſt conſtitutus: Vnde facta electione Vicarij, ſi Capitulum ſuccederet in hanc facultatem, dubitari forte poſſet, an etiam illa facultas in eundem Vicarium tranſiret cum vniuerſitate
49 cauſarum, ſicuti † de quibuſdam, præter hanc, dubitari contingit, vt refert Quaranta, *d. Capit. ſede vac. num.* 4. *in princ.*

in princ. dum quærit, An facta electi-
one Vicarij, videatur in eum tranſla-
ta omnis poteſtas a Capitulo, ita vt
nihil remaneat penes ipſum? Et quo-
niam quod principale eſt, negamus:
ergo & de eius acceſſorio ſiue conſe-
quenti non eſt quærendum.

50 Quod † procedit etiam quando
Capitulum, Epiſcopo agente in re-
motis, Vicarium conſtituerit: quod
facere poteſt, ſi forte Vicarius ab eo
conſtitutus ab hac luce diſcederet, vt
eueniſſe in Vrbe Neapolis, refert
Quaranta *in d. tit. Capit. ſede vac. nu.*
12. & Genuĕſis *in ſua Praxi Archiep.*
51 *cap.* 84. *num.* 11. Agere † vero in re-
motis ille dicitur, cuius præſentia fa-
cile in breui haberi non poteſt, *d. cap.*
vnico. §. fi. vbi Gemin. & aly. Ne ſede
vac. in 6. & Glo. in c. Cum nullus. ver-
bo, Remotis, de Tẽpor. ord. d. lib. 6. quos
tradit idem Quaranta lo. cit. Ac idem
dicendum eſt, ſi Epiſcopalis ſedes
quaſi vacaret, *iuxta text. in c. Si Epi-*
ſcopus de Supplenda neglig. Prælat. eo.
52 *lib. 6.* hoc eſt, ſi Epiſcopus † a paga-
nis, vel ſchiſmaticis fuerit captꝰ: quia
tunc ſedes, ac ſi per mortem Epiſcopi
vacaret, cenſetur. Sed in hoc caſu de-
bet Capitulum quam cito cõmode
poterit, Sedem Apoſtolicam conſu-
lere, quæ neceſſitati Eccleſiæ, ſi expe-
dire videbitur, prouidere valeat. *ſecũ-*
dum præd. tex. in c. Si Epiſcopus. Quæ
ſi nõ de Epiſcopo, ſed de alio ei pro-
53 uidebit; etiamſi is fuerit † Conſerua-
tor, non poterit in his caſibus ſe in-
tromittere, vt in hac Conſtitutione
patet, *poſt verba ſuperius relata*, ibi:

„ *Aut Cõſeruatores ab hac Sede ſpe*
„ *cialiter, vel generaliter deputati.*

54 Qui † vero ſint huiuſmodi Conſer-
uatores, tradit Sbrozzius *in d. lib. 2.*
quæſt. 27. de Offic. Vicarij.

55 Succeſſiue quæro, quid ſi † cauſa
cœpta fuerit corã Epiſcopo, iſq; po-
ſtea, non dum ea finita, moriatur, vel
alio modo Eccleſiã vacare cõtigerit,
56 (vt † videre eſt Vgolinum *de Cenſu-*
ris, tab. 1. cap. 4. in princ. num. 12.)
num coram Vicario Capituli, vel ip-
ſomet Capitulo finẽ accipere debeat,
ita vt ſi opus fuerit, Delinquentium
aliquem ſeculari curiæ conſignare,
valeat, ſicut & ipſemet Epiſcopus, ſi
viueret? Et forte videretur dicẽdum,
quod ſic: nam hæc Conſtitutio tan-
tum prohibere videtur extractionem
ab Eccleſia, quæ ad ſolos Epiſcopos
(prout diximus) vult ſpectare, dum
inquit:

„ *Ne autem curia ſecularis, &c.*
„ *propria auctoritate extrahẽdi &*
„ *abducendi ſibi olim, &c. ſine ex-*
„ *preſſa licentia. Epiſcopi, &c. præ-*
„ *dictam licentiam dandi facultas*
„ *pertineat.*

Ergo, vt erit extractus, poterit cauſa
per quemlibet determinari, qui Epi-
ſcoporum tenent locum, vti ſunt hu-
57 iuſmodi Vicarij † conſtituti a Capi-
tulo, qui in iuriſdictionem Epiſcopa-
lem ſuccedunt, & dicuntur eorum
ſucceſſores, nõ eorum Vicarij, *Sbroz.*
d. quæſt. 15. nu. 4. eo. lib. 1. Quoniam
58 commiſſa, † vel delegata cauſa Vica-
rio Epiſcopi, non poterit Capitulum
vel eius Vicarius in ea ſe intromitte-
re, vt eleganter refert Fel. *in c. Eam te.*
num. 17. ſup. de Reſcriptis. quem om-
nes pro hac re allegant: Sed quia ſuc-
59 ceſſor † & prędeceſſor vna eademque
perſona cenſetur, *Sbroz. d. quæſt. 15.*
num. 15. & 16. ergo videtur, quod eo
non obſtante, quod prædictam ex-
trahendi licentiam dare non poſſit,
non tamen prohibitus cẽſetur cauſam
proſequi, illamue terminare. Cõtra-
rium nihilominus puto verius: quia
noſtra Conſtitutio non tantum pro-
hibet extractionem, verum & ipſius
cauſæ cognitionem, dum dicit:

„ *Tunc ad Epiſcopum viciniorem*
„ *deuoluatur hæc cognitio, & nõ ad*
„ *alios,*

„ *alios capere, extrahere, aut incar*
„ *cerare, &c. Nec inde abſtrahi,*
„ *curiaq; ſeculari prædicta conſi-*
„ *gnari, nec tradi poſſint, niſi cogni-*
„ *to prius per Epiſcopum, ſeu ab eo*
„ *deputatum &c. tuncque demum*
„ *de mandato Epiſcopi per Iudicem*
„ *Eccleſiaſticũ curia ſeculari quā-*
„ *cunque appellatione poſtpoſita,*
„ *conſignentur.*

Vnde ex his probatur, quod omnino in tota cauſa Epiſcopus ſolus ſit competens Iudex: cæteri vero, quamuis iuriſditionem habeāt Epiſcopalem, vel per ſucceſſionem, vel quomodolibet, nunquam ſe intromittere poſſunt: alias fruſtratorium eſſet, quod Epiſcopus extraheret Reos ab Eccleſia, & poſtea per alium eo inferiorem cauſa finem haberet: cum intentio Papæ ſit prouidere in caſu, quo quis curiæ prædictæ tradi debet, non autem ſuper extractione, vt patet in illis prædictis verbis:

„ *Nec inde abſtrahi, &c. donec per*
„ *Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum,*
„ *&c. tuncque demum de mandato*
„ *Epiſcopi, &c.*

Quapropter deficiente Epiſcopo, nemo alius (vt in præcedentibus diximus) poſtea ſe intromittere valebit. Nam nonne omne agēs, agit propter finem? ergo in his caſibus finis ſpectandus eſt, qui non poteſt dici illa extractio ab Eccleſia, ſed eſt traditio, quæ facienda eſt curiæ ſeculari, vt Delinquentem in ſuam recipiat poteſtatem, & pœnis per leges impoſitis eum punire poſſit: Hæc ſi quidem eſt finalis cauſa noſtræ Conſtitutionis,
60 (vt patet in verbis ſupradictis) quæ † maxime attendenda eſt, *l. ſi. ff. de Hæredibus inſtituendis.* Sed quia Vicarius prædictus Reos ab Eccleſia, vel alijs ſupra enumeratis Locis extrahere non poteſt: neque debet poſt ipſam extractionem in eorum cauſis
61 ſe intromittere: nam qui † non poteſt quod minus eſt, neque poterit quod eſt maius, *per Iura quæ refert Decius in l. Non debet cui. num. 2. verſic. Et contra.*

62 Sed quid † dicendum de Vicario Epiſcopi, cui facultas extrahendi, & procedendi ab eodem Epiſcopo fuerit conceſſa, ſecundum ea quæ ſupra diximus *in princ. præſentis* §. Nunquid in huiuſmodi caſibus, hoc eſt, quando Eccleſia Paſtore vacet, poterit adhuc ſe ingerere? Et videtur dicendum quod ſic: nam poſtquam res non eſt integra, iuriſditio eius adhuc durare videtur, ea ratione: quia Vicarius in his cauſis non poteſtate ordinaria, ſed delegata ſe intromit-
63 tit: ſed delegati † poteſtas, re non integra, durat etiam poſt mortem delegantis, *l. Si quis, vbi Bart. Alex. & alij, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum: textus in c. Cum plures, de Offic. deleg. lib 6. plene Sbroz. d. tract. de Off. vic. lib. 3. quæſt 45. num. 2.* Ergo apparet, quod Vicari⁹ adhuc poterit vlterius procedere, morte Epiſcopi, vel eius diſceſſu ab Eccleſia non obſtante: & clarum enim eſt, quod res amplius non poſſit dici integra, quādo Vicarius aliquem de mandato Epiſcopi ab Eccleſia extraxerit, & præſertim, ſi poſtmodum vltra proceſſerit, *iuxta tex. in prad. c. Cum plures iuncta Glo. in verbo, Inchoante. & Sbroz. d. quæſt. 45. num. 1.* Nihilominus contrarium affirmandum eſt per id, quod dicit Sbrozzius *in d. quæſt. 45. in ſubſeqq.*
64 *numm.* dum refert, quod poteſtas † & iuriſditio Vicarij tādiu durat, quandiu duratura eſt illa Epiſcopi: *quibus adde quæ tradit in præcedēti quæſt. 42. poſt num. 3. & in alijs præcedentibus quæſt. 17. & 18. num. 7. poſt med. & num. 10. d. lib. 3.* Sed hoc forſan quod dicitur de eius poteſtate tandiu duratura, &c. poſſet quis intelligere de pote-

poteſtate ordinaria,non de delegata: ſecus autem quando vtitur delegata:
65 quod poteſt eſſe:quia non † in omnibus caſibus procedit iure ordinario, ſed etiam aliquando iure delegato, in eis, ſcilicet,qui fuerint ei commiſſi ex ſpeciali cõceſſione, quamuis alias in eius generali mãdato comprehendi potuiſſent,ſed Epiſcopus illos ſibi reſeruauerit, *Stroz. lib.* 1. *quæſt.* 28. 65. *&* 67. vti quoque in præſenti caſu appatet. Quo tamen nõ obſtante, pro parte negatiua tenendum eſt, vt patet in hac noſtra Conſtitutione, quę ſemper,vt diximus,oẽs excludit, præter ſolos Epiſcopos, quibus ſolis committit, vt poſtquam illi aliquem deputauerint ſuper tali negocio, debent Reum tradere,& cõſignare Curiæ ſeculari,ſi opus fuerit:quod patet illis verbis ſuperius traditis,ibi:

„ *Tuncque demum de mandato E-*
„ *piſcopi per Iudicem Eccleſiaſti-*
„ *cum, &c.*

Vnde per hanc diſtinctionem quam ponit inter Epiſcopum & alium Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu quemuis alium ab eodem Epiſcopo ſimili negocio deputatum, omnino mea quidem ſententia quamlibet controuerſiam ceſſare non dubito. Quod nedũ pro dicto Vicario Epiſcopi, ſed pro quouis alio intelligendum eſt, quia pariter ambulant in his, vt ex prædictis patet.

66 Concludẽdum igitur,quod ſolis† Epiſcopis, licet in cauſis Reorũ ad Eccleſias cõfugientium ſe intromittere: cæteri vero Ordinarij, quicunque ſint,ſemper cenſentur excluſi, vt patet in præcitatis verbis Conſtitutionis noſtræ,ab illis,ſcilicet,

„ *Ne autem Curia ſecularis, &c.*
„ *vſque ad* §. *De crimine vero hæ-*
„ *reſis.*

67 Limitarem † tamen hanc amplam concluſionem quo ad quædam, hoc eſt,quãdo quis aufugerit ad aliquam Eccleſiarum,in qua alia loca, præter ipſam ſolam Eccleſiam,non fuerint: quia indecorum valde eſſet,Reum in eadem Eccleſia morari, & ibi corporis neceſſaria peragere; vel ſi aufugerit ad aliquod Monaſterium monialium, in quo paululum morari non licet: in hoc enim caſu ſi non poterit ſtatim haberi copia Epiſcopi, a quouis Iudice Eccleſiaſtico eiuſdem loci Superiore extrahi poterit, & in tuto reponi,donec Epiſcopus adeatur, & cauſa coram ipſo agitetur,*ratione infra dicenda in num.* 74.

68 Sed quid † faciendum in his caſibus,hoc eſt,quãdo cœpta fuerit cauſa coram Epiſcopo, qui, adhuc illa durante,ſedem vacare contingat, an ſit exſpectandus nouus Epiſcopus, qui cauſam agitet, & ad finem vſque procedat: an vero debeat deuolui cognitio ad Epiſcopum viciniorem? Et videtur dicẽdum, quod debet exſpectari vſquequo prouideatur de nouo
69 Paſtore: nam iudicium † vbi cęptum eſt, ibi & finem habere debet, *l. Vbi cœptum, ff. de Iudicijs.* ergo remanere debet in ea Diœceſi, in qua fuit inceptum. Huic tamen reſpondebo breuiter cum Paulo Caſtrenſi *in d. l. Vbi cœptum, poſt num.* 4. *vſque ad finem*, qui poſt Bart. *ibidem* duos caſus pro præſenti materia decidere videtur:

Quorum vnus eſt ſupra proxime
70 relatus: Alter vero,quando † fuit deuolutum ius ad Epiſcopum viciniorem defectu Epiſcopi eiuſdem loci, vbi fuerit Reus capiendus: quo caſu quæri poteſt, An ex ſuperuenientia noui Epiſcopi ſuſpendatur iuriſditio Epiſcopi vicinioris, ad quem ius deuolutum fuerit, nõdum cauſa finita, & redire debeat ad proprium Epiſcopũ? An vero debeat determinari per eundem viniorem? Et concludenter
71 reſp. ad primum, † (quando.ſ. Epiſcopus

ſcopus loci durante cauſa obierit, vel
alio modo Eccleſia vacet) quod ſi
ſperatur de proximo nouus ſucceſ-
ſor, hoc eſt, Epiſcopus, debet exſpe-
ctari: qui cauſam determinabit: alias
ſecus, quia trahi poterit coram alio
viciniori: quæ deciſio concordat cum
eo, quod ſecundo loco, *in num.* 5. tra-
dit Caſtrenſis: a qua non videtur diſ-
ſentire Dominus Abbas, qui *in cap.*
Poſtulaſti, inf. de Homic. in num. 2.
72 dicit, quod *prædictus* textus † in l. Vbi
cœptum, locum habet quando tota-
liter poteſt ibi effectum conſequi, vbi
cœpta fuerit cauſa: ſecus ſi non po-
teſt ibi habere exſecutionem, etiam
per impotentiam facti: quod proce-
dere videtur in caſu noſtro. Nam cū
hæc Conſtitutio velit, quod ſemper
in huiuſcemodi caſibus iudex eſſe de
beat Epiſcopus, ſequitur, quod mor-
tuo Epiſcopo, per impotentiam facti
lis amplius determinari non poſſit: &
per conſequens non obſtabit ſi alio
iudicium transferatur: *huic ſuffra-*
gatur alibi idem Abb. in c. Propoſuiſti.
num. 12. *in fi. ſup. de Foro compet. Io.*
de Anan. & alij relati per Gabr. Rom.
in ſuis Comm. Concluſſ. lib. 2. *tit. de*
Iudicijs, concluſ. 1. *num.* 29.
73 Quo ad ſecundum caſum, quādo
ſ. ſuit deuolutum ius ad viniorem, an
ex ſuperuenientia Epiſcopi ipſiuſmet
loci ceſſent partes d. vicinioris Epi-
ſcopi, Reſp. vt dixi, cum eodem Pau-
lo Caſtrenſi *in d. l. Vbi cœptum. in præ-*
ced. num. 4. quod cauſa debet trahi ad
Epiſcopū loci, vbi capt° fuerit Reus.
Et ratio eſt, quia illud ius deuolutū
eſt ad ipſum Epiſcopum propter ne-
74 ceſſitatem, quæ † facit licitum quod
alias nō erat: vnde, ceſſāte hac neceſ-
ſitate, lis trahi debet coram primo,
hoc eſt coram proprio Iudice: verba
Caſtrēſis ſunt aperta, quæ vellem hic
referre: ſed quia non dubito, quod
omnes ſuam habeant lecturam, ideo
illa huc tranſcribere omiſi.

Non obſtat quod diximus ſupra
in num. 32. *&* 34. hoc eſt, quod Epi-
ſcopus vicinor in hoc caſu nō ſit Or-
dinarius, ſed delegatus: vnde vide-
retur dicendum, quod poſtquam ſe-
mel ſe intromiſerit, nō deberet ab eo
cauſa extrahi, ſed ab eodem ad finem
vſque determinari, ſecundum proxi-
me ſuperius relata *poſt verſ. Sed quid*
dicendum, nu. 63. dum diximus, quod
delegati poteſtas non expirat re non
integra: Quia reſp. per eandem ra-
tionem hic proxime traditam: nam
huiuſmodi cauſæ non ſunt ei directe
& ſpecialiter delegatæ ab homine, ita
vt mortuo delegante, eius iuriſditio,
re non integra, non expiret, ſed pro-
ueniunt a lege ex quadam neceſſita-
te: vnde ceſſante illa neceſſitate, ceſ-
ſat illius poteſtas.
75 Hanc † autem concluſionem limi-
tarem, quando deuolutum eſt huiuſ-
modi ius ad Epiſcopum viciniorem
ob denegatam iuſtitiam ab Epiſco-
po loci, prout dicemus *inf.* §. *ſeq. ſub*
verſ. Intelligerē autē. ſub nu. 79. quia
tunc non debet amplius ſe intromit-
tere, vti Gabr. Rom. *in d. Concluſ.* 1.
nu. 27. refert, dicens prædictum textū
76 † in l. Vbi cœptum, limitandū, quan-
do primus Iudex eſt negligens in ad-
miniſtranda iuſtitia, quia tunc alius
adiri poteſt non obſtante litis pen-
dentia coram primo, *allegat Bart.*
Ang. Rom. Imo. & Alex. in l. Quam-
uis. ff. de Damno infecto. Fel. & An-
char. & alios: ſed plures quoque tradit
Fel. loco ab eo citato in c. Ex tenore, nu.
17. *circa fi. in ſuamet. Addit. verſic.*
Fallit ſecundo.

Diximus, quod ad Epiſcopum vi-
ciniorem huiuſmodi cognitio debet
deuolui: his verbis probatur, quod
77 pro † Epiſcopo vicinioris diœceſis
intelligēdum eſt, non autem pro eo,
qui vicinior fuerit in loco capturæ:

Vu nam

nam etiamſi Epiſcopus,qui non fuerit vicinioris diœceſis, præſens reperiatur in loco vbi facienda eſt extractio,non poterit huiuſmodi cauſis ſe interponere, cum nō in propria ſede, nec vicinior dici poterit, ſicut velle videtur hæc Cōſtitutio noſtra: quia, dato caſu, quod coram eo iudicium agitari incipiat: ſi tamen poſtea diſcedere volet, & ad ſuam reuerti ſedē eo non finitó, quomodo poterit amplius vicinior dici? Nec propter cauſas coram eo cœptas diutiùs permanere debet in aliena diœceſi,& a ſua abeſſe, quia hoc prohibetur, vt iam ſupra relatum eſt *in §. IX. nu. 19. Cap. IV*. Ergo omnino pro eo,qui in viciniori diœceſi fuerit conſtitutus, ſumendum eſt.

Si tamē dictum Epiſcopū vicinioris diœceſis in loco capturæ forſitan reperiri contingat, tunc non eſſe ambigēdum puto, quod ibidem poterit iudicium incipere, & terminari, obtenta prius licentia Ordinarij ipſius loci: nam communis fertur ſententia Doctorum *in l. Extra territorium, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum*, quod li-
78 cet † iuriſditio contentioſa non poſſit in alieno territorio exerceri, fallit tamen quando datur facultas a Iudice loci.

Nunc deueniamus ad id quod tradit Dominus Alexāder Ambroſinus *ſuper hac eadem Conſtit. cap. 11. poſt. num. 2.* qui duo tantum mouet dubia ſuper prædictis verbis a me ſæpiſſime citatis, *vti dixi ſupra in Initio præſentis Cap. in fine, in verſic. Hinc igitur.*

79 Primum eſt, An † Epiſcopus, cui vigore huius Conſtitutionis cōmiſſa eſt cognitio ſuper remiſſione Delinquentium ad curiam ſecularem, debeat etiam ad effectum præmiſſum recipere probationes ſuper prætenſo delicto? an vero teneatur ſtare proceſſui fabricato per eandem curiam ſecularem? Et concludit dicens, nullam fidem facere proceſſum factum per iudicem laicum, ſed ab ipſomet Epiſcopo fieri debet.

80 Secundum dubium eſt, An † ſufficiat de delicto conſtare per inditia & præſumptiones? an vero debeat id per concludentes probationes liquere? Et dicit, quod debet conſtare vere de delicto: non autē per præſumptiones & coniecturas: pro quorum vberiori materia idem Ambroſinus videri poteſt, & inter noſtros Siculos Dñus. Anton. de Ballis *in ſuo tract. allegato ſup. Cap. præced. §. IV. poſt*
81 *num. 7.* Qua de cauſa omnino † reijciēda eſt illa Deciſio Antonij Gamę, *in Deciſſ. ſuis, 179.* vbi dicitur, quod Delinquētes qui fugerunt ad Eccleſiam, torqueri poterunt, ſi per inditia conſtiterit, eos commiſiſſe aliquod crimen exceptorum. Hinc etiam Ri-
82 tus † huius Regni de modo procedēdi ex abrupto in his caſibus non eſt ſeruandus: Imo & quodlibet Ius & commune, & ſtatuarium aliter diſponēs, quam ſupra dictum eſt, omnino ceſſare debet: quia ſi delictum non fuerit plene probatum ob defectum probationum, Reus non eſt torquendus, nec aliqua pœna afficiēdus: alias ſi contrafactum fuerit, eſſet directe contra hanc Immunitatem, quæ liberat Reos a pœnis corporalibus, *vt diximus ſup. Cap. I. §. I. & plenius dicetur inf. §. III. huiuſmet Capitis.* Et ideo noſtra Conſtitutio requirit veras probationes, vt dictum eſt: quod patet in illis verbis: *poſt d. verſic. Ne autem Curia ſecularis, &c.* ibi:

,, *Niſi cognito prius per Epiſcopum,*
,, *ſeu ab eo deputatum, an ipſi VERE crimina ſuperius expreſſa cōmiſerint, &c.*

Dicit tandē hæc Cōſtitutio, quod
83 poſtquam † Reus fuerit traditus ſeculari curiæ, non valebit appellare: quod

quod legitur ſtatim poſt verba ſupra proxime relata, hoc modo:

„ *Tuncque demum de mãdato Epi-*
„ *ſcopi, per Iudicem Eccleſiaſticum*
„ *curiæ ſeculari, QVACVNQVE*
„ *APPELLATIONE POSTPO-*
„ *SITA, conſignentur.*

84 De hac † clauſula videri poteſt Vitalis de Gambanis *in tract. Clauſularum, in verbo eodẽ, hoc eſt, Appellatione remota. per tot.* qui cõcludens, inquit, quod illud intelligitur de appellatione friuola: videri quoque poteſt Dominus Abbas *in ſuo Repertorio, in verbo, Clauſula, Appellatione remota.* Guido Papæ, *Deciſ.* 50. *num.* 2. Speculator *in lib.* 2. *tit. de Appellat.* §. 2. *num.* 34. & vndique alij.

85 Sciendum tamen, quod licet † aliquando ſit prohibitum appellari, nõ ideo minus cenſetur denegatum remedium nullitatis, vt poſt Bal. & Salic. *in l.* 1. *C. Si de moment. poſſeſſ. fuerit appell.* Francum *in c. Dilecti. quæſt.* 49. *de Appellatt.* & Alexandrum *in Conſil.* 2. *vol.* 2. refert noſter Siculus Ioſeph Cumia *ſuper Ritu, cap.* 44. *nu.*

86 9. idem † tradens de alijs remedijs, vt de ſupplicatione, quæ alias dicitur reuiſio: de querela, & ſimilibus, *vt legi poteſt in ſubſeqq. num.* 10. *&* 11. *vbi plures allegat.* Et in terminis noſtris melius facit quod tradit Menoch. *lib.* 1. *de Arbitr. iud. quæſt.* 70. *num.* 24. *& aliqq. ſeqq.* dicens, quod licet appellari non poſſit a ſententia delegati, cui commiſſa eſt cauſa cum clauſula, Appellatione remota, attamen ſupplicari poteſt: non enim remota appellatione, dicitur reiecta ſupplicatio: de quo eum vide.

Poſtremo loco eſt aduertendum, quod hæc Conſtitutio ceſſare facit

87 omnem controuerſiam, an † ſ. irregularitatẽ incurrat Epiſcopus, tradẽdo huiuſmodi Reos curiæ ſeculari, quia verbis expreſſis in ea patet non fieri irregularem, dum ait *ante d. verſ. Ne autem curia ſecularis, &c.*

„ *Quando a curia ſeculari fuerint*
„ *requiſiti, vel quilibet eorum fue-*
„ *rit requiſitus, miniſtris & offici*
„ *alibus curiæ ſecularis ABSQVE*
„ *IRREGVLARITATIS NO-*
„ *TA, AVT ALICVIVS CEN-*
„ *SVRAE ECCLESIASTICAE*
„ *INCVRSV tradi, & conſignari*
„ *curent, & faciant: & quilibet*
„ *eorum curet & faciat.*

Quod an eodẽ iure veteri probetur, nolo hic amplius me extendere: ſufficit tamen quod hodie ſic ſancitum exſtet.

Vnum adhuc non omittam: quia dum noſtra Conſtitutio loquitur de

88 Epiſcopo, † non debet intelligi pro eo, qui eſt electus, & confirmatus, licet adminiſtrationem habeat, *iuxta tex. in c. Cum in cunctis. §. Cum vero. & ibi Gloſ.* 1. *ſup. de Elect. & text. in cap. Auaritiæ. d. tit. in* 6. quia is vere non eſt Epiſcopus, vt diximus *ſup. Cap. praeced.* §. *XII. num.* 5. *& tradit Fel. in d. c. Eam te. num.* 1. *ſup. de Reſcriptis.* Vnde cum non poſſit dici Epiſcopus, nec poterit ſe intromittere: ſed puto concurrere cum cæteris Ordinarijs. Idem a fortiori dicẽdum eſt de eo qui Epiſcopatui renuntiauit, *vt d.* §. *XII. n.* 6. *diximus*, quia is nullam habet iuriſditionem, licet Epiſcopus adhuc vocetur.

Poſt hæc, quæ ad iuriſditionẽ pertinent: videndum eſt de Pœnis, quæ aduerſus contrafacientes impoſitæ ſunt: poſtremo tandem de huius Immunitatis Effectu: de quibus in ſeqq. §§. dicendum eſt.

SVMMARIA.

1 *Iura exſecutioni mittenda.*
Non exſequenti pœna indicenda, nu. 2.
3 *Immunitatis huius violatoribus quæ*

 pœnæ

pœna de iure veteri, tũ Canonico, tũ Cæſareo ſint inflicta? num. 58.
Et quæ de Iure nouo vel nouiſſimo? nu. 4. & 19. & 25.
Extẽduntur ad eos, de quibus agitur in numeris 36. 38. 39. 41. 51. 52. 54. 60. 62. 70. & *num.* 80. *verſic. Intelligerem, &c.*
Abſolutio a pœna de Iure Pontificio impoſita ad quem ſpectet? num. 31.
Ignarus huius Conſtitutionis an contrauenie͂do, eius pœnas incurrat? nu. 89. & 94.

5 *Tituli generales vtriuſque Iuris, Pontificij. ſ. & Cæſarei tractantes de Immunitate ſecundum noſtram præſentem Rubricam.*

6 *Caietanus impugnatus a Couarruuia, dum dixit, Immunitate͂ Eccleſiaſticã a libertate Eccleſiaſtica differre, defenditur ſecundum quid: & per aliqq. numm. ſeqq.*

7 *Immunitas Eccleſiaſtica an ſit ea, de qua loquitur Caietanus? & num.* 12.

8 *Libertas Eccleſiaſtica quid, ſecundum Caietanum?*
Eius violatores an ſint excommunicati? num. 30.

9 *Couarruuias dum impugnat Caietanum dicentem Immunitatem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica libertate differre confutatur.*
Item dum hanc Immunitate͂ vocat Immunitatem Eccleſiarum, num. 15.

10 *Immunitas Eccleſiarũ in ſpecie ſumpta an differat ab Eccleſiaſtica libertate?*
Quid ſit? num. 11.
Quare ſic vocetur? num. 13.
Eius violatores an violaſſe perhibentur Immunitatem, vel libertatem Eccleſiaſticam? num. 18.

14 *Eccleſia quando pati dicatur?*
Spoliata ſtatim ante omnia reſtituenda, num. 24.
Tanquam mater ab omnibus defendenda, num. 50.
Eius oſtia quibuſuis ingredi volentibus patere debent, num. 61.
Habens Epiſcopum inutilem, viduata cenſetur, num. 81.

16 *Textus in Extrauaganti prima inter communes, incip. Inter cunctas, ſub tit. de Priuilegijs, in* §. *Incendiarios, de qua Immunitate tractet?*

17 *Rubrica totius noſtri Tractatus quomodo capiatur?*

20 *Alexandri Ambroſini lapſus ſuper hac Conſtitutione, cap.* 15. *num.* 4.

21 *Tiberij Deciani lapſus in ſuis Tractat. crimm. lib.* 6. *cap.* 28. *alias* 29. *nu.* 1.
Declaratus, num. 27. *Item*
Eiuſdem lapſus in d. lib. 6. *cap.* 27. *nu.* 5. *vide ſub num.* 59.

22 *Extractor Reorum ab Eccleſia an ſit de iure veteri ipſo facto excommunicatus?*
Et quid de iure nouo? ibidem d. nu. 22. *in fi. mouetur dubium.*
Reſoluitur, nu. 29. & *quibuſdam ſeqq.*
An volens probare delictum eſſe de exceptis, ne Reum, quem de facto extraxit, Eccleſiæ reſtituat, ſit audiendus? num. 23.
Quid ſi non fuerit captus in Locis hic ſup. enumeratis. ſed prope Eccleſiam, e qua exierit ad exonerandum corpus, an poſſit detineri? nu. 26. & 27.

28 *Reſtitutio perſonæ auulſæ de facto ab Eccleſiaſticis Locis, quomodo ſit facienda?*

32 *Caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper cenſura annexi.*

33 *Cenſuræ appellatione quid continetur?*

34 *Marcus Antonius Genuenſis in ſua Praxi Archiepiſcopali, cap.* 22. *num.* 3. *reiectus.*

35 *Extrauagans Conſtitutio nondum inſerta in Corpore Iuris, quando cenſeatur reuocata?*
An faciat Ius commune? num. 91.
Vtrum contra eam ignorantia admittatur? num. 92.

37 *Bigamus an efficiatur qui in ſacris cõſtitutus cum corrupta, vel cum ſecunda*

cunda de facto contrahat?
40 *Legem infringere quis dicatur?*
42 *Antonius Gama in Deciſione 52. reiectus; vide etiã in aliqq. ſeqq. numm.*
43 *Extractus indebite, Iuris ordine non ſeruato, ſi interim delinquat, an, antequam Eccleſiæ reſtituatur, poſſit pro illo delicto puniri, & poſtea Eccleſiæ reſtitui?*
44 *Reſiſtere an poſſit Reus officialibus volentibus eum extrahere iuris ordine non ſeruato? & num.* 48.
Et quid in alio volente Reum liberare? num. 49.
45 *Exſequutoribus curiæ iniuſte exſequẽtibus an reſiſti poſſit? & aliqq. ſeqq. numm.*
46 *Oppreſſo an liceat auxilium dari? & tribus ſeqq. numm.*
47 *Abbatis Panormitæ lapſus.*
52 *Obſideri an poſſit Eccleſia, ne Reo alimẽta, veſtitus, & ſimilia deferãtur?*
Quid ſi ne inde aufugiat, obſideatur? num. 53.
54 *Textus in l. Præſenti, in princ. in illis verbis,* AVT NVDA SALTEM COGITATIONE ATQVE TRACTATV, *&c. C. eod. tit. noſtro, declaratur: & aliqq. ſeqq. numm.*
An ſit caſus ſpecialis fauore Eccleſiæ ſecundum quorundam opinionem? num. 57.
55 *Menochij lapſus: & numero ſeq.*
56 *Cogitatio nuda vtrũ poſitiuo iure puniatur?*
63 *Hyppolitus de Marſilijs in l. vnica, nu.* 111. *C. de Raptu Virginum; & in Praxi criminali, in verſic. Vlterius, num.* 4. *reiectus.*
64 *Adulteri an, iure ciuili permittẽte, poſſint occidi etiam interpoſitis horis, poſtquam fuerint in ipſa turpitudine deprehenſi?*
65 *Iaſon in l. Extra territorium, nu.* 4. *ff. de Iuriſd. omnium Iudicum; ab impugnatione Cagnoli defẽſus: & duobus numm. ſeqq.*

66 *Percutiens eum, quem quis extraxit de loco, vbi ſi eum percuſſiſſet, grauiori pœna puniendus eſſet, an eidem pœnæ ſit obnoxius?*
67 *Fuga & captura vtrũ idem cenſeatur.*
68 *Apicibus Iuris non eſt attendendum.*
69 *Iuriſditio in alieno territorio an exerceri poſſit?*
71 *Captus in vno territorio, & ductus in aliud, an ibi detineri poſſit?*
72 *Vitus Lombardus laudatur.*
73 *Poſſeſſionem beneficij duo ſimul eodem tempore capientes, quis illorum potior ſit?*
74 *Textus in l. Qui neque, alias incip. Solutũ, ff. de Verborũ ſign. intellectus.*
75 *Dubijs in caſibus huius Immunitatis vtrum pro Reo reſpondendum ſit?*
Quid in alijs caſibus? num. ſeq.
76 *Benignitas legibus amica.*
77 *Carcerum cuſtodem decipiẽs etiam ſub iuramento de redeundo ad carceres, vtrum fugiens ad Eccleſiam ab ea ſit tutandus?*
Eorundem effractores an ad hanc Immunitatem admittantur? num. 78.
79 *Citari criminaliter an poſſit Reus dum in Sacro exiſtit?*
82 *Blanditijs, ſubdoliſque verbis vtrum quis allici poſſit, vt ab Eccleſia exeat, abſque violatione huius Immunitatis?*
83 *Caſus excepti a non exceptis an diuerſo iure cenſeri debeãt quo ad extractionem ab Eccleſia, Iuris ordine non ſeruato?*
84 *Renuntiari an poſſit huic Immunitati?*
85 *Fauori pro ſe introducto an cuilibet renuntiare liceat? & num.* 87.
86 *Clerici an poſſint ſuo priuilegio renuntiare? & num. ſeq.*
88 PRAESVMPSERIT, *verbum in noſtra Conſtitutione quomodo capiendũ? & inibi de verbo, Præſumo.*
89 *Ignorantia huius Conſtitutionis an excuſet a pœna in ea contenta? & num.* 93.

Et quid

Et quid de ignorantia legum communium? num.90. Item.
Quid de Extrauagantibus? num.92.
91 *Extrauagans an faciat Ius commune?*
93 *Statutum aggrauans pœnas a Iure communi inflictas, an liget forenſes ignaros?*
95 *Scientiam legis extrauagantis quando quis præſumatur habere?*
Generaliter ſcientia quando præſumatur? num.97.
96 *Scriptura penes aliquem inuenta quando præſumptionem ſcientiæ contentorum in ea inducat aduerſus quem fuerit reperta?*
98 *Captura cõtrouerſia inter Reum & iudicis familiam aſſerentem fuiſſe factam in loco profano, illum autem in Locis ſupra enumeratis, quomodo dirimenda?*
Et a quo Iudice? num.111.
99 *Nuntio curiæ an ſemper fides adhibenda ſit in ijs, quæ ſuum officium concernunt?*
100 *Poſſidẽtis cõditio, melior in pari cauſa.*

§. II.

HVC vſque dictum eſt de illis, ad quos facultas Reos extrahẽdi ab Eccleſia ſpectat: ſed quo-
1 niam parum † eſſet iura condere, niſi eſſent qui ea exſecutioni debitæ demandarent, *cap. Vbi periculum, §. præterea, de Elect. lib.6. & cap. vnico, §. & quoniam, de Statu Regull. d. lib.6. item l.2. §. poſt originem. ff. de Origine Iuris.* Ideo, vt hæc, quæ ſunt in noſtra Cõſtitutione, ſeruentur, o-
2 portuit, † vt ſub aliqua pœna præciperentur, iuxta illud Gen. *cap. ſecundo, ibi:*

» *Tulit ergo Dominus Deus hominem, &c. præcepitque ei, dicens:*
» *Ex omni ligno Paradiſi comede:*
» *de ligno autẽ ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocũque.n. die*
» *comederis ex eo, morte morieris.*

Quapropter Gregorius noſtræ Cõſtitutionis auctor, volens aliquorum coercere audaciam, (licet ſacris ſatis ſit prouide cõſtitutum antiquis Canonibus, vt nemini liceat ab Eccleſiaſticis Locis abſtrahere Reos, alias
3 contrafacienti † pęnæ non leues ſunt impoſitæ, quas ipſummet Cęſareum ius adauget, earumq; meminit Ambroſinus *hic, cap.15.*) ſancitũ reliquit,
4 » *Quod ſi quis † quacunque digni-*
» *tate & auctoritate præditus, præ-*
» *miſſorum aut alio quouis prætex-*
» *tu, quidquam præter, aut contra*
» *huius noſtræ Conſtitutionis teno-*
» *rem attentare præſumpſerit, de-*
» *claramus eum ipſo facto cenſuras*
» *& pœnas eaſdem incurrere, quæ*
» *contra Libertatis, Iuris, & Im-*
» *munitatis Eccleſiaſticæ violato-*
» *res per ſacros Canones, & Con-*
» *ciliorum generalium, noſtrorum-*
» *que prædeceſſorum Cõſtitutiones*
» *ſunt promulgatæ, &c.*

Quæ pœnæ, vt dictum eſt, ab Ambroſino, *d. cap.15.* ſunt collectæ, eaſque commemorat etiam Villagut *in Deciſ. conſult.29. poſt num.70.* Sed illud ſupereſt quod hic dicitur de violatoribus Libertatis Eccleſiaſticæ, de quo plene dicemus ſuis locis, *hoc eſt, in ſeqq. Libris, cum potius illuc, quam huc ſpectet.* Sufficit tamen hic quædã generalia indicare loca, in quibus
5 de illis agitur, vt in Quęſtione † quarta ſub Cauſa decimaſeptima, vbi plura & diuerſa iura traduntur: ſimiliter hic in noſtro Titulo: & in volumine Sexti Decretalium: in Clementinis: & in Extrauagantibus communibus hoc eodem Titulo: & in Bulla, quæ legi conſueuit in die Cęnæ Domini. Item inf. ſub tit. de Sent. excõmun. tum in hoc volumine: tum etiam in Sexto, & in alijs præcitatis libris: & ſparſim

ſpaſſim etiam in toto Iuris Pōtific'j Corpore, vbi omnia Iura ad eandem rem tendunt.

Sed in Corpore iuris Cæſarei de hac re loquuntur iura ſubnixa titulo de Sacroſanctis Eccleſijs: tit. de Epiſcopis, & Clericis: tit. de Epiſcopali audiẽtia, in libro 1. Codicis Iuſtiniani, tit. 2. 3. & 4. alias, tit. 5. 6. & 7. & in alijs ſubnixis multis in locis in volumine Authẽticorum, præter illa, quæ traduntur in d. Codice ſub hoc Titulo noſtro: quæ paſſim a bono Lectore recreationis cauſa poterunt videri.

Vnde hic ex prædictis verbis noſtræ Conſtitutionis videtur confir-
6 mata illa † ſentẽtia Caietani *in Summa, tit. noſtro, hoc eſt, Immunitas Eccleſiaſtica, in §. Sexto, quod confundendo.* qui differre probat Immunita-
7 tem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica Libertate: nam per Immunitatem † Eccleſiaſticam, exemptionem loci ſacri vult intelligendum eſſe: per li-
8 bertatem † vero Eccleſiaſticā, exemptionem perſonæ Eccleſiaſticæ, non ſolū in ſua perſona, ſed in omnibus, quibus per liberum arbitrium vtitur, & quæ poſſidet: *adducit pro hoc, textum in Extrauag. 1. inter comm. incip. Inter cunctas, ſub tit. de Priuilegijs, in §. Incendiarios.* eumque ſequutus eſt Villagut *de Extenſ. leg. tit. de Extenſ. Immun. Eccleſ. quæſt. vnica. num. 3.* & poſt eum Ambroſinus *hic, cap. vlt.*
9 *num. 2. lit. verſ. penult.* Sed hanc † ſententiam reijcere intendit Couar. *d. cap. 20. num. 1. in princ. lib. 2. Varr. Reſoll.* dum Eccleſiaſticā libertatem ab Immunitate Eccleſiaſtica nihil differre probat: ſed eaſdem pœnas, quæ infliguntur violatoribus Immunitatis Eccleſiaſticæ, obtinere, dixit, aduerſus eos, qui non tantum Eccleſiarum priuilegia, & exẽptiones perturbant, ſed etiam Eccleſiaſticarum perſonarum Immunitatem infringunt: quod omnino alienum eſt a ſacris Canonibus, vt refert idē Caietanus *loco cit.* Expreſſius tamen videtur reijcere ſententiam Caietani, dū voluit, quod auctoritas illius text. *in d. §. Incendiarios*, quo ipſe mouetur, non faciat ad eius propoſitum: inquiens, in illo diſtingui tantū Immunitatem Eccleſiarum a libertate Eccleſiaſtica: non autem Eccleſiaſticam Immunitatem & libertatē Eccleſiaſticam differre probat. Quapropter ipſe de hac noſtra Immunitate tractare volens, eam vocat Eccleſiarum Immunitatem: quod an verum ſit, ſtatim infra probabitur: nā ſi ipſe voluit, in illo textu allegato a Caietano non probari differre Immunitatem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica libertate, ſed tātum diſtingui Immunitatem Eccleſiarum a libertate Eccleſiaſtica, procul dubio veritati propinquior Caietani opinio videtur, quam ſua: quonia dum Caietanus per Immunitatem, intelligit exẽptionem loci ſacri: & per libertatem, exemptionem perſonarum Eccleſiaſticarum, &c. non reſpuenda eſt huiuſmodi doctrina: illud tamē obſtat: quia ibi dicitur Immunitas Eccleſiarum: ipſe vero eam vocat Immunitatem Eccleſiaſticam: quod apud me
10 non probatur: quia differre † puto (ſi in proprijs loqui velimus terminis) Immunitatem Eccleſiaſticā ab Immunitate Eccleſiarum: quia aliud eſt libertas Eccleſiaſtica: aliud Immunitas Eccleſiaſtica: & aliud Immunitas Eccleſiarum: & in textu allegato per Caietanum nō fit mentio Im-
11 munitatis Eccleſiaſticæ, ſed ſolum † Eccleſiarum, quæ proprie eſt exemptio (vt ex eodem diximus) loci ſa-
12 cri: at Immunitas † Eccleſiaſtica vere & proprie dicitur hæc præſens noſtri Libri, ea ratione: quia nullam confert

confert Eccleſijs vtilitatem, ſed ad eas confugientibus, qui delictis fuerint irretiti: vnde illud, quod eis cõpetit, dicitur Eccleſiaſticum, hoc eſt Immunitas Eccleſiaſtica eorundem Delinquentium, *prout probare videntur illa Iura ſuperius tradita in Cap. I. §. II. & etiam ſuper Cap. IV. toto,*
13 *dum de Locis egimus.* Sed quãdo† prodeſt, & cõpetit ipſimet Eccleſiæ, tunc dici debet Immunitas Eccleſiarum, iuxta præd. text. *in* §. *Incendiarios.* traditum a Caietano, qui ſolum loqui videtur de rebus ipſiuſmet Eccleſiæ: vnde Immunitas Eccleſiarum dicitur, quaſi rerum earũdem Eccleſiarum, vt probare videtur Goffredus *in illa definitione ſup. relata in d.* §. *II.* quia clarum eſt, quod ipſæ Eccleſiæ cum nõ ſit animatæ, nullo poſſit gaudere priuilegio, ſed metaphorice dicitur Immunitas Eccleſiarum, hoc eſt, rerum ad Eccleſias pertinen-
14 tium: quemadmodum etiã Eccleſia † dicitur pati, cum eius miniſtri perſequuntur & tribulantur, *cap. Nulli, 3. quæſt. 1.* Et hoc modo libertas Eccleſiaſtica ſolummodo pertinet ad perſonas, iuxta ſententiam Caiet. ſed de hac (Diuina protegente manu) melius in ſequenti Libro dicemus. Ita-
15 que, † ſecũdũ hæc, reijci debet opinio Couar. dum hanc, Eccleſiarum Immunitatem vocat, *vt habetur lo. cit. in princ. d. cap. 20. verſic. Nos vero.* quia
16 ſi † in illo textu allegato a Caietano non probatur, vt ipſemet ait, differre Immunitatem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica libertate, ſed ſolum diſtinguitur Immunitas Eccleſiarum a libertate Eccleſiaſtica, patet, quod ibi illa Immunitas nõ ſit hæc, (cuius noſter eſt ſermo) pertinens ad Delinquẽtes, prout bene probat Caietan⁹. Sed nõ ex hoc firma erit opinio eiuſdẽ Caietani: quia ſi in prædicto textu, quẽ ipſe tradit, exemptio loci ſacri vocatur Immunitas Eccleſiarum: patet differentia inter Immunitatẽ Eccleſiaſticam & illam, cuius meminit d. textus: nã fugiendo Delinquẽtes ad Eccleſiam, nullam illa videtur habere exemptionem: ſed potius per eã eximuntur Rei: vnde huiuſmodi exẽptio dicitur Ius: & quoniã prouenit ex Eccleſia: merito dici debet Immunitas Eccleſiaſtica: q̃a quicquid dat & concedit Eccleſia, Eccleſiaſticum dicitur: Sed quia, quando Delinquẽtes ad Eccleſiam ſe cõferunt, immunes fiunt a pœnis corporalibus, *vt diximus ſup. d. Cap. I. §. I.* Ergo Ius hoc noſtri præſentis Libri omnino dici debet Immunitas Eccleſiaſtica. Quã ſentẽtiam in hac noſtra Conſtitutione firmatam facile quis adinueniet: nam a principio eiuſdem, vſque ad criminum exceptionem incluſiue, ter reperitur inſcriptũ: & præſertim inter has vices, ſic poſtremo loco tradit, dum illos Reos, qui criminum illorũ aliquod cõmiſerint, fieri vult extorres ab hac Immunitate, dicens:

„ *IMMVNITAS ECCLESIA-*
„ *STICA non ſuffragetur.*

Hanc eandem ſententiã perlegi confirmatam a fel. recordat. Clementis VIII. *in quadam Extrauag.* (cui⁹ verba ſtatim infra tradentur *in verſic. Tertio, præter has, &c. ſub num. 31.*) qui, tractans de Immunitate præſẽtis Libri, eam vocat Eccleſiaſticam Immunitatem. Quapropter ex his tres colliguntur termini: Immunitas. ſ. Eccleſiaſtica, vt hic in noſtro præſenti Libro: Immunitas Eccleſiarum, (vt in eodem textu §. *Incendiarios.* a Caietano citato) quæ pertinet ad ipſaſmet Eccleſias: & tandem Libertas Eccleſiaſtica, quæ (ſecundum eundem Caiet.) ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectat.

17 Nõ obſtabit † Rubrica noſtri Tractatus, quæ inſcribitur, DE IMMV-
NITATE

NITATE ECCLESIARVM,cō-
tinens ſub ſe omnes ſupradictas,hoc
eſt,& Immunitatem Eccleſiaſticam,
& Eccleſiarum,libertatemque,vt pa-
tet in iuribus ibi traditis: quia illa la-
tius loquitur, quaſi cōfundendo ipſa
vocabula, vt idem Caiet. *loco citato*
tradit: ſed ſi volumus proprie & ſtri-
cte loqui ad diſcernendum cenſuras
Eccleſiaſticas, quæ a iure inſliguntur
aduerſus delinquentes, aliter dicen-
dum erit, vt poſt eundem Caiet. vo-
luit Villagut, *loco ſup. citato, de Ex-*
18 *tenſ. Immun. Eccleſ. n.* 3. poteſt † enim
quis Immunitatem Eccleſiaſticam
violare, non violando libertatem: &
poterit quis Eccleſiarum Immunita-
tem violare non violādo Immunita-
tem Eccleſiaſticam, neq; prædictam
libertatem: & ideo ſup. *Cap. præced.*
in §. *XV*. dixi, duplici modo violari
poſſe hāc Immunitatem, hoc eſt,aut
extrahēdo hominem ab Eccleſia,aut
aliquam aliam rem. nam ibi largius,
quā in ſupradictis terminis loquutus
ſum, quia pro Immunitate vtramq;
intellexi,& Eccleſiaſticam, & Eccle-
ſiarum, iuxta Rubricā noſtri præſen-
tis Tractatus: ſed quia vna ab altera
diſtinguitur, ideo ibidem illā tradidi
diſtinctionē inter homines & res eiuſ
dem Eccleſiæ, quamuis trunca forſi-
tan videatur illa diſtinctio: cum etiā
ob delictum in ipſa Eccleſia cōmiſ-
ſum,Immunitas quoque violetur,vt
appaꝛet ex eis, quæ ſupra *in d. Cap.*
præced. §. *III*. dicta ſunt: ſed illa vio-
latio comprehendi quoque poteſt in
eo caſu, quando quis cauſa vindictæ
aliquem ibidem offenderit, etiam ſi
fuerit ipſemet Iudex,qui Reum, qui
gaudere non debet hac Immunitate,
ibi occideret: cum non debeat Eccle-
ſia vltrix ſanguinū eſſe: vnde in hoc
caſu non violabitur eius Immunitas
proprie ſibi competēs, ſed potius ius
quod ab illa prouenit, dictum Eccle-
ſiaſticum,vt ſupra proxime dixi: quæ
omnia (ne adinuentio hæc mea vi-
deatur) colligūtur ex hac eadem no-
ſtra Conſtitutione in illis verbis ſu-
perius traditis *in prin. huius* §. ibi:

„ *Declaramus eum ipſo facto cen-*
„ *ſuras, & pœnas eaſdem incurre-*
„ *re, quæ contra LIBERTATIS,*
„ *IVRIS, ET IMMVNITATIS*
„ *ECCLESIASTICAE violato-*
„ *res per ſacros Canones, &c.*

Cum igitur hæc differant proprie ſū-
pra, ideo hic de ſingulis tractare de-
ſtinaui: vt cognoſcatur,quod ſi quis
in pœnas huius Conſtitutionis inci-
derit, non tātum violationis Immu-
nitatis Eccleſiarum reus erit, verum
& libertatis, & Eccleſiaſticæ Immu-
nitatis pœnis erit obnoxius: nam ex
hacmet Conſtitutione conſtat, pœ-
nas fore diuerſas inflictas aduerſus
huiuſmodi violatores: & quia aliter
puniebantur antea,quam nunc: ideo
hic quædam diſcurienda ſunt.

Pro huiuſmodi intelligentia ſcien-
19 dum,quod inter † alias pœnas, quas
20 ponit Ambroſinus † *d. cap.* 15. a Iure
Canonum inflictas aduerſus huius
Immunitatis violatores, eſt excom-
municatio: & ad id probādum plura
iura refert *in num.* 4. inter quæ allegat
text. in cap. Inter alia *infra eo.* vbi ni-
hil de excōmunicatione dicitur: ſed
21 puto illud ſumpſiſſe ex Deciano † *in*
ſuis Tract. Crimin. lib. 6. *cap.* 28. *alias*
29. *num.* 1. qui per eundem textum
plus dicit, quod ipſo facto prædicta
excommunicationis ſentētia infera-
tur: quod forte Ambroſinus *loco cita-*
to non videtur admittere, ſed potius
dicit ferendam, dum affert auctori-
tatem aliorum Iurium, quæ non im-
ponunt ipſo facto excommunicatio-
nem, vti etiam bene tradit Abbas *in*
c. Conqueſtus poſt num. 7. *ſup. de Foro*
compet. Sed præfectum huius opinio-
nis fuiſſe monſtratur, dū allegat Syl-

ueſtrum *in Summa:verbo Immunitas,*
il.3.num.12. dicens poſt eum, quod
22 extrahens † debet excommunicari,&
condemnari pecuniariter, & illi im-
poni publica pœnitentia; nec reſtitui
communioni,niſi reddat extractum,
vti per D. Auguſtinum obſeruatum
fuiſſe in perſona Bonifacij Regis, ſeu
Comitis (vt quidam dicunt) *per tex.*
in c. Miror. d.17. quæſt.4. Hoc etiam
voluit Aufrerius *in Cappella Tholoſ.*
quæſt.422. alias, 423. nu.3. in princ.
Sed an per hāc Conſtitutionem lata
ſit, vel ferēda huiuſmodi excommu-
nicationis pœna, ſtatim inferius di-
cetur.

Quod autem hic ſupra proxime
traditum eſt, in tantum verum eſſe
23 dico, quod licet † Iudex, aut Fiſcus
petat terminum probandi delictum
commiſſum de numero exceptorum
eſſe, nihilominus ei negari debet, &
ante omnia facienda eſt reſtitutio,
etiamſi per confeſſionem partis, hoc
eſt,extracti appareret: quia Eccleſia †
24 ſpoliata ante omnia reſtituenda eſt,
vti in proprijs noſtris terminis loqui-
tur Genuēſis *in d. Praxi Archiep. cap.*
22. num.6. vbi allegat cap. Conqueren-
te, ſup. de Reſtit. ſpoliat. & Remig. de
Immun. Eccleſ. quæſt. fi. Soar. in ſua
Praxi, par.1. tit.1. cap.3. §.3. num.16.
& Decianus *d. lib.6. cap.28. num. vlt.*
poſt Aufr. *in d. quæſt. Capp. Tholoſ.*
vltra alios plures, quos refert Ambro
ſinus *in d. cap.15. num.7.* qui plus di-
cit poſt Iodoc. *in Pract. crim. rub. de*
Violat. Templ. cap.106. num.4. quod
25 vltra † reſtitutionem perſonæ auulſæ
cū omnibus dānis & intereſſe, debet
etiam puniri aliqua pœna arbitraria
iuxta qualitates & circunſtantias re-
rum, *per ea quæ notantur in c. Non mi-*
nus, & in c. Aduerſus. infra, eo. tit. &
per Glo. in c. Si quis contumax, in ver-
bo, Componat, d.17. quæſt.4.
26 Quod † etiam extendē, quando
Reus fuerit captus extra Eccleſiam, e
qua exierit ad exonerandum corpus,
quia ob id non debet impediri, quin
exeat, vt poſt omnes *in d. c. Diffini-*
27 *uit, d. quæſt.4.* refert Decianus † *d. lib.*
6. cap.27. ad finem: quem ſequutus
eſt Ambroſinus *hic, cap.11. circa fi.*
Sed hoc non ita ſimpliciter intellige-
rem, quia refragantur ea quæ ſupra
dicta ſunt, dum de Locis egimus *in*
Cap.IV. §.VI. & VII. ideo tunc pro-
cedere debet huiuſmodi ſententia, cū
in illa Eccleſia non fuerit alius locus
opportunus ad id perficiendum, ſed
Eccleſia tātum ſimplex fuerit abſque
alio loco ſibi connexo, in quo illud
honeſte fieri non poſſet.

Sed aduerte, quia huiuſmodi reſti-
28 tutio † non erit ita ſimpliciter facien-
da, vt ſufficiat tantum captum rela-
xare in ſuam libertatem: ſed eo mo-
do fieri debet, vt Reus ſecurus con-
ducatur ad locum tutum, & in ſuam
priſtinam libertatē ſe recipiat, vt poſt
Igneum *in l.1. in princ. num.25. &*
ſeq. ff. Ad Syllan. & Alexandrum *in*
Conſil.145. in fi. vol.7. ac etiam Ab-
batem *in cap. Accedens, in princ. per*
eundem text. ſup. de Procuratt. tenet
Decianus *d. lib.6. c.29. alias.30. nu.*
7. Si vero Reus voluerit huiuſmodi
Immunitati renunciare, an poſſit: &
an teneatur extractor, hoc non ob-
ſtante, Eccleſiæ illum reſtituere, dice-
tur inferius poſtquam de caſibus, in
quibus pœnam huius Conſtitutionis
incurret, qui eā violare fuerit auſus;
hic tamē reaſſumam id quod dixi de
excommunicationis pœna, an ſen-
tentia ſit lata, vel ferenda.

Et omiſſis cęteris præludijs, primo
29 dico, quod huiuſmodi † ſententia nō
ſit ferenda, ſed lata: quod probatur in
illis verbis ſuperius expreſſis *in princ.*
præſentis §. ibi:

„ *Declaramus eū IPSO FACTO*
„ *cenſuras, & pœnas, &c.*

Quibus

Quibus cauetur, quod ſi antequam
hæc Conſtitutio ederetur, ferẽda erat
excommunicationis ſententia: nunc
pro certo eſt, quod illam pœnam eo
ipſo, quod quis hanc Immunitatem
violauerit, incurret: & hanc ſenten-
tiam, (teſte Deo, cuius auxiliũ ſem-
per in meis actionibus inuocare nun-
quam omiſi vel omittã) vt hæc ſcri-
pſeram, reperi traditam a Genuenſe
in d. cap. 22. nu. 1. & ita, ait, in curia
Archiep. Neapolis fuiſſe deciſum: qđ
cum legiſſem, nõ ſicut alij ſe gauiſos
dicere ſolent, cum Doctores ſuis opi-
nionibus cõcordantes adinueniunt,
dixi, ſed potius cõturbatus ſum: quia
mallem veritatem fouere, quam cum
millibus millium & infinitis aberra-
re, vt ſepiſſime a noſtratibus fieri cõ-
ſueuit, qui vnius mendacium com-
munis prætextu opinionis ſequi non
verentur, contra illud,

„ *Ego ſum via veritas & vita, &c.*
Congratulatus ſum tamen, quia ſo-
cium verum dicentem mecum, per-
legi: alias forſitan nonnulli, me omiſ-
ſo, Ambroſinum potius ſequerentur:
qui (vt dictum eſt) per quos allegat
Doctores, contrarium videtur affir-
mare.

Secundo alia facit ratio, quia poſt
illa prædicta verba, Ipſo facto, vult
etiam hæc Cõſtitutio, quod eaſdem
pœnas incurrant huius Immunitatis
violatores, quæ ſunt inflictæ in eos,
qui violant Eccleſiaſticã libertatem.
Vnde probatur, quod licet nõ fuerit
dictum, Ipſo facto, latam fore nihi-
lominus excommunicationis ſenten
tiam aduerſus eos, non eſt dubitan-
30 dum. nam libertatis † Eccleſiaſticæ
violatores (etſi non Immunitatis)
ipſo facto iuris veteris ſententia ex-
cõmunicationis vinculo ſubmittun-
tur, *vti legi poteſt in multis Canonibus
ſubnixis illis titulis, de quibus ſup. actũ
eſt.* Sed qui hanc Immunitatem vio-
lauerit, eandem pœnam incurrit: er-
go excõmunicatus exiſtit. Hanc ſen-
tentiam quodammodo apud Genu-
enſem, *eo. cap. 22. nu. 3.* confirmatam
31 vidi, dũ quærit, An † huiuſmodi ab-
ſolutio ſit Sedi Apoſtolicę reſeruata,
nec ne? & pro parte affirmatiua tradit
auctoritatem Bullæ Cœnæ Domini,
dicẽs, caſus inibi contentos reſerua-
tos eſſe præd. Sedi Apoſt. quaſi di-
cere vellet, ergo & hic reſeruatus vi-
detur: poſtea concludens ait, non eſſe
reſeruatum, ſed ab Epiſcopo abſolui
poſſe: quod an verum ſit, nos infra *in
proximo ſeq. verſiculo* meli⁹ dicemus.

Tertio, pręter hæc ſupradicta, quæ-
dam alia ſuffragatur ratio: nam hu-
iuſmodi Caſus eſt reſeruatus Domi-
no Papæ, prout conſtituiſſe recol.
mem. Clementem VIII. refert Qua-
ranta *in d. Summa Bull. verbo, Caſus
reſeruati.* qui, hoc eſt, d. Clemens in-
ter caſus quos ſibi, vel Sedi Apoſto-
licæ, vt dicitur, reſeruauit, ſecundo
loco huiuſmet Immunitatis violato-
res a nemine abſolui poſſe decreuit,
his verbis:

„ *Præterea, Violationis IMMV-*
„ *NITATIS ECCLESIASTI-*
„ *CAE in terminis Conſtitutionis* 32
„ *fel. record. Gregorij XIV. quæ in-*
„ *cipit, CVM ALIAS NON-*
„ *NVLLI, &c.*

Ecce ergo quomodo hic dicitur,
Immunitatis Eccleſiaſticæ, vt ſup.
dictum eſt, non autem Eccleſiæ vel
Eccleſiarum: vnde confirmata adhuc
videtur ſententia noſtra. Quare col-
ligo non recte dixiſſe poſtea idem
Quaranta, dum, reaſſumens illoſmet
caſus d. Sedi Apoſt. reſeruatos, hanc
vocat Immunitatem Eccleſiæ: quia
ex hoc ad alios terminos videtur
tranſiſſe.

Reaſſumamus autem rem noſtrã.
Vnde hic habemus, quod huiuſmo-
di Caſus eſt reſeruat⁹ Summo Pon-

32 tifici: Sed nullus † Papæ caſus eſt reſeruatus, quin alicui cenſuræ ſit annexus, vti voluere Caietanus *in dicta ſua Sũmula, verbo, Caſuum reſeruatio.* & S. Antoninus, relati a Nauarro *in d. Manu. cap.27. num.259.* quẽ etiam tradit Alphonſus Viualdus *in ſuo Cãdelabro Aureo, tit. de Abſolut. num.56.* & Iacobus de Graſſijs *d par.1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib.4. cap.18. num.1.* Ergo hic præſens Caſus nulli alij cẽſuræ annexus eſt, niſi excommunicationi:

33 cum triplicis † ſpeciei ſit cenſura: nam eius appellatione comprehenditur Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum, *cap. Quærẽti, inf. de Verborum ſign.* Sed huic nullã harũ ſpecierum adaptari poſſe putaui, niſi excommunicationem, vt conſtat ex ſuperius relatis: Imo vt vidi Caietanum, reperi ſpecifice loqui, dicẽs, per illam cenſuram, excommunicationẽ fore intelligendam: eius verba patẽt hoc modo:

„ *Caſus reſeruati Sedi Apoſtolicæ*
„ *clari ſunt. Nam ſunt ſoli, quos*
„ *Eccleſiaſtica cenſura (hoc eſt EX-*
„ *COMMVNICATIO) reſeruat*
„ *Apoſtolicæ Sedi, &c.*

34 Hinc reijciendus † eſt Genuenſis, de quo ſupra locuti ſumus *in fi. verſ. præcedentis, Et omiſſis, &c. poſt nu.29.* Sed puto nedum huiuſmodi rei notitiam habuiſſe: vnde excuſandus eſt auctor: reijci tñ debet eius doctrina.

35 Hinc non † eſt dubitãdum de hac Extrauaganti noſtra Conſtitutione, an ſit in viridi obſeruantia, necne: cũ expreſſe per prædictum Clementem VIII. ſit confirmata. Nam fortaſſis opponi poſſet, quod ab initio nõ fuerit vſu recepta, vel moribus vtẽtium approbata: vnde per lapſum decennij, ex quo fuit promulgata, videretur quaſi reuocata: ſed illud procedit quoties Legiſlator ſciens, ſeu videns, taceat, diſſimulet, & nõ obſeruantes, impunes relinquat: quia tũc videtur tacite reuocata, quemadmodũ poſt Medinam *in Cod. de Reſtit. quæſt.36.* Couarruuiam *d. lib.2. Varr. Reſol. cap.16. ſub num.6.* Geminianum *in cap. In iſtis. §. leges. Diſt.4.* & alios tradit Quarant. *in d. Sũma Bull. verbo, Alienatio rerum Eccleſ. num.48. poſt med.* quibus adde Præpoſitum *in d. §. leges.* a quo materiam plenam habebis. Vide quoq. Petrũ Benintendi *in Deciſſ. Cann. Concluſ.13. num.9. & 10.* & Ludouicum Gomezium *ſuper Regg. Cancellariæ, in Proœm. quæſt.2. poſt verſic. Quarto, pro iſta, &c.* qui omnes loquuntur in terminis quãdo lex liget, vel non: ad quos te remitto.

Hæc de pœna excõmunicationis, quæ infligitur his, qui vſurpare præſumunt alienam iuriſditionem, dicta ſint: volui de hac pœna hic peragere, veluti principaliori: nam cum nulla maior ſit in Eccleſia, vt diximus *ſup. Cap.1. §.1. num.4.* merito de illa hic peculiaris quæſtio tradenda fuit. Caueat igitur vnuſquiſque, ne incidat in eam: & non ſolum cauere debet ab extractione Reorum ab Eccleſia, *ſed* etiam a quibuſdam alijs caſibus, in quibus etſi non extrahatur Reus, nõ tamen euitabitur d. excommunicationis pœna. Nam hæc Conſtitutio nedum comprehendit hos ſupradictos, hoc eſt, qui actu, &c. verum etiã & ad alios extenditur caſus, in quos ſi quis inciderit, eius pœnas non euadet.

36 Primum itaque ampliatur † ad eũ, qui aliquem, quem putabat Reum, extraxerit, id eſt eum, quem poſtea minime deliquiſſe, ſit detectũ, vt optime probat Genuenſis *in d. cap.22. num.2.* qui inter alia iura quæ tradit, allegat textum in d. c. Diffiniuit: & bene quidem, nam ibi in eius principio hæc leguntur verba:

„ *Nullus audeat confugientes ad*
„ *Eccle-*

„ *Eccleſiam, vel* RESIDENTES
„ *inde vt abſtrahere, &c.*
Quod etiam, præter prædictum tex-
tum, probarē argumento illius quod
dicitur de bigamis *in cap. Nuper, ſup.
de Bigamis.* de qua re late in ſeq. Lib.
Deo propitio, dicemus, cum de eiſdē
37 agemus. Nam, qui, † mortua vxore,
promotus ad ſacros ordines, cum ſe-
cunda de facto contrahit, & cogno-
ſcit, bigamiæ pęnā incurrit, licet vere
non ſit bigamus, cum re vera illæ ſe-
cundę nuptiæ nullum vinculum ma-
trimoniale inducant: attamen repu-
tatur vt bigamus, ea ratione: quia ſuf
ficit, quod iſte fecerit, quod ī ſe erat:
vnde conſideratur intentio cum ope-
re ſubſecuto. ſic in propoſito caſu:
ſufficit intentio cum opere ſubſequu-
to. Quod autem traditum eſt ex illo
præcitato textu *in d. cap. Diffinivit*,
non longe abeſt a verbis eiuſdem no-
ſtræ Conſtitutionis, quæ inferius *in
ſexta ampliatione* trademus.
38 Secundo, ampliatur † ad eum, qui
licet nō extraxerit, ab alio tamen ex-
tractum, puta, a conſanguineo offen-
39 ſi, detinet: Vel etiam † ſi iudicis fami-
lia abſque eius ordine, vel mandato
extraxerit: & poſtmodum a iudice,
vel ſiquo alio officiali detineatur: in
quo quidem caſu omnes, tum ipſi a-
gentes, tum mandātes extrahi, Reoſ-
que detinentes, eidem pęnæ ſunt ob-
noxij, vt doctiſſime probat idem Ge-
nuenſis *in d. cap.* 22. *num.* 6. *&* 7. di-
cens, quod quamuis in hac noſtra
Conſtitutione nulla fiat mentio de
mandantibus, vel nō reſtituentibus,
bene tamen comprehenduntur: āliās
de facili eius diſpoſitio eluſoria red-
deretur. Itē plus dicit: quia hæc Con-
ſtitutio noſtra excommunicat atten-
tantes aliquid præter, vel contra for-
mam ipſius, quæ, cum velit Reos ad
Eccleſias fugiētes, tuendos eſſe, ſi nō
fuerit eiuſdem Conſtitutionis forma
ſeruata, Iudex non reſtituens Reum,
vel non faciens reſtitui, videtur non
præter, ſed contra facere, & attenta-
re: maxime ſi mori faciat extractum,
cum reducat illum ad terminum, vt
nō poſſit amplius reſtitui, ſeu gaude-
40 re Immunitate. Dicitur † enim quis
committere in legem, non ſolum qui
contra eius verba facit, ſed etiam qui
contra eius mentem, *l. Non dubium.
vbi Bart. & alij. C. de Legibus. & ple-
nius diximus ſup. Cap. praeced.* §. *IV.
num.* 15. Et quo ad mandantem non
poſſe negari, ait Genuenſis, quin ſal-
tem attentet præter formam Conſti-
tutionis: & ſic incurrit in eius pœnas.
Præterea inſuper ſubdit eſſe ponde-
randa verba huius Cōſtitutionis, ibi:
„ *Aut aliaquauis dignitate, & au-*
„ *ctoritate fulgentibus, &c.*
Quæ non poſſunt verificari in ipſiſ-
met extrahentibus, qui ſolēt eſſe per-
ſonæ viles, ſimplices, & ignaræ, cre-
dentes ſacrificium offerre Deo extra-
hendo Reos ab Eccleſia: ſed neceſſa-
rio ſunt intelligenda pro Iudicibus
mandantibus extrahi, vel non reſti-
tuentibus extractum. Vnde præſup-
ponere videtur, quod huiuſmodi bir-
roarij, & alij ſimiles poſſunt aliquan-
do huius Conſtitutionis pœnas eui-
tare: de alijs autem Iudicibus ac ſu-
premis officialibus aliter intelligit,
videlicet, quod ſint expertes iuris hu-
ius Immunitatis: & ideo in pœnam
prędictam excommunicationis, præ-
ter alias in hac Conſtitutione com-
prehenſas, incicedere intēdit: de qua
re melius inf. *in fine præſentis* §. di-
cemus.

Aduertendum, (vt iterum reaſſu-
mamus quod ſupra traditū eſt) quod
ſecundum hæc ſupra proxime relata,
41 non reſtituens † Reum Eccleſiæ, pœ-
nas nō euitabit, etiamſi damnet eum
ob aliud delictum, poſt ipſam extra-
ctionem cōmiſſum: quia debet ante
omnia

omnia fieri reſtitutio (, put diximus) Eccleſiæ vel Epiſcopo (vt bene ait Genuenſis *in d. num. 7. poſt med.*) qui repræſentat ipſammet Eccleſiam, *c. Scire debes, 7. q. 1. Bonifac. in Clementina, Attendentes, §. hoc autem. nu. 17. de Statu Monach. & plenius Genuenſis*
42 *lo. cit.* Vnde Antonius Gama † *in Deciſ. 52.* omnino reijciendus eſt, dum
43 ait, quod Delinquens † extractus nulliter vel indebite ab Eccleſia, ſi interim aliquod commiſerit delictum, debet prius pro illo delicto puniri, & poſtea Eccleſiæ reſtitui, afferẽs exemplum eius, qui dum violenter a ſatellitibus ſeu birroarijs extraheretur, illis reſiſtit: & ait fuiſſe deciſum, quod Reus prius fuerit punitus, & poſtmodũ Eccleſiæ reſtitutus. Sed quicquid ſit, vnica tantum ratione illum conuincam: Nam ſi Reus, vt diximus, ante omnia reſtitui debet Eccleſiæ, quod & veteris Iuris fatentur Interpretes, clarum eſt, quod vt erit reſtitutus, inde iterum ex re compelli nequit: vnde in conſequentiam venit etiam liberandus pro quouis alio delicto commiſſo poſt ipſam extractionem, dũmodo nõ fuerit de exceptis, quia tunc aliter dicendum eſt: nam licet hoc etiam caſu reſtituendus ſit, erit tamen contra eum eodem modo procedendum, tãquam ſi a principio antequã ad Eccleſiam fugiſſet, illud delictum commiſiſſet: & hoc quis nõ conſiderat? Hinc ſatis dictum mihi videtur, vt quælibet controuerſia tollatur.

Sed redeo iterum ad eundem Gamam, ob id quod ait de reſiſtentia: quapropter quædam hic neceſſaria mihi viſa ſunt tradere, quibus facillime non ſolum id nõ poſſe locum habere in prædicto caſu Gamæ, ſed longe nimis in quibuſdam alijs caſibus, quibus reſiſtentiæ locus datur, ac omnino reſiſtendum eſt.

Diximus *ſupra in Initio præſentis Capitis, num. 1.* quod ſeculares in Eccleſia nullam ſtatuendi facultatem habent, ſed potius obſequendi manet neceſſitas: quare nec Reos ad Eccleſiam ſe recipientes extrahere poſſunt:
44 ſi ergo † nullam habent poteſtatem, contrafaciendo, iniuſte agunt: ſi iniuſte, merito poterit eis reſiſti. Offi-
45 ciali † enim iniuſte exſequenti, licite de facto reſiſti poteſt, *textus eſt in l. Prohibitum, C. de Iure fiſci, lib. 10. & ibi Bart. in num. 2. & 3. facit text. in l. Quoniam iudices, in fi. C. de Appellat. & tex. in l. Toties, §. fi. ff. de Pollicitat. quæ omnia refert Decianus in lib. 8. cap. 3. num. vlt. ſuorum Tractat. crimin. vbi allegat etiam Doctores in c. Si quando, ſup. de Offic. deleg.* Imo plus dicit Abbas *in d. cap. Si quando*
46 *num. 2. ad fi.* quod oppreſſo † iniuſte, poteſt impune auxilium dari tradens auctoritatem Bartoli *in d. l. Prohibitum. quod eſt ſub num. 3.* Qui omnes loquuntur in ſpolio, *vt patet in d. l. Prohibitum*: quod eſt cõforme Caſui noſtro. Et quamuis Innocẽtius quo ad huiuſmodi auxiliatores aliter di-
47 cere videatur, attamen Abbas † *ibidẽ* conciliare conatur eius opinionem, dicens, quod ſi oppreſſus inuocet auxilium, quilibet, etiam nõ poſſidens, nec prætendens aliud intereſſe, poteſt ei ſuccurrere: & hanc reconciliationem firmare intẽdit auctoritate eiuſdẽ Bartoli: Sed vt legi in libris meis, Bartolus non tenet hanc ſententiam de iure ſimpliciter veram eſſe: imo potius contrariam, id eſt, illam quam primo loco tradidit idem Abbas: & hoc voluit aduertere Felin⁹ *in d. cap. Si quando, num. 2. verſic. Conſidera, quia Bart. &c.* quod vt pateret, eiuſdem Bartoli verba huc tranſplantare volui *ex d. num. 3.* quæ ſunt:

„ *Itẽ nota, quod licet reſiſtere etiã*
„ *his, quorum intereſt. Puto etiam,*
„ *quod*

„ *quod quo ad reſiſtendum poteſt*
„ *conuocare coniunctos & amicos:*
„ *& etiam ſine conuocatione poſſint*
„ *conuenire vicini & amici, vt l. Si*
„ *quis in ſeruitute. in fi. ff. de Fur-*
„ *tis. facit quod not. in l. 3. §. cum*
„ *igitur. ff. de Vi, & vi armata.*

Et rurſus *in ſubſeq. num.* 4. tradit, qđ conſuetudine illud ſit adinuentum, dicens:

„ *Ad hoc tamen, vt homines citius*
„ *veniant ad ſuccurrendum oppreſ-*
„ *ſo, eſt de conſuetudine inuentum,*
„ *vt oppreſſi exclamēt, Succurrite,*
„ *ſuccurrite, ex quo videtur omnes*
„ *audientes conuocare, vt l. Prætor*
„ *ait, §. Si quis aduentu, ff. Vi bo-*
„ *norum rapt. & habes per Glo. &*
„ *Doctores in d. l. Vi vim, &c.*

Hæc ſunt verba eximij Doctoris Bartoli, & ſuper omnes excelſi: nec aliud vltra refert *in præcit. l. Prohibitum.* Vnde dicit Abbas *loco cit.* quod ſi ille qui poſſidet, non reſiſtit, nec clamat auxilium, non poteſt alius iudici reſiſtere: in quo caſu vult procedere dictum Innocentij *in præcitato cap. Si quando.* quod tamen *ibi* non dicit expreſſe Innocentius, ſed loquitur intricate. vnde Felinus *ibidem in d. nu. 2. verſic. Fallit primo. vſque ad verſic. Quarto fallit.* potius cōtrarium eius videtur tenere: quia dicit, quod quoties conſtat de notoria iniuſtitia, poteſt quilibet alius reſiſtere, *dum allegat c. Non inferenda, 23. quæſt. 4. ſed eſt in quæſt. 3. vti nos ſupra, Cap. præced. in fine §. VIII. eiuſdē textus verba retulimus.* Sed hoc eſſe vult, vt idē Fel. ſubdit *in alio prædicto verſ. Quarto fallit.* quando iniuſtitia eſt notoria, & damnum eſt irreparabile; refert pro hac ſententia Cardin. *in d. cap. Si quando:* & Io. de Imo. *in c. Ex literis, ſup. d. tit. de Offic. & poteſt. iud. deleg.* qui poſt Glo. *quæ eſt in verbo, Denunciatis irritam,* idem affirmare dicit: *quibus adde Apoſtillam ad eandem Glo.* Sed Imola ſubdit poſtea dicens, Cōſidera quod alterum iſtorum videtur ſufficere: cui videtur idemmet Felin. aſſentiri.

48 Propterea hic in † Caſu noſtro nulla debet eſſe dubitatio, quod poſſit reſiſti, non ſolum ipſi iudici ſeculari, verum etiam & Eccleſiaſtico, ſi non ſeruetur huius Cōſtitutionis forma. Nam quemadmodum quis exiſtens in alieno territorio iudici alterius territorij impune reſiſtere poteſt, *vt tradunt omnes in l. Extra territorium. ff. de Iuriſd. omnium Iudicum; & plene ſuper hoc videri poteſt Gomez. lib. 3. Varr. Reſoll. cap 9. num. 4. & poſt eum & alios Farin. Quæſt. 7. num. 40. & in terminis extat tex. in c. 2. in fi. de Conſtit. lib. 6. quem allegat Felinus lo. cit. in d. num. 2. c. Si quando in verſic. Secundo fallit* (~~de quo tamē nō ita~~ dicemus etiam melius infra, *in Ampliat. 6. & 7.*) ita etiam hic dicendum eſt; cum (loquendo in terminis Gamæ *in ſupradicta Deciſ. 52.*) laici nullam habeant poteſtatem, vt dictum eſt, aliquid ſtatuendi in Eccleſia. Et ſicut laici his cauſis non poſſunt ſe ingerere, quia non habēt illam facultatem: ita etiam & alijs perſonis Eccleſiaſticis, præter ſolos Epiſcopos, (vt plene ſup. *in §. preced.* dictum eſt) impune reſiſti poteſt, cum eadem careant poteſtate. Vnde non valebit illa diſtinctio, hoc eſt, aut ſumus in caſibus exceptis, aut nō: quia prorſus in omnibus caſibus omnes alij, præter ipſos Epiſcopos, ſemper erunt incōpetentes: niſi in illis caſibus de quibus ſupra *in præcedenti §. nu. 67.* & inferius *in Limitatione generali harum Ampliationum, poſt num. 79. in verſic. Limitatur; &c.* tractatur.

49 Hinc notandum, † quod etſi poſſit eſſe vera prędicta opinio Abbatis, dū dixit Innocentij dictum procedere, quan-

3

quando quis nullum petit auxilium, quia tunc non licet tertio reſiſtere: attamen in hoc caſu noſtro abſq; hac diſtinctione omnino vnicuique licebit Reum eripere ab eis, qui illum, nõ ſeruata forma huius Conſtitutionis, abſtraxerint ab Eccleſia, vel ab alijs ſupradictis Locis, (ſicuti & ipſimet Reo licet) quamuis nullum petat auxilium: & ratio forſan non erit imbecillis. Nam dum Reus extrahitur violenter ab ea, licet ſeipſum defendere videatur, illa tamen iniuria non fit ei, ſed eidem Eccleſiæ: & ſic Eccleſia dicitur ſpoliata, vt ſatis ſupra dictum eſt: ſed quemadmodum Reus extractus indebite, reſiſtere poteſt: ergo & poſſe quemlibet alium non eſt dubitãdum: quoniam Eccleſia cum non ſit animata, *vt diximus ſup. num.* 13. *&* 14. non poteſt ſe defendere: quapropter dum Reus reſiſtit, tanquam tertius reſiſtit: igitur ſi Reo licet, omnibus quoq; licebit: imo ne-
50 dum licebit, ſed debet † defendi tanquam mater, *c. vlt. Diſt.* 96. *& c.* 1. *&* 2. *Diſt.* 97. ex auctoritate optimi Imperatoris Honorij, qui ſic Eccleſiæ ſpopondit: *accedant ea quæ tradit Glo. & Additio in princ. Conſtitt. Regni, ſub tit. de Legibus, & Conſtitt. ad fi. ibi (Vt ſacroſanctam Romanam Eccleſiam Chriſtianæ religionis matrem, &c.) vbi traditur cap. Qui abſtulerit,* 12. *quæſt.* 2. *& tex. in l. Iubemus, nulli poſt hæc. circa fi. ante §. I. C. d. Sacroſanctis Eccleſijs. & tex. in Authen. Vt determinatus ſit nu. Clerr. circa princ. in verſic. Nouimus enim.* Nec valebit excuſatio prætextu alicuius conſuetudinis, quia de illa iam ſup. dictum eſt *in Initio præſentis Cap. num.* 2. Itaque dum quis extrahitur non ſeruata huius Conſtitutionis forma, nõ tantũm ipſe reſiſtere poteſt, verũ & cuilibet licebit, & reſiſtere debet.

51 Ampliatur † tertio ad eos, qui Reũ exiſtentem in Eccleſia, vel in alijs ſupradictis Locis, ibidem neruis, compedib⁹, catenis, aut alijs rebus vinxerint, vel ligauerint, ne inde diſcedere, vel aufugere poſſit: hoc enim eſſe cõtra hanc noſtram Immunitatem dicit Couatruuias *in princ. d. num.* 17. *ex d. c. Diffinimus,* 17. *quæſt.* 4. *& ex d. l. Præſenti, C. eo. adducit etiã quandam legem Partitt. tit.* 11. *par.* 1. *l.* 2. quamuis Iulius Clarus, *d. Quæſt.* 30. *verſic. Quæro modo. in fi.* poſt Guidonem Papæ & Remigium dicat, de cõſuetudine aliter ſeruari: quod Couar. *lo. cit.* admitti poſſe ait poſt Bellugam *in Speculo Princ. rub.* 11. *§. Sed quia. num.* 21. vbi ambiguum eſſet, an debeat gaudere, vel non, modo vincula ab vtroque Iudice & Eccleſiaſtico. ſ. & ſeculari conijciantur. Sed hoc caſu non procedit dictum Guidonis, imo penitus deſtruitur, quia non ſumus in proprijs eius terminis: nam clarũ eſt, quod ſi illud fiat cum auctoritate Eccleſiaſtica, non poterit dici factum a iudice ſeculari, iuxta id quod ſup. diximus *Cap. præced. §. VI. nu.* 113. Omnia noſtra facimus, quibus auctoritas noſtra impartitur: & hæc Couar. opinio non abeſt a Conſtitutione noſtra: imo eidem conformatur in illis verbis *poſt §. Ne autem Curiæ ſecularis, &c.*

„ *Vt Curia ſecularis eiuſque Iudi-*
„ *ces & offitiales, &c. ſine expreſ-*
„ *ſa licentia Epiſcopi, vel eius Offi-*
„ *cialis, & cum interuentu perſonæ*
„ *Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem*
„ *habentis, &c.*

Quapropter niſi interueniat auctoritas Epiſcopalis, ſecundum ea quæ ſupradicta ſunt, *tum in Initio præſentis Capitis: tum in §. I.* ampliatio hæc ſuum ſortietur effectum.

52 Ampliatur † quarto huiuſmodi pœna ad eum, vel eos, qui licet Reum non extrahant, illum tamen tenent obſeſ-

obſeſſum, vel cuſtodiunt, ne alimenta, veſtitus, & ſimilia ei deferri poſſint: nam hoc etiam violari Immunitatem eſſe, dicit Couar. *poſt d. num. 17. in verſic. Trigeſimoprimo.* & poſt illum Iulius Clarus *in d. verſic. Quaero modo.* qui ita ſeruari ait in ſtatu Mediolanenſi: eoſque tandem refert & ſequitur Ambroſin⁹ *hic, cap. 11. n. 7.* dicẽs, paria eſſe, quod quis extrahat, vel obſideat confugientem in ipſam Eccleſiam, ne illi præſtentur alimenta: & pro hoc allegat Abbatem *in c. Inter alia*, poſt Hoſtienſem: ſed licet verum ſit, quod Abbas huiuſce ſit opinionis, attamen nullam inducit paritatẽ: ſed nil aliud dicit, niſi ſimplicem ſententiam prædictam: puto tamen, quod illud ſumpſerit ex Deciano *d. lib. 6. cap. 27. nu. 6.* quem etiã *in loco ſup. cit.* ipſemet allegat, vltra Io. de Viſch. & Gomezium. Sed hoc fortaſſis alicui videbitur nimis durũ, per id quod diximus *ſup. Cap. praeced.* §. *1. nu. 80.* vt. ſ. excommunicatio nõ ſit extẽdenda de caſu ad caſum: quapropter cum in hoc caſu nemo extrahatur, nõ deberet extendi huius Cõſtitutionis pœna. Sed reſp. quod in eadem Cõſtitutione, ſi verba perpendentur, bene videtur comprehenſus huiuſmodi caſus in illis verbis ſupra relatis, ibi:

„ *Quidquam praeter, aut contra huius noſtrae Conſtitutionis tenorem, &c.*

Vnde licet hic caſus videatur nõ eſſe contra hanc Conſtitutionem, ſaltem nemo negabit, præter eandem eſſe.

53 Limitarem † hoc, quando alia de cauſa obſideretur, vel cuſtodiretur, puta, ne Reus aufugiat, quia commiſiſſet aliquod criminũ exceptorum: nam hoc caſu (dũmodo illi aliquod nocibilitatis vel damni nõ inferatur, dum in Loco Sãcto permanet, *iuxta c. Diffinivit, 17. quaeſt. 4.*) poterit ſecularis curia illam adhibere cautionem, ne inde aufugiat: cum nec præter, nec contra hanc Conſtitutionem fiat: & huius opinionis fuiſſe, reperi Dominum Ambroſinum *in fine d. cap. 11.*

Quinto videtur ampliandum iuxta Tex. † in l. Præſenti, *in princ. C. hoc tit. noſtro*, in illis verbis:
54

„ *Qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione atq; tractatu auſi fuerint tentare, &c.*

Sed huiuſmodi ampliatio, ſecũdum quoſdam infra citandos, non debet ita ſimpliciter intelligi, vt ſtatim ac, quod quis cogitauerit Reum abſtrahere ab Eccleſiaſticis Locis prædictis, pęnam incurrat, ſed cum aliquo temperamento: nam locum obtinere dicũt, cum ad aliquem actum ſit deuentum: quia illa prædicta verba;

„ *Nuda ſaltem cogitatione atque tractatu,*

Exponunt coniunctiue, hoc eſt, Et tractatu: & bene quidem: quod tenet Gloſſa *ibidem*, quam Barr. & Salicetum fuiſſe ſecutos refert Menoch.
55 † *in ſuo tract. de Arbitrr. Iudd. caſu 360. num. 68.* Sed quod ait de Saliceto, minime verum eſt, quia ibi Salicetus nihil ſuper hoc tangit, ſed alibi, *ideſt in l. 2. praecedenti*: qui poſt aliã Gloſſam in largioribus terminis, quã hic in præcitatis verbis, loquitur, vt in fine huius ampliationis dicetur.

Aſt Menochio nimis durũ videbatur, quod quis ex ſola cogitatione tã graui pœna (de qua loquitur prædictus textus) afficeretur: dicens, quod nec in atrociſſimis, vt in crimine læſæ maieſtatis, vel parricidij quis ex ſola cogitatione pœnam meretur. puto quidẽ quod in hoc deceptus ſit: quia licet non adeſſent illa prędicta verba, Atque tractatu, adhuc non intelligerem, quod quis ex ſola cogitatione potuiſſet puniri: cum hoc Deo ſoli

ſeruetur, vt iam ſup. dictum eſt *in §. IV. nu.9. Cap. I.* nam quomodo poterit, quod in mente cõſiſtit, probari? vnde bene dicit vtraque lex & Pon-
56 tificia & Imperialis, Cogitationis † pœnam nemo patitur, *c. Cogitationis. & c. Cogitatio, de Pœnit. diſt. 1. & l. Cogitationis, ff. de Pœnis.* Quapropter neceſſario intelligẽdum eſt de aliquo actu exteriori, prout bene concludit Couar. multis in locis, *vt in Reg. Peccatum, par. 2. in princ. num. 7. & in. Relect. ad cap. Si furioſus. par. 1. in princ. num. 4. & par. 2. in princ. nu. 5.* Item & Iulius Clarus *in §. fi. quæſt. 91. in princ.* qui idem dicit, quod ſuperius ex Menochio tradidimus, hoc eſt, quod ex ſola cogitatione quis nõ punitur, etiam in crimine læſæ maieſtatis, niſi ad aliquem actum exteriorem proceſſum fuerit. Poſtea ſubdit, *in verſic. ſeq.* Sed quid ſi quis non ſtetetit in meris terminis cogitationis, ſed vlterius etiam proceſſerit ad tractatum cum aliquo de committendo maleficium, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Et *in alia Quæſt. præced. 38. verſic. Vidi aliquando, ad quẽ, loco præcitato, ipſemet ſe remittit,* con-
57 cludit quod ſic: vnde † colligo non eſſe caſum ſpecialem tantum in terminis præd. legis, vt voluit ibi Gloſ. Baldus, & alij relati a Menoch. *lo. cit.* dicẽtes hoc eſſe fauore Eccleſiæ: Sed eſſe conformem alijs caſibus præſertim crimini præd. læſæ maieſtatis, in quo ſola machinatio eadem punitur pœna, ſicuti ſi effectus ſecutus fuiſſet, *vt diximus ſup. Cap. præced. §. VII. poſt num. 47.* Nam hic caſus etiã inter læſæ maieſtatis ſpecies connumeratur, vt pluries dictum eſt *ſup. in Initio Cap. II. circa fi. & alibi infra in alijs ſeqq.* Itaque nil mirum, ſi nuda cogitatio (licet deuentum non fuerit ad aliquem actum proximum) pœna illius legis, Præſentis, afficiatur: hoc eſt, cum aliqui inter ſe tractauerint de Reo extrahendo: quia grauius crimen eſt hoc, in quo Diuina offenditur maieſtas, quam illud, de quo loquuntur Clarus & Menoch. qui de humana maieſtate tractare videntur: vnde cũm ſit grauius, *vt latius ſup. Cap. præced. §. V. num. 84. ad finem, diximus*; grauiori plecti debet pœna,
58 licet tantũ † vltimi ſupplicij animaduerſio in hoc ſtatuta ſit, *vt in d. l. Præſenti, ſtatim poſt ſup. dicta verba habetur.* Bene verum eſt, quod ante hãc præd. legem non puniebatur, niſi ad actum proximum fuiſſet deuentum, puta cum quis attentare preſumpſiſſet aliquem abſtrahere: in quibus terminis loquitur Salicetus, motus ſententia Imperatorũ Honorij, & Theodoſij, *in d. l. 2.* qui tempore præceſſerunt Leonem huiuſce præcit. legis, Præſenti, conditorem: poſtmodum factum eſt, vt quemadmodum in læſæ maieſtatis crimine ſola machinatio punitur, ita etiam & in præcitato caſu d. l. Præſenti: quod demõſtrãt illa prędicta verba, quæ de attentato, & de perfecto, & de attentando loquuntur: dum dicunt:

„ *Moliri, aut facere, aut nuda ſal-*
„ *tem cogitatione, &c.*

Vnde ſumus in ſtrictioribus terminis d. ſententiæ prædictorum Imperatorum, qui de ſolo crimine attentato
59 loquuntur. Quare miror † de Domino Tiberio Deciano, *d. lib. 6. cap. 27. num. 5.* qui miratur de Saliceto, & Gloſſa ab eodem tradita, ac etiam de Gigante *in tract. Crim. læſæ maieſt. lib. 1. tit. Qualiter, & a quibus. quæſt. 2.* quod non fecerint mentionem huius textus, dum loquuntur in terminis criminis attentati, intendens per eundem tex. quod tantum de crimine attentato loquatur: & dicit quod clarius hic in prædicta l. Præsẽti, probatur, quam in illis iuribus traditis a Gloſ.

Gloſ. & Saliceto. ſed quidem vehemēter deceptus eſt, cum clarius probetur in illo textu ex ſentētia dd. Imperatorum Hororij, & Theodoſij, quam hic: quia ibi dicitur, *in d.l.2.ad finem:*

» *Vt, ſi quiſquam contra hanc legē*
» *venire tentauerit: ſciat ſe maie-*
» *ſtatis crimine eſſe retinendum.*

Ex quibus apparet, quod largius loquantur. Vnde non ſumus in terminis d. legis, ſed in ſtrictioribus, vt dictum eſt: quia ſufficit, quod quis tractet de extractione, licet non fuerit deuentum ad actum proximum: vnde in illo textu Gloſ. & Doctores optime loquuti ſunt, dum illa iura, quæ adducunt, ad crimen tantum attentatum trahunt: nos autem hic & de attentato & de attētando tractamus.

Quæ omnia licet vera ſint quoad
60 Imperialem legem, attamen in hac † noſtra Cōſtitutione, imo & in ſacris antiquis Canonibus, intelligenda ſunt pro crimine ſolū attentato: quia noſtra Conſtitutio non ſe reſtringit ad eos, qui tractauerint attentare, ſed qui attentare præſumpſerint, dum inquit:

» *Quidquam præter, aut contra hu-*
» *ius noſtra Conſtitutionis tenorem*
» *ATTENTARE præſumpſerit.*

Quæ verba conſonant cum illis, quæ habentur in c. Diffiniuit. *d.17.quæſt.4. in* §. *Si quis autem.* his verbis:

» *Si quis autem hoc decretum vio-*
» *lare TENTAVERIT, & Ec-*
» *cleſiaſtica excōmunicationi ſub-*
» *iaceat, & ſeueritatis Regiæ fe-*
» *riatur ſententia.*

Sed licet hæc ita conſtituta ſint: hodie tamen nedum pro attentato, ſed nec etiam pro conſummato ſolēt extrahentes puniri: de quo multum queritur Frater Hieronymus Romanus *in ſuis tractt. Repp. del mundo. in Repub. Chriſt. lib. 1. cap. 19. in fine*, dicens:

» *Oy por nueſtros peccados todo va*
» *muy roto: porque cada alguazil ejo*
» *y alcalde quiebra las leyes Diui-*
» *nas, y humanas, ſacando de los*
» *Tēplos y Altares a los que a ellos*
» *ſe acogen: por lo qual, y por otras*
» *ſemejantes coſas tengo para mi,*
» *que padecemos tantas calamida-*
» *des y trabajos en Eſpaña.*

De hoc etiam queritur Rebuffus *in loco citato ſup. in Initio præſentis Capitis, nu. 8. in fi.* Sed quidem fruſtra: quia cum agitur de his puniendis, omnes conniuent, etiam ipſimet Eccleſiarum Prælati: & acrius puniunt alias ſacrilegij ſpecies, (quādo. ſ. furto ſubtrahitur aliqua res etiam minima ab Eccleſia) quam hanc: imo & ipſa ſecularis curia illos delinquentes ſæpiſſime vltimo ſupplicio ſubijcere ſolet, vt quoties ſeruari videmus: & nihilominus huiuſmodi ſacrilegium grauius cenſetur, quam quoduis illorum: quod cognoſci poteſt reſ ectu cenſurarum, cum in hoc lata ſit excommunicationis ſententia, ac S. Sedi Apoſtolicæ reſeruetur: in alijs vero non eſt prædicta cenſura annexa: & ſi qua eſt, non ſemper d. Sedi ſeruatur, quemadmodum videri poteſt in illis ſupradictis *in* §. *III. Capitis præcedentis.* Imo & ſeculares Poteſtates penitus hanc Immunitatem diſſoluere conantur, hortantes Dominos Prælatos, vt Eccleſiarum ſeras claudi iubeant, ne illuc poſſint Delinquentes ſe recipere, cōtra id quod dicitur in l. Pateant. *C. hoc tit. noſtro*, cuius verba ſupra relata ſunt *in* §. *VI. poſt num. 17. Cap. IV.* vbi dicitur:

61 » *PATEANT † Summi Dei Tem-*
» *pla, &c.*

Quod nedum in Delinquētes, vt ab eadem Eccleſia tueantur, ferendū eſt, ſed etiam in Eccleſiæ perſecutores: cum Eccleſia legibus humanis non

ſubſit. Vnde D. Thomas Cātuarienſis cum perſequeretur ab impijſſimis hæreticis, qui eum, dum veſpertinis horis in Tēplo vota peageret, e medio tollere volebant; Clericis Templi aditus præcludere conantibus accurrens, oſtium aperuit, illis vſus verbis ad ſuos:

„ *NON EST DEI ECCLESIA*
„ *CVSTODIENDA MORE CA-*
„ *STRORVM: & ego pro Eccle-*
„ *ſia cuſtodienda libenter mortem*
„ *ſubibo. Tum ad milites: Vos Dei*
„ *iuſſu cauete, ne cuipiam meorum*
„ *noceatis. Deinde, flexis genibus,*
„ *Deo, B. Mariæ, S. Dionyſio: &*
„ *reliquis ſanctis, eius Eccleſiæ pa-*
„ *tronis, Eccleſiam, & ſeipſum com-*
„ *mendans, ſacrum caput eadem*
„ *conſtantia qua iniquiſſimi Regis*
„ *legibus reſtiterat, impio ferro pre*
„ *cidendum obtulit.*

Huiuſmodi verba leguntur in Breuiario Rom. in eiuſdem diei feſto, quod celebratur die 29. Decembris. Itaque ſi noluit hic homo Dei ſuis interfectoribus Templi oſtia claudere: quanto magis nos fratribus noſtris, qui in Deum ſperantes miſericordiam conſecuturi, ad illud confugiunt, ſeras, etiam ſi forent clauſæ, aperire debemus. Idē hortatur D. Io. Chryſoſt. dum Eutropium defendit, qui hanc Immunitatē tollere Imperatorē hortatus erat qui poſtea ob quędam crimina ad Eccleſiam, cōtra quam pugnarat, ſe recepit. Vnde D. Io. Chriſoſt. eo non obſtante, eundem defendere nixus eſt: de quo inf. dicemus, *in Cap. ſeq. §. IV.*

„ *Pateant ergò, pateāt Summi Dei*
„ *Templa confugientibus. Nec in*
„ *extrahendos eos conetur quiſquā*
„ *ſacrilegas manus immittere:*
„ *ne qui hoc auſus ſit, cum diſcri-*
„ *men ſuum videat, ad expetendam*
„ *opem ipſi quoque confugiant.*

Hæc ex d. l. Pateant.

62 Ampliatur ſexto, vt nec † etiam Reus inſecutus a familia curiæ, ideſt a birroarijs, & receptus in Eccleſia, vel in alijs ſupradictis locis, poſſit inuite extrahi, licet fugere cœpit ex loco profano, in quo captura erat licita: ac etiam ſi captus, euaſerit manus miniſtrorum, & ad Eccleſiam ſe cōtulerit, vt poſt aliquos refert Decian. *d. lib. 6. cap. 28. nu. 31. & 32.* & alios infinitos tradit Dominus Farinacius *d. Quæſt. 28. num. 41.* & Villagut *in d. tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ. nu. 39. & nu. 42.* Idem tradit de Graffijs *in d. 1. par. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc. lib. 2. cap. 48. num. 6. in impreſſis Venetijs, anno 1596. in alijs vero impreſſis anno 1591. penitus contrarium dicit per eundem Bal. quem vtrobique allegat in l. Plerique. ff. de ius voc. illudque tradit in cap. 47. d. num. 6. quare aduerte ne decipiaris.* Ab hac opinione dicunt non eſſe recedendum, quia ſemper ſic ſeruatū fuit. Sed hæc ampliatio non Doctorum opinio mihi videtur, ſed potius ſacrarum legum voluntas, vt probat textus in d. cap. Inter alia, *infra eo.* & Rubrica Codicis huiuſce noſtri Tituli, cum omnibus Iuribus ibi ſubnixis, ac etiam oīa & quæuis Iura de hac Immunitate tractantia, *vt ſunt ea, quæ ſubſunt d. Cauſa 17. q. 4.* quæ ſemper loquuntur de fuga: & præſertim trado verba c. Si quis contumax, *d. quæſt. 4.* vbi dicitur:

„ *Et fugientem ſeruum ſuum, vel*
„ *quem ipſe perſecutus fuerit, &c.*

Et ſic de alijs. Quod nō abeſt a Conſtitutione noſtra *in illis verbis, quæ habentur poſt Caſus exceptos, de quibus ſupra egimus, ibi:*

„ *Et alia Loca ſupradicta Sacra,*
„ *ſeu Religioſa reſpectiue confugi-*
„ *entes, & in eis ſe recipientes, at-*
„ *que morantes, &c.*

Ex

Ex quibus illud colligitur, quod non
ſolum qui repertus fuerit ad Eccleſiã
cõfugiſſe: verum etiam & qui in ipſo
cõfugij actu perſecutus fuerit quã nec
apprehendi, vel abſtrahi poteſt. Hinc
63 reijcienda † eſt illa opinio Hippolyti
de Marſilijs *in Repet. l. vnica, C. de Ra-
ptu virginum. num.* 111. *& in Praxi
crim. in verſic. Vlterius. num.* 4. quem
tradit Boerius *in Deciſ.* 110. *poſt nu.*
8. *ſtatim poſt princ.* & Decianus *lo.
citato:* dum voluit quod captus, eua-
dens manus familiæ, vel inſecutus a
familia, gaudere nõ debet: quia eſſet
contra Immunitatem noſtram.

Aduertendum tamen, quod qui-
dam adducunt dictum quoddam
Bart. *in l. Quod ait lex. §. quod ait lex.
ff. ad L. Iul. de adulterijs*, dicentes
videri oppoſitum noſtræ ampliatio-
64 ni, dum Bartolus ait, quod pater † oc-
cidens adulterum repertum cum fi-
lia in domo ſua vel generi, etiam in-
terpoſitis horis, incontinenti videtur
occidiſſe, & licite feciſſe, reddens ra-
tionem: quia initium fuit licitum. ex
65 quo voluit Cagnolus † *in l. Extra
territorium, quæ eſt l. fin. ſub tit. de
Iuriſd. omnium Iudicum, nu.* 20. quod
male fecerit Iaſon Bartolum pro ſe
allegare, dum huiuſmodi fuit opinio
nis *in d. l. Extra territorium, num.* 4.
ſed Bartolus in adducto exemplo nõ
loquitur in his noſtris terminis: ſed
in alio exemplo, quod poſtea ſtatim
ſubdit *in num.* 4. *eiuſdem §. quod ait.*
manifeſtius ſe oſtendit: imo ſe decla-
66 rare videtur, dum tractat de eo, qui †
cepit aliquem in platea, & portauit
eum extra, ibique eum percuſſit: vn-
de quærens ait, An debeat puniri tã-
quam percutiens in platea? & primo
per illum textum ait, Dicendum vide-
tur, quod ſic: ſed poſtea ſubdit di-
cens, contrarium eſt verius, vt appa-
ret ex prædictis: quaſi dicere voluiſſet
Bart. quod ſi grauius debuiſſet puni-
ri percutiens in platea, in illo caſu ceſ
ſaret illa pœna. quapropter quis non
videt Bartolum pro Iaſ. eſſe. Igitur
illud primum dictum Bart. de adul-
tero occiſo per aliquod temporis in-
teruallum, intelligitur vnicus actus,
qui cum ab initio fuerit licitus (por-
ro loquor de iure Cæſareo, *vt ſupra,
§. V. poſt num.* 87. *Cap. præced.*) ſemper
cenſetur permiſſus, etiam horis inter-
miſſis, vt melius ſtatim infra videbi-
tur. Secus autem quando initium a
fine ſeparari poteſt, quia tunc inſpi-
ciendus eſt finis, vt idem Cagnolus
lo. cit. tradit. Quod procedit in caſu
noſtro, cum initium a fine ſepara-
ri poſſit: quia poſito caſu quod ini-
tium fuerit licitum, finis tamen ſem-
per erit illicitus. & ratio differentiæ
eſt inter illum caſum de adultero, &
hunc pręſentẽ, quia ille vnicus actus,
vt dictum eſt, reputatur: in hoc au-
tem conſideratur initium, quod eſt
ipſa fuga; & finis, qui eſt captura;
67 quæ ad inuicem ſeparãtur: nã aliud †
eſt fugari, aliud capi, *vt patet per id
quod dicitur in l. Naturalem, §. illud.
ff. de Acquir. rerum dom. & in §. Illud
quæſitum, Inſtit. de Rerum diuiſ. cum
alijs ſimilibus iuribus, dictis titulis ſub
nexis.* & lex ait, quod adulter inuen-
tus cum filia, occidi poſſit, *vti d. §. V.
Cap. præced. in ſubſeq. num.* 89. *dictum
eſt:* quare dum ille occiditur, licet nõ
eodem inſtanti, non tamen negari
poteſt fuiſſe inuentum, quia re vera
fuit inuentus: ideo dicit lex, Si pater
deprehenderit adulterum cum filia,
&c. *vt habetur in pluribus legibus, &
in prædicto textu l. Quod ait, in princ.
item in §. quare. in alijs autem eſt tex-
tus in l. Nihil intereſt. in princ. textus
in l. Marito. in prin. ff. d. tit. Ad l. Iul.
de adult. item in l. Graccus, C. d. tit. &
in Auth. Vt liceat matri, & auiæ, §. Hi
quoque. de quo ſup. d. Cap. præced. §.
III. num.* 52. *in fine dictum eſt.* Cum
igitur

igitur fuerint deprehenſi adulter ſi-
mul cũ filia, ꝑmittitur animaduerſio
in vtrumque:quod ſolum in ipſa tur-
pitudine videbatur permiſſum: Sed
quoniam difficillimum eſt, tantum
temperare dolorem, *l. Si adulterium,*
§. *Imperatores, ff. d. tit.* ideo lex ad-
didit, quod ſi profugerit filia, & in-
terpoſitis horis apprehendatur a pa-
tre,eam perſequente,incontinenti, ſi
eam occiderit,occidiſſe videtur: Non
tamen vult quod hodie occiſo adul-
tero,reſeruet, & poſt diem filiam oc-
cidat,vel econtra: debet enim eodem
impetu vterque occidi,æquali ira ad-
uerſus vtrumque ſumpta. Vnde nil
mirum, ſi diuerſus ſit huiuſmodi ca-
ſus a caſu noſtro, quia eiuſdem legis
auctoritate illud permiſſum eſt:& ra-
tio eſſe poteſt, quia per illud parum
temporis adhuc durare videtur ille
rancor: & ſic incontinenti cenſetur
factum.

Sed nec illud omittendum eſt: qđ
cum vtraque lex procedat ex cõmuni
68 Romanorum iure, non † eſt de his a-
picibus amplius diſputandum, *vt ait*
textus in l. Si fideiuſſor, §. quadam, ff.
Mandati. Sed quia lex,quæ dat pote-
ſtatem patri occidendi adulteros de-
prehenſos in adulterio in domo eiuſ-
dẽ patris, vel eius generi, tribuit etiã
illam facultatem eo modo, quo di-
ctum eſt, vt.ſ. quod poſſit aliquo tẽ-
poris interuallo elapſo, licet illorum
alter aufugiat extra dictas domos,
occidere fugientem: ergo nõ eſt am-
plius de hoc diſputandum. Sed nõne
69 eodem † iure prohibetur exercitium
iuriſditionis in alieno territorio? *vt*
patet in d. l. Extra territorium, & in
d. c. 2. in fi. de Conſuet. lib. 6. Ergo
nemo poterit capi in alieno territo-
rio,cum ille actus ad iuriſditionem
pertineat,quam nemo habet,niſi Iu-
dex eiuſdem territorij, vbi faciẽda eſt
captura. At licet, cum quis fugatus
vel inſecutus fuerit ex vno territorio,
in quo iudex habet exercitium iuriſ-
ditionis, & ſe contulerit in alienum
territorium, illud initium licitum vi-
deatur: attamẽ,quia dum inſecutus,
ingreditur alienum territorium, aliũ
actum a primo diſtinctum facere vi-
detur: ideo non poterit amplius ibi
nec inſequi, nec capi: & ex his re-
ſtat firma ratio eiuſdem Cagnoli *in*
d. l. Extra territorium. d. nu. 20. dum
inquit, quod ſequentes, cum ſunt in
alieno territorio, debent ſubſiſtere:
nec, ingrediendo alienũ territorium,
illud violare, *vltra d. textum in d. l.*
Extra territorium, allegat etiam c. Ex
parte in Chriſto, inf. de Verborum ſign.
Propterea bene mihi videtur dixiſſe
Iaſon *in d. l. Extra territorium, num.*
4. *ſupracitato,* dum pro hoc præſenti
caſu nititur Bartoli auctoritate *in d.*
§. *quod ait lex.* quem poſt Boſſium *in*
tit. de Captura, num. 21. (quem etiam
refert Decianus *d. cap.* 28. *eod. num.*
31. *d. lib.* 6. *Tract. crimin.*) allegat
Farinacius *in d. Quæſt.* 28. *num.* 41.
Sed huic ampliationi melius ſuffra-
gantur quæ in ſequenti ampliatione
dicentur.

70 Ampliatur † tãdẽ hæc pęna ad eos,
qui vellẽt Reum abſtrahere, qui dum
captus duceretur a birroarijs, ſecum
illos trahat ad ſupradicta Loca. Vel-
lem dicere hunc caſum in terminis
adhuc non vidiſſe apud alios, quem-
admodum quidam dicere ſolent in
quibuſdam caſibus, quos aut non dũ
fuiſſe traditos ab alijs putãt: aut for-
taſſis eos, qui de illis tractant, non dũ
præ manibus habuerunt: ſed quia
doctrina mea non eſt mea, ſed illorũ,
qui me præceſſerunt; quia ſine his ni-
hil poſſem: & mea ſcripta fruſtrato-
ria redderentur: ideo ſi cui forſan no-
uus caſus videatur, nõ mihi aſcribat,
ſed eis qui inferius tradentur.

Fundamentum autem huiuſce

ampliа-

ampliationis totum pendet ex Textu
in l. In laqueum, *ff. de Acquir. rerum*
dom. quem pro præcedenti amplia-
tione allegat Boſſius *in d. tit. de Ca-*
ptura.num.22. & poſt eum Decianus
d. num.31. cuius ſup. in princ. d. præ-
ced. ampliat. meminimus. in quo textũ
hic præſẽs caſus videtur deciſus, dum
inquit, *ſtatim poſt med. in verſ. Præte-*
rea, his verbis:

„ *Præterea: vtrum in eo ita hæſerit*
„ *aper, vt expedire ſe nõ poſſit ipſe:*
„ *an diutius luctando, expediturus*
„ *ſe fuerit?*

Cui ſuffragatur dictum illud Bartoli
in l. Quis ſit fugitiuus, §. apud Labeo-
nem, ff. de Aedilitio edicto, num. 2.
71 dum tradit exemplum eius, qui † ca-
ptus fuerit in territorio Aſſiſij, & du-
ctus fuerit in territorium Peruſij: di-
cens, quod debet relaxari: allegat pro
hoc Oldradum in quadam ſua diſpu
tatione, de qua cum plures viros do-
ctos in hac facultate verſatos inter-
rogarem, ab omnib⁹ vnanimiter ac-
cepi, nunquam ſimilem diſputationẽ
fore viſam: & præſertim inter hos a
72 me quæſitos interfuit † in iure con-
ſummatiſſimus Regiuſque Conſilia-
rius Dominus Vitus Lombardus,
noſtra ætate omnium magiſter, ad
quem veluti fontem ad hauriendas
aquas quiſq; accurrit: de quo teſta-
tur Doctiſſimus Dominus D. Garſia
Maſtrillus *in lib. 1. Deciſ. 33. ad fi.*
vere lumen, non ſolum huius Regni,
ſed (vt ita dicam) totius orbis: cuius
fama ob illius egregia ſcripta, quæ
per aulas Regias verſantur, quotidie
accreſcit: quem hic laudare ſuperfluũ
fore putaui. Igitur redeamus ad rem
noſtram: Quapropter non diſſo-
num eſt quod refert Angelus Aret. *in*
§. Inſula. poſt nu. 2. Inſtit. de Rerum
diuiſ. qui, tractans de capienda poſ-
73 ſeſſione, ait, quod ſi † vn⁹ tenet Eccle-
ſiam, alter cãpanile ſeu pinnaculum,
quod eſt fortilitium: quod ille qui eſt
ingreſſus Eccleſiam, cũ de facili poſ-
ſit expelli, non dicitur adhuc adeptus
corporalem poſſeſſionem beneficij.
idem etiam refert Grãmaticus, *Deciſ.*
70. num. 7. Sic a ſimili in caſu noſtro
74 præſenti: quia licet † quis detentus ſit
à familia curiæ, & non videatur ſo-
lutus, vt ait Gaius Iuriſconſ. *in l. Qui*
neque: alias incip. Solutum, ff. de Ver-
borum ſig. dum inquit,

„ *Solutum nõ intelligimus eum, qui*
„ *licet vinculis leuatus ſit, mani-*
„ *bus tamen tenetur, &c.*

Nihilominus nec etiam dici poteſt
omnino ligatus; cum diutius luctan-
do ſe potuit expedire: & ſic non erat
penitus curiæ quæſitus: pro quo facit
quod ait idem Aretinus *in d. num. 2.*
in princ. poſt d. tex. in l. In laqueum, his
verbis:

„ *Quæro, quando dicatur quis oc-*
„ *cupare? dic, qui ſic incipit occupa-*
„ *re, quod poteſt conſeruare, & poſ-*
„ *ſidere: alias non dicitur occupaſ-*
„ *ſe, arg. ff. de Acquir. rer. dom. l.*
„ *In laqueum. & ſup. eo. §. Feræ.*

Et hoc eſt ſimile illi ſententiæ Pauli
Iureconſ. *in l. Qui tacet, ff. de Regulis*
Iuris, dum dixit, Qui tacet, non vtiq;
fatetur: ſed tamen verum eſt, eum nõ
negare. ex quo ſequitur, quod datur
quoddam medium inter contradice-
re & negare, prout communiter tra-
dunt Doctores *ibidem in d. lege.*

Concludendum igitur in hoc caſu,
arguendo ab eo, qui ductus eſt per
Eccleſiam, etiam ſi ad mortis ſuppli-
cium ductus fuiſſet, liberandus erat,
iuxta Clarum *in d. quæſt. 30. verſic.*
Scias autem. in fi. multo fortius gau-
dere debet, qui, dũ manibus tenetur,
ſeipſum adduxerit ad Eccleſiã: quia
quis nõ videt maiorem rationem vi-
gere in hoc præſenti caſu, quam in il-
lo? licet ille cõmuniter reijciatur, *vt*
dictum eſt ſup. Cap. IV. §. X. poſt nu. 7.
& ra-

& ratio eadem eſt, quam diximus in
pręcedenti ampliatione, hoc eſt, quia
dum ducitur, non dicitur fugere: &
hāc eandem rationē affert Decianus
d. cap. 28. *num.* 30. illamque ex Mar-
ſilio *in Prac.* §. *Vlterius, num.* 4. *& in
d. l. vnica, num.* 115. *C. de Raptu vir-
ginum*, tradit Farin. *d. num.* 69. *circa
med.* Reijcitur etiam d. opinio Clari
& aliorum ab eo relatorum, per ea
quoque, quæ diximus ſupra *in Capite
pracedenti*, §. *Octauo*, quamuis eam
communem dixerit: vnde ſi commu-
nis eſt apud eum, licet vera non ſit,
debet tamen ſaltem huic pręſenti ca-
75 ſui ſuffragari: & ſi † cui fortaſſis con-
tigerit dubitare, nihilominus hęc du-
76 bitatio prodeſt illi: cũ in dubijs † be-
nigniorem partem, quæ Reis fauora-
bilior eſt, ſequi debemus, *tex. in l. Sē-
per in dubijs. text. in l. Fauorabiliores,
ff. de Regulis Iuris. & textus in l. Reis
potius. ff. de Verborum ſign.*
77 Non eſt hic tractandũ de eo, qui, †
fide data cuſtodi carcerum, etiam cũ
iuramēto, exit ę carceribus, & ſe con-
fert ad Eccleſiam: quia ſatis eſt, quod
illuc ſe conferat; & imputet ſibi car-
cerum cuſtos ſi eum relaxauerit, pro-
ut poſt multos tradit Decianꝰ *d. cap.*
28. *nu.* 33. alioſque refert Farinacius
d. Quaſt. 28. *num.* 43. qui etiam tra-
78 ctat de eo, qui, † effracto carcere, ad
Eccleſiam ſe receperit, *vt videre eſt in
pracedenti numero:* de quibus, & alijs
caſibus non oportet hic diſputari;
quia ſatis eſt, quod illuc confugerit:
nam vbi non agitur de delictis exce-
ptis, cætera remanent firma: de qui-
bus etiam conſule Dominum Villa-
gut *in d. tract. de Extenſ. Immun. Ec-
cleſ. num.* 41. quæ omnia adeo vera
79 ſunt, vt, dum † Reus in Locis Sacris
Religioſiſue permanet, non valeat
etiam criminaliter citari, ad hoc, vt
pœna corporali condemnetur: quia
ille actus pertinet ad iuriſditionem,
quam non habet iudex laicus dum
Reus extra ſuum territorium perma-
net, vt poſt Abbatem & alios conclu-
dit Aluarus Valaſcus *in ſua Conſul-
tatione* 80. Idem voluit Angelus re-
latus a Paulo de Caſtro *in l. Plerique.
num.* 6. *ff. de In ius voc. per cap. Decet,
hoc tit. noſtro, in* 6.
Limitatur tamen hæc concluſio
80 præſentis §. in caſu negligentiæ Epi-
ſcopi, vel aliarum Eccleſiaſticarum
perſonarũ, quæ pro extrahendis Reis
fuerint a curia ſeculari requiſitæ, &
aſſiſtere recuſauerint: nam tunc in
caſibus exceptis virtute huius Con-
ſtitutionis extrahendi facultas cōce-
ditur eidem ſeculari curiæ, ſeruata
forma ſequentium verborum.

„ *Niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus &*
„ *dicta perſona Eccleſiaſtica requi-*
„ *ſita, illos per ſe in delictis ſuperius*
„ *expreſſis culpabiles tradere, aut*
„ *captura, & carcerationi interue-*
„ *nire, & aſſiſtere recuſauerint:*
„ *tuncque reuerentia Eccleſia, &*
„ *Locis Sacris debita memores pra-*
„ *dictos Delinquentes minori, quod*
„ *id fieri poterit, cum ſcandalo &*
„ *tumultu extrahere curent. Quod-*
„ *que Delinquentes, &c.*

*Sequentia verba ſtatim inferius tra-
dentur.* Huiuſmodi extrahēdi formæ
videtur aſtipulari ſententia Clari *in
d. Quaſt.* 30. *verſic. Quaro nunc. in
fi.* licet loquatur in caſibus exceptis,
vt diximus, in quibus voluit, poſſe
iudicem laicum per ſe, nulla data li-
centia ab Epiſcopo, extrahere, his in-
quiens verbis:

„ *Debent tamen in hoc iudices ſe-*
„ *culares modeſte ſe gerere.*

Quod etiam tradit Decian. *in d. lib.*
6. *cap.* 30. *alias* 31. *nu.* 4. *ibi* (*Tertio,
quod talis extractio, &c.*) licet Clari
nullam faciat commemorationem:
ſed eiuſdem opinionis fuerat Domi-
nus Farinac. *d. Quaſt.* 78. *num.* 76.

ample-

amplectens Clari dictum: poſtea dicit, quod per hanc Conſtitutionem omnes controuertiæ ceſſare debent.

Intelligerem autē huiuſmodi verba Conſtitutionis noſtræ tūc locum obtinere, cum non poterit haberi recurſus ad alium Epiſcopum, per id quod diximus *ſup. in præcedenti* §. *nu.* 75. Nam ſi Epiſcopus loci fuerit negligens, debet prius recurri ad Epiſcopum viciniorem, ob id quod traditur ſupra in cap. 2. de Tranſlatione Epiſcoporū: vbi, *poſt med. ante verſ. Nec quod*, dicitur:

81 „ *Sicut iuxta † communem modum*
„ *loquendi, illa dicitur Eccleſia vi-*
„ *duata, quæ licet Epiſcopū habeat,*
„ *inutilem tamē perhibetur habere.*

Pro quo facit tex. in l. 1. §. *quod ſi nemo. verſic. Et quidem, ff. Quod cuiuſque vniuerſit. nom. alia plura accumulat Dambauderius in Encher. parium. verbo, Maritus inutilis.* Et Goffredus, loquens in terminis noſtris *in Summa, ſup. Ne ſede vacante. num.* 1. *in fi.* inquit, *poſt d. l.* 1. *ff. Quod cuiuſque, &c.*

„ *Qui inhabilis eſt ad agendum,*
„ *nec eſſe videtur.*

Si vero Epiſcopus vicinior & ipſe quoque negligens fuerit, tunc puto, procedāt verba ſuperius relata. Reus tamen extractus ſeruata forma prædicta, non poterit condemnari per dictam curiam ſecularem, nec in fortijs ſuis detineri: ſed debet ſeruari, quod habetur in alijs ſequētibus verbis poſt ſuperius tradita, quæ ſunt tenoris ſequentis:

„ *Quodque Delinquentes laici præ-*
„ *dicti, poſtquam, vt præfertur, ab*
„ *Eccleſijs, Locíſue Sacris extracti,*
„ *& capti fuerint, ad carceres cu-*
„ *riæ Eccleſiaſticæ reponi: & inibi*
„ *ſub tuto & firmo carcere, ac oppor*
„ *tuna cuſtodia data illis, ſi opus*
„ *fuerit, per curiam ſecularem, de-*
„ *tineri debeant: nec inde extrahi,*
„ *curiaque ſeculari prædicta conſi-*
„ *gnari, nec tradi poſſint, niſi cogni-*
„ *to prius per Epiſcopum, &c.*

De proximis ſeqq. verbis ſatis dictū eſt *in præcedenti* §. *præſertim in nu.* 59. Itaque in caſu prædicto negligentiæ Epiſcopi & aliarum perſonarum hic enumeratarum, licet ſecularis curia poſſit Reos ab Eccleſia extrahere, nō tamen poterit illos retinere in ſuis carceribus, ſed eos deferre debet ad carceres Eccleſiaſticæ curiæ, data illis opportuna cuſtodia, ſi opus fuerit. Si vero Epiſcopus noluerit eos recipere, non ob hoc dimittendi erunt, nec etiam comdemnandi a prædicta curia ſeculari: ſed eiuſdem Epiſcopi nomine detineri poterunt in carceribus ſecularis curiæ, donec Sedes Apoſtolica conſulatur, *argumento d. cap. Si Epiſcopus, de Supplenda negligentia Prælat. lib. 6. cuius ſup.* §. *præced. poſt num.* 51. *meminimus, ac de eius diſpoſitione.* Et in hoc caſu procedit quod tradit Auguſtinus de Ariminio, de quo ſup. dictum eſt *in* §. *præced. poſt num.* 8.

82 Limitatur † etiam cōcluſio præſentis §. circa huius Conſtitutionis pœnas incurrendas, quando Reus iudicis ſecularis, ſeu birroariorum blanditijs allectus, ſubdolíſque verbis deceptus, ab Eccleſiaſticis Locis exierit: quia tunc imputare debet ſibijpſi, prout bene tradit Nauarrus *in d. Manuali, cap.* 25. *num.* 22. *circa fi. in verſ. Neque etiam gaudet.* his verbis:

„ *Neque etiam gaudet qui ab Ec-*
„ *cleſia ſponte egreditur, ſubdolis*
„ *aliquorū verbis deceptus: quam-*
„ *uis qui promittit reddere Eccle-*
„ *ſiæ, aut eiuſmodi dolis vtitur, ſiue*
„ *ſit Iudex, ſiue alia perſona parti-*
„ *cularis, ad fidē ſeruādā teneatur,*
„ *vt videtur æquius, iuxta relata p*
„ *Remigium vbi ſup. fallentia* 25.

Huic ſententiæ aſtipulantur omnia quæ ſupradicta ſunt; quia cum nulla fiat violentia, nec exercitium iuriſditionis in Eccleſia fiat, nulla incurritur pęna, quæ ad violationem noſtræ Immunitatis ptinere videtur: & hoc caſu procedit diſpotio c. Diffiniuit. *d. Decimaſeptima, quæſt*.4. cuius verba poterunt ſupra videri *in* §.*VI. poſt num*.5. *verſ. Hinc iure patet, &c. Cap. IV*. Quapropter videtur in hoc caſu quodammodo renuntiare huic Immunitati: Sed an poſſit renuntiari, vel non, ſtatim inferius dicemus. Interim ex hac Nauarri ſententia ad-
83 uerte, quod illa † Doctorum diſtinctio, (cuius meminit Anton. Gomez. *lib*.3. *Varr. Reſoll. cap*. 12. *in fine nu*. 7. hoc eſt, quod in delictis tantum exceptis nõ ſit fides & ſecuritas Reo a iudice promiſſa præſtanda, ſecus autem in non exceptis, omnino reijcienda eſt, per id quod ſup. diximus *in verſic. Quod autem. poſt num*. 22. nam licet pro exceptis ſit Immunitate priuandus: attamen ſi Reus, non ſeruata huius Conſtitutionis forma, ab Eccleſia extrahitur, ante omnia pariter ſicut & qui gaudere debet, penitus Eccleſiæ reſtituendus eſt: quapropter ſi in non exceptis fides eſſet ſeruanda: idem etiam dicẽdum eſſet in caſib⁹ exceptis, prout voluit idem Gomez. dum dixit in omnibus caſibus, etiam exceptis Reos ab Eccleſia extrahi nõ poſſe ſine licentia expreſſa Epiſcopi, de quo iam actum eſt *ſup. in d*. §.*præced. d. num*.8. Vnde cum his ab Antonio Gomez. relatis omnes alij ſimilem habentes opinionem reijciendi ſunt, quorum plures tradit Dominus de Maſtrillo *in d. lib*.2. *Deciſ*.169. *à num*. 13. *vſq. ad* 16.

Quæritur nunc ſubſequenter: Nũ
84 Reus † ad Eccleſiã recept⁹ poſſit huic Immunitati renuntiare? & Ioan. de Viſch. *in tract. hoc eo. tit. noſtro, num*. 56. relatus a Deciano *in d. lib*. 6. *cap*. 26. *num*. 12. voluit, quod poſſit extrahi etiam inuitis rectoribus Eccleſiæ, ſi Immunitati renũtiauerit: ſed Decianus *loco cit*. hanc opinionem non admittit, dicẽs, nihil quod eam probet, allegaſſe: quare hanc ipſe tradit diſtinctionem, quod ſi cõfugiens ad Eccleſiam voluerit exire, ſed a rectoribus Eccleſiæ prohibetur, poterit illis inuitis, & eo volente, extrahi ab alijs: quia ſicut perfugium ad Eccleſiam ei fuit liberum, ita & exitus eſſe debet: probat hoc auctoritate d. cap. Inter alia, *in fine, inf. eo*. vbi dicitur, quod non debet inuitus extrahi: ergo (ait Decianus) bene poterit volens: & rationem affert, quia hæc Immunitas conceſſa eſt Eccleſiæ, non perſonis ad eam fugientibus: ergo non poterit renuntiari. Sed hoc quod ait de Eccleſia, vt. ſ. ei ſit conceſſa hæc Immunitas, non eſt ſimpliciter verũ, quia (vt diximus ſup. cum de Locis egimus) Eccleſia nullam ex hoc conſequitur vtilitatem, ſed ipſimet Delinquentes: vnde dicas, verum eſſe, quod hoc priuilegium conceſſum ſit Eccleſiæ ab ipſomet Deo, vt ad eam fugientes, inde extrahi non debeant, vt pœnis obſtringantur, niſi tantum in caſibus exceptis: At quo ad vtilitatem conceſſum eſt ipſiſmet Delinquẽtibus: quare dum quis exit ſponte ab Eccleſia, videtur quodammodo (*vt dixit de* Viſcho) renuntiare huic Immunitati, ſed minime verum eſt: quia dum eſt extra Eccleſiam libere poterit capi, *vt in d. cap. Diffiniuit*, 17. *quæſt*. 4. dum vero permanet in eadem Eccleſia, licet millies renuntiet per acta publica, & poſtea noluerit exire, non poterit inuite extrahi: quia illa iniuria nõ infertur Reo, ſed Eccleſiæ: vnde non poteſt proprie vocari renuntiatio huiuſmodi actus, cum nõ habeat Reus ex propria perſona,

ſona, vt ab Eccleſia exiuit.
Sed quoddã hic accidit dubium:
Num dum quis fuerit legitime ex-
tractus, & nomine Epiſcopi in carce-
ribus ſecularis curiæ detentus, pen-
dente cauſa, An. ſ. debeat gaudere,
vel non, poſſit eidem Immunitati re-
nuntiare? Et per id quod tradit Vil-
lagut *in ſua Conſult. ſiue Deciſ. 29. nu.*
69. videtur dicendum, quod ſic, dum
inquit *per tex. in cap. Ad Apoſtolicam,*
ſup. de Regul. & in l. Si quis in conſcri-
bendo, C. de Epiſc. & Cler. & per alia
85 *iura*, quod quilibet † poteſt renuntia-
re iuri ſuo, & fauori pro ſe introdu-
cto: ſi tamen id, in quo conſentiret,
eſſet tantum ſibi præiudiciale. Sed in
hoc caſu pręiudicium videtur totum
vertere in ipſummet Reum, vt patet
ex ſupra enarratis: Ergo recte vide-
tur, quod illi renuntiare poſſit. Nihi-
lominus ex Deciano, *loco ſup. cit.* con-
trariũ colligitur: qui vult, quod hoc
86 Priuilegium ſit inſtar † illius Cleri-
corum, cui nõ poteſt renuntiari, cum
non ſit introductum in eorum fauo-
rem, ſed potius in fauorem totius or-
dinis clericalis, *iuxta tex. in cap. Con-*
tingit, il 1. ſup. de Sent. excom. & ſup.
de Foro compet. c. Si diligenti, cum alijs
ſimilibus: Vnde dicit Abbas *in cap.*
Cum tempore. num. 2. ſup. de Arbitris,
87 quod licet † generaliter dicatur, quē-
libet poſſe licite renuntiare iuri & fa-
uori pro ſe introducto, in priuilegio
tamen exemptionis tangitur nedum
fauor exempti, ſed etiam fauor ipſius
ſuperioris, qui exemit eum: & exi-
mendo ab alijs, immediate illum ſuæ
iuriſditioni ſubiecit: vnde intereſt ſua
non perdere iſtam immediatam iu-
riſditionem: ſecus in alijs priuilegijs,
in quibus verſatur duntaxat fauor
priuilegiati. Itaque quemadmodum
Reus detentus in carceribus curiæ
Eccleſiasticæ non poteſt, niſi tantum
in caſibus exceptis ſeculari curiæ cõ-
ſignari: ita etiam & in propoſito caſu
non valebit Reus ſe ſubmittere pote-
ſtati & iuriſditioni iudicis tempora-
lis in præiudicium Iudicis Eccleſia-
ſtici: cum idem ſit in carceribus Ec-
cleſiaſticis detineri, vel alibi nomine
ipſius Epiſcopi: vnde ſicut Reus ibi
detentus cognoſci non poteſt a curia
ſeculari: ita etiam dum in carceribus
eiuſdem curiæ ſeculari detinetur ad
inſtãtiam, vel nomine ipſiuſmet Epi-
ſcopi: & in his terminis fuiſſe deciſũ
tradit Dominus de Maſtrillo *in d. lib.*
2. Deciſ. 169. qui etiam *ibidem* plura
congerit ad hunc præſentem §. perti-
nentia, & concordantia cum his ſu-
pra relatis.
Vnum tandem adhuc ſupereſt in
hoc præſenti §. inueſtigare, ſecũdum
noſtræ Cõſtitutionis tenorem, quod
88 eſt ſuper illo verbo, †. PRÆSVM-
PSERIT, quod ſtatim poſt verba
ſuperius *in num. 45. relata* traditur te-
noris ſequentis:
„ *Quidquam præter, aut contra hu-*
„ *ius noſtræ Conſtitutionis tenorem*
„ *attentare PRAESVMPSE-*
„ *RIT, &c.*
Quare ſciendum quod hoc verbum,
Prę ſumo, ſemper arguit dolum: nam
lex poſita cõtra prę ſumentes aliquid
facere, non comprehendit eum, qui
ignoranter abſq; dolo vel cõtemptu,
bona fide vel ſimplicitate facit, vt
poſt Card. Zabar. *in Clem. 1. num. 22.*
de Priuilegijs; & Nauarrum *in cap.*
Accepta. oppoſit. 8. de Reſtit. ſpoliat.
& in d. Manu. num. 74. tradit Ste-
phanus Quaranta *in d. Summa Bull.*
verbo, Alienatio rerum Eccleſ. num. 9.
in fi. eũdemque Zabarel. ad eundem-
dem finem refert Iacobus de Graffijs
in d. par. 1. Deciſſ. aurr. caſſ. conſc.
lib. 1. cap. 13. num. 72. & vltra eum
alia plura Iura adducit, *vt eſt tex. in*
cap. 1. & in c. Monaſterium, ſup. de Vi-
ta, & honeſt. Clericorum. text. in cap.

fi. ſup. Ne Prælati vices ſuas, &c. text.
in c. fi. inf. de Exceſſibus Prælat. &
text. in Auth. Statuimus, C. de Epiſc.
aud. Et ſubdit dicens, quod licet ex-
communicationis pœna per igno-
rantiam euitetur, poſt Gloſ. in l. Rem.
§. 1. ff. de Rei vendic. actus tamen non
valet, vt per Decium adductum a ſimili
in Repetit. cap. Decernimus. num. 48.
89 ſup. de Iudicijs. Vnde ſi quis † bona
fide, ignarus huius Conſtitutionis,
aliquid præter, aut contra eandem
committeret, excuſandus eſſet a pœ-
nis in ea contentis, vt de quodam ſi-
mili dicit Nauarrus relat⁹ ab eodem
Quaranta loco cit. qui eum allegat in
Comment. Alienat. rerum Eccleſ. n. 26.
90 Obſtat tamen illud, quod contra †
leges communes ſiue generales non
admittitur ignorantia, toto tit. de Iu-
ris & facti ignorantia in lib. Codicis,
& ff. orum. præſertim in l. Conſtitutio-
nes, C. d. tit. & in l. Regula, ff. d. tit.
pro quibus facit tex. in l. Leges ſacra-
tiſſimæ, C. de Legibus, de qua re con-
ſule Nicolaum Vigellium in ſua Me-
thodo Iuris Contr. lib. 5. cap. 11. tit. de
Ignorantiæ exceptione, qui dat plures
& diuerſas replicationes, atque tripli
cationes, ſeu limitationes: Sed quia
91 Extrauagantes † vicem gerunt Iuris
communis, eodemque modo ligent,
vt per ſe patet, & in ſpecie tradit Lu-
douicus Gomeſ. in Proœmio ad Regu-
las Cancell. Apoſt. d. quæſt. 2. poſt præ-
cit. verſic. Quarto pro iſta, Ac etiam
dicit Io. Baptiſta Coſta in tract. de
Iuris & facti ignor. cent. 2. diſt. 98. nu.
7. poſt Nauarrum in Conſil. 1. num.
11. & 19. de Conſtit. & Flaminium
de Parif. in tract. de Reſign. benef. lib.
5. quæſt. 6. num. 222. & lib. 11. quæſt.
9. quod ſtilus Curiæ ſe habet, quod
poſt publicationem factam in eadem
Curia, abſq; vlteriori publicatione
in partibus extra eandem Curiam li-
gent. Ergo nec ignorantia huius Cō-
ſtitutionis deberet admitti. Sed reſp.
primo, quod hoc non procedit in le-
ge extrauaganti, quæ non eſt in Cor-
pore Iuris clauſa: vnde licet Legiſla-
tor omnia Iura ſcire præſumatur per
id quod dicitur, quod illa habeat in
ſcrinio pectoris ſui, vt patet in ſupe-
rius relatis, Cap. præced. §. V. num. 80.
nihilominus quo ad Extrauagātem
difficile illud redditur, vt idem Go-
meſ. tradit in d. Proœmio, quæſt. 5. ad
fi. in verſic. Iuſtificatur iſta opinio. per
notata in cap. Paſtoralis, ſup. de Fide
92 inſtrumentorum, dicēs quod in † hoc
iure Extrauagantiū poteſt veriſimili-
ter cadere ignorantia. Vide etiam
eūdem Gomeſium in ſeqq. verſiculis,
Et hoc præſertim procedit, quando
Extrauagans non eſt publice nota:
nam tunc veriſimiliter præſumitur
ignorātia, vt poſt Baldum in d. l. Le-
ges ſacratiſſimæ, C. de Legibus. & An-
dream Alciatum in tract. Præſumpt.
reg. 3. præſump. 31. ad fi. Menochius
refert lib. 2. Præſump. 3. num. 11.
Secundo reſpon. ad id quod dicit
Coſta poſt Nauarrum: nam quo ad
geſta, vel acta contra leges extraua-
gantes verum eſt, quod illa nullius
ſunt momenti: & hoc modo dicun-
tur ligare poſt earum publicationem
in Curia factam: ſecus autem quo ad
pœnas incurrendum, quia etiamſi
Papa voluiſſet, quod poſt aliquod
tempus (vt apponi ſolet in Bullis ſeu
Conſtitutionibus extrauagantibus)
non valeat ignorantia allegari: nihi-
lominus, hic in noſtra Conſtitutione
per præd. verbum, PRÆSVMPSE-
RIT, ignorantiæ exceptio non cen-
ſetur ſublata. Vide quæ inferius dicen-
tur in verſic. ſeq.
Rurſus obſtare videtur quod poſt
multos tradit. Clarus in §. fi. quæſt.
85. verſic. Secundus eſt caſus. & poſt
eundem & alios Farinacius, Quæſt.
93 24. num. 165. qui volunt, quod ſi † per
ſtatu-

ſtatutum puniatur aliquid, quod de Iure communi extet prohibitum, forenſis incidens in illud ſtatutum, licet ignoranter, ſubiacebit etiam pœnis ſtatuarijs loci, in quo deliquit: præter pœnas de Iure communi impoſitas. *de hac re communiter Doctores tractare ſolent in l. Cunctos, C. de Summa Trin. & fide Cathol.* Sic etiam †
94 in propoſito noſtro Caſu videtur dicendum, quia, licet quis ignorãtiam huius Cõſtitutionis alleget, videtur, quod eo non obſtante, iiſdem pœnis ſubiacebit, tanquam ſi ſciuiſſet, eo quod de iure veteri ſatis quoq; eſt punibilis huiuſmodi Caſus violationis noſtræ Immunitatis, prout patet ex ſuperius allegatis. Sed huic obiectioni breuiter reſponderi poteſt, quod illud verum eſſet, ſi in hac Conſtitutione ante prædictum verbum, Præſumpſerit, nõ adeſſent illa verba, ibi:

„ *Aut contra huius Conſtitutionis*
„ *tenorem, &c.*

Vnde niſi quis huiuſmet Conſtitutionis ſcientiam habeat, eius pœnas incurrere non poteſt, quia non facit contra vel præter eam, vt in præcitatis eiuſdem verbis habetur. Quapropter videndum eſt, quãdo quis ſcientiam habere præſumatur.

95 Poteſt † autem præſumi huiuſmodi ſcientia, ſi penes aliquem adinueniantur exemplaria, ſeu libri, qui de hac Immunitate tractent, cum allegatione noſtræ Conſtiturionis, cuius verba ibidem fuerint adſcripta, prout patet in illo elegantiſſimo Tractatu Domini mei & eximij Doctoris Alexandri Ambroſini: ac etiam in præcitato Tractatu doctiſſime congeſto a Domino Alphõſo Villagut, & alijs, de quibus multoties ſuperius actum eſt: quorum emendationi peculiaribus verbis hæc mea Scripta ſubmitto. Secus autem ſi tãtum fuerint ſimpliciter allegata, quia quædã Doctorum ſcripta etiam typis expoſita perlegi, in quibus male allegabatur hęc Conſtitutio. Quapropter aduertant Iuris Studioſi ne decipiãtur ab alijs noſtra ætate antiquioribus: ſed quod a me ſupra *in Præfatione ad Lectorem* traditũ eſt, percipiãt corde.

Hæc autem non erunt ita ſimpliciter ſumenda, quod eo ipſo, quod fuerint adinuẽta penes quem ſimilia ſcripta, in hanc Conſtitutionem incidiſſe ſit præſumendum: quia poſſet hoc etiam accidere viris literarum ignaris: ergo ſolummodo intelligendum eſt pro viris doctis, & præſertim in hac legali ſcientia verſatis: & tunc veriſimiliter prædicta ſcripta ad hũc effectum habere præſumitur, ſecundum doctrinam Domini Thomæ Grammatici *in Deciſ. 103. num. 31. in fine, & duobus num. ſeqq.* qui poſt Baldum *in l. Non eſt ferendus, ff. de*
96 *Tranſact.* refert, quod ille qui † vidit teſtamentũ, præſumitur habuiſſe notitiam totius teſtamẽti: ſicut ille, qui habuit penes ſe acta, præſumitur omnia percunctaſſe, *per cap. Conſtitutus, ſup. de Teſtibus.* quod referre, ait, & ſequi Alexandrum *in Conſil. 102. Viſis, & ponderatis his. vol. 1.* Dicit etiã poſt eundem Balum *in Auth. At qui ſemel, C. de Probat.* quod eo ipſo, ꝙ ſcriptura reperirur penes aliquẽ, pręſumitur ab eo cognita & lecta: & eandem tradit auctoritatem Ancharani *in Cõſil. 169.* quem allegat Menoch. lib. 6. *Præſump. 23. num. 74. quamuis ab eo allegetur in Cõſ. 170. quod penes, me ita repertum eſt, ſecundum Menoch.* vltra quem refert eriam Petrũ Benintendi *in ſuis Deciſ. 71. num. 7.* qui plu-
97 res & infinitos allegat. De alijs † autem modis præſumendi ſcientiam, quorum aliqui huic adaptari poſsẽt, videri poteſt Menoch. *d. Præſũp. 23. tota.* & Nicolaus Vigellius *in præcitata Methodo Iur. Contr. lib. 2. cap. 11. verbo,*

verbo, Ignorantia præſumitur, qui ponit ſuas exceptiones, replicationes, duplicationes, triplicationes, & ſimilia: inter quæ *in vigeſimaprima exceptione*, hunc reperies modum ſcientiam præſumendi.

Vltra noſtræ Conſtitutionis ver-
98 ba quæri poteſt, Quid † ſi birroarij, vel ſatellites aut Iudicis familia (ſi qui ſint) afferant cœpiſſe delinquentem in loco profano: Delinquens vero contrarium affirmet, aſſerens ſe fuiſſe captum in Loco Sacro, an ſit ſatellitibus, an vero Reum credẽdum? Hãc quæſtiunculam diſcutit Decianus *in d. lib. 6. cap. 29. alias 30. nu. 10.* (*ſicut ipſemet Decianus ſe allegat ſup. in cap. 25. num. 23. eod. lib. dum remittit ſe ad hunc locum proxime citatum:*) aitque quęſtionem facere, quia
99 nuntio † in ijs, quæ concernunt officium ſuum, credẽdum eſt, & allegat Bart. *in l. 1. §. cum carnis, ff. de Offic. præf. vrb. & in Extrauag. Ad reprimendum, in verbo, Per nuntium*. Sed hoc eſſe ait, quando nuntius nullum habet contradicentem: at ſi nuntius refert ſe citaſſe aliquem, & is neget cum iuramento, hoc caſu non ita diſtinctè illi credendum erit, ſed erit arbitrarium iudici, vtri malit credere: pro quo allegat Io. Andr. *in cap. Cum parati. ſup. de Appellat.* & Salyc. *in l. Tres denuntiationes, C. Quomodo, & quando, &c.* ac etiam alios: & ſubdit dicens, concludendum eſſe, quod ſi nũtius referat pro Reo. ſ. ſe illum cœpiſſe in Loco Sacro, ſtabitur eius religioni, quæ erit de actis, & faciet notoriũ, & in hac ſpecie, ait, conſuluiſſe Romanum *in Conſilio 227. incip. Spectabilis. num. 3. ad fi.* Si vero referat contra Reum, nempe ſe illum cœpiſſe in loco profano: Reus vero neget cum iuramento: tunc, ait Decianus, non eſt ſimpliciter ſtandũ dicto nuntij: quia nuntio etiam ad id ſpecialiter deputato non creditur in graue præiudiciũ tertij, ſicuti notauit Bart. *in l. Diuus. col. 2. ff. de Cuſto. reorum.* Nam, vt inquit Baldus *in l. Magis puto, §. illud, ff. de Rebus eorum, qui ſub tut.* propter lucrum quod ſperant, facile mentiuntur: & in terminis conſuluiſſe refert Alexãdrum *Conſil. 76. num. 18. vol. 5.* quod quando tractatur de pœna graui, non eſt ſimpliciter credendum officialibus. Alia plura tradit Decianus, quæ, vt breuitate vtar, tranſcribere omiſi. tandem pro hac re, quando. ſ. nuntio credendum ſit, ſe remittit ad ea, quæ refert eius cõpater Menochius *in ſuo tract. de Arbitr. Iud. caſu 112.*

Sed dubitari contingit ſuper his a Deciano relatis, Ad quem Iudicem ſpectet huiuſmodi caſus cognitio? Et fortaſſis videretur dicẽdum, quod ad ſecularem, nõ ad Eccleſiaſticum, iuxta Pauli Iureconſulti ſententiam *regiſtratam in l. In pari cauſa, ff. de Regulis Iuris*, dicentis,

100 „ *In † pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.*

Et traditur, ĩ Regula, In pari cauſa, lib. 6. Sed in hoc caſu agitur de Iudicis cõpetẽtia, quod nõ reperitur iure cautum, a quo cognoſci debet, an. ſ. huius, vel illius ſit iuriſdictio. ergo data præuentione iudicis ſecularis, eidem cõpetere debet ſimilis cognitio. Hoc tamen, & alijs non obſtantibus, bre-
101 uiter dico, quod non † abſimilis erit hæc quæſtio ab illa de poſſeſſione clericatus, quando. ſ. quis habitus pro Clerico, captus ſit à Iudice ſeculari; nam cum hæc quæſtio ſit deciſa, ab eiuſdem iuris terminis non diſcedemus. In qua quæſtione Bonifacius VIII. *in cap. Si iudex, de ſent. excõm. in 6.* pro clerico reſpõdiſſe fertur, ea ratione: quia de re Eccleſiaſtica & ſpirituali tractatur. Sic in propoſito caſu, quia cum Iudex ſecularis ſe ſuſpe-

ſuſpectum reddat, non poterit, nec debet huic caſui ſe ingerere. Nam quemadmodũ Iudex Eccleſiaſticus ipſas principales cauſas cognoſcit: ita etiam & alia ad eaſdem concernentia cognoſcere debet, cum acceſſorium naturam ſequi congruat principalis, *cap. Acceſſorium, de Regulis Iuris in 6. cum alijs per Doctores ibi & alibi notatis.* Et hæc ſatis ſint quoad hunc §. Sed quoniam omne agens agit propter finem: ideo propter quem finẽ hæc omnia ſint dicta, in §. ſequenti videamus.

SVMMARIA.

1 *Immunitatis huius Effectus.*
Eadem eſt, quæ olim apud veteres Diuino Iure ſancita, reiecta denuo cõtrariorũ opinione, nu. 17.
2 *Exilij pœna an puniri poſſit Reus in Eccleſia receptus?*
An ſit corporalis pœna? num. 3.
Et an leuis, vel grauis? num. 4.
Mittendi in exilium ſi diu ſteterit incarceratus, an illud tempus ſit ei computandum? num. 9.
5 *Hoſtienſis in cap. Inter alia, declaratur.*
6 *Syluester in ſũma, verbo, Immunitas, il 3. q. 4. declaratur: et n. 14.*
7 *Reus in Eccleſia receptus an ibi permanere debeat quouſque a iudice temporali requiratur?*
Si nõ habet unde ſe alat, quid agendum? num. 13.
Abſolutus ſemel a pœna vt ad Eccleſiam confugit, an iterum compelli poſſit pro eodem delicto? n. 19.
8 *Carcer exilio comparatus.*
An lex ciuilis carceris pœnam infligat? num. 10.
Et quid de lege Canonica? nu. 11.
Quid ſit? num. 12.
14 *Cautio qua adhibenda pro Reis in Eccleſia receptis?*
15 *Contumax an appellari poſſit?*
16 *Conſuetudo quæ ſeruatur his temporibus pro Reis in Eccleſia receptis an obtinere poſſit?*
18 *Figura VRBIVM REFVGII Hebræorum.*

§. III.

POSTREMO in hoc præſẽti Sexto Capite de eiuſdem IMMVNITATIS EFFECTV peragere nos oportet; ne finis propter quem hæc dicta ſunt, ignoretur: nam ſecundum rectam Philoſophorum ſententiam omne agens agit propter finem: finis autem huius Refugij Eccleſiaſtici a nemine fortaſſis relatus apparet: vnde & nos cum reliquis noluimus aberrare: ſed breui quadam vtar via, vt ad eiuſdẽ optatum finẽ deueniamus.

1 EFFECTVS † ergo huius Immunitatis ille erit, vt Reus in Eccleſia receptus, a pœnis corporalibus liberetur, ſicuti ſupra *Cap. 1. §. 7.* cum de huiuſce Immunitatis definitione egimus, dictum eſt. Hinc Abbas Panormitanus *in d. cap. Inter alia, nu. 9.* dicit, quod Reus ex illo ſolo confugere ad Eccleſiam, conſequitur hanc Immunitatẽ: *allegat tex. in c. Id constituimus, 17. quæſt. 4. præter d. c. Inter alia.* idem tenet Syluester *in Summa, verbo, Immunitat. 3. quæſt. ſeu* §. 4. illudque etiã ex Io. de Vſch. *in tract. hoc tit. noſtro, num.* 54. refert Decianus *d. lib. 6. cap. 26. num.* 11. Hique omnes dicunt, quod ſi Reus ſponte exeat de Eccleſia, non poterit corporali pœna damnari, ex quo ſemel ad eam confugit. Hoc autem ſic ſimpliciter ſumptum, non erit immune à controuerſijs. Nã etſi per hanc Conſtitutionem noſtram priſtinum Ius ſuper huiuſcemodi Immunitate renouatum apparet, mutatis vel addi-

tis

tis aliquibus tantum caſibus : remanet adhuc cõtrouerſa præſens Quæſtio : cum ſecundum veteris Iuris Interpretes eadem ſit controuerſa.

1 Itaque illud pro baſi ac fundamento huiuſce rei propoſui capeſſẽdum, quod dictum eſt, vt.ſ. qui ad Eccleſiam fugerit, nõ poſsit puniri corporali pœna, *d. cap. Inter alia, & alijs Iuribus præallegatis in d. §. 1. Cap. 1. & ſi quæ ſint per hunc Librum diſperſim*
2 *tradita*. Vnde dico quod non † debet mitti in exilium, quemadmodum noſtris temporibus ſeruatur. Nam Domini Prælati Reos receptos in Eccleſia alio tranſmittunt, putantes ex hoc illos fieri liberos a pœnis corporalibus : ſed quidem fallũtur: quia per illam tranſmiſſionem exilium pa-
3 tiuntur, quod † inter pœnas corporales computatur, *l. Capitalium, §. in*
4 *exulibus, ff. de Pœnis*. & inter † illas grauiſſima, vti demonſtrat ſapientiſſimus ille Philo Iudæus, *to. 1. tit. de Vita ſapientis, & alias, de Abrahamo. longe poſt princ. in verſic. Quis alius putas, fol. mihi* 498. his verbis:

„ *Teſtes ſunt Legiſlatores, qui ſecundam ab extrema capitali pœna atrociſsimorum criminum cõuictis ſtatuerũt* EXILIVM. *Profecto non ſecundam, quantũ equidem vere indicare poſſum, ſed aliquanto grauiorem: ſiquidem mors calamitatũ finis eſt:* EXILIVM *vero non finis, ſed nouorũ malorũ initiũ, dũ, exiſtata vna ſenſu carente, innumeras mortes ſentiuntur.*

Hæc ille. Hoc ipſum etiam annotauit Dominus de Maſtrillo *in lib. 1. Deciſ.* 38. *num.* 12. *&* 13. Sed de huiuſmodi pœna diffuſe tractat dictus Fr. Hieronymus Rom. *in præcit. ſecunda parte Rerump. nuncupata, Republica Gentilica, lib. 5. cap. 8. fol. mihi* 193. *et tangit etiã eod. lib. ſup. cap. 1. ad finem*. Omitto alios auctores : quoniã ſatis eſt cognoſcere inter pœnas haberi. Ergo male faciũt Domini Prælati (vt diximus) dum Reos alio tranſmittunt; nam contra ſacrorum Canonum voluntatem eſt ſimilis practica : primo, quia Reus patitur corporalem pœnã : ſecundo, quia ex hoc nulla datur ſatisfactio parti offenſę: propterea non debet admitti: a qua fortaſſis ob inueteratam conſuetudinem (quæ potius dicenda eſt corruptela) videtur non eſſe recedendũ: ſed quidem omnes decipiuntur.

5 Hinc Hoſtienſis † *in d. cap. Inter alia, circa med. in verſic. Attamen &c.* ait, quod circa hoc delinquunt Principes, & Prælati : Principes quia licet Eccleſiæ in partem deferant, non tamen in ſolidum : quia ſi exit Eccleſiam, (hoc eſt Reus) ponendo pedes extra, ſubito ipſum capiunt : & ſi nõ exeat, ipſum obſeſſum detinent, negãtes ei veſtem & victualia, &c. Prælati vero in hoc delinquũt: quia quantuncũque grauia commiſerit, ipſum tamen in totum ſaluare nituntur, ita quod nullam pœnã, etiam pecuniariam patiatur, contra illud quod dicitur in d. cap. Inter alia, & contra iuſtitiam, quæ eſt ſummum bonum : ideo vult Hoſtienſis, quod in his & in alijs vtriq; eſſent ſuis terminis cõtenti, *per tex. in cap. 1. §. fi. ſup. de Sepult.* quod ſequitur Abbas, eiuſdem verba referendo *in d. cap. Inter alia, poſt num. 13. circa finem, in verſ. Et ex his omnibus patet, &c.*

Quod autem tradit Hoſtienſis de eo qui exit Eccleſiam ponendo tantũ pedes extra, dicens maleſacere iudices, dũ ſubito eum capiunt aut capi faciunt, procedit quo ad alia Loca Sacra præter ipſam Eccleſiã, de quibus ſupra dictum eſt. nam verum eſt, quod inde extrahi non poteſt abſque violationis huius Immunitatis pœna. ſecus vero quo ad alia loca profana,

ſana, vel ad vſum profanum deſtina-
ta: quia hæc Hoſtiẽſis opinio ſic ſim
pliciter ſumpta cõtradiceret d.c. Dif
finiuit, de quo ſupra dictum eſt *in* §.
*VI. poſt nu. 5. Cap. IV. ibi, (Sic tamẽ, vt
hi, qui ad eã cõfugiunt, &c.)* & d.c. Id
conſtituimus, *circa med. d. 17. quæſt.
4. ibi (Et ipſe reus actus timore ab Ec-
cleſia diſceſſerit, &c.)*

Hinc forſitan videtur reijcienda il
6 la opinio † Syluestri *loco ſupracit. in
princ. præſentis* §. ſic ſimpliciter ſum-
pta, dũ dixit, quod Reus ex illo ſolo
confugere ad Ecclefiam conſequitur
hanc Immunitatem, quemadmodũ
vult Frãciſcus Suarez *in quodam ſuo
Opere de Virtute, & ſtatu Religionis,
tract. 2. lib. 3. cap. 12. longe poſt med.
in verſic. Dixi autem.* (a me poſt hæc
viſus) qui ſic eum intelligit: ac mul-
ta ad propoſitum noſtrum tradit *in
aliquibus precedẽtibus capitibus, & in
13. ſubſeq.* quæ paſſim, vbi res expo-
poſcerit, tradũtur. Sed quia Sylu. ibi
tradit auctoritatem Gloſ. *in c. Reum,
d. quæſt.* 4. quæ loquitur cum alijs cir
cunſtatijs, de quibus ſtatim inferius
dicemus: ideo ſecũdũ eandem Gloſ.
intelligi debet: imo, præter Gloſ. Ab-
batem quoque ſequi videtur, dum
eiuſdem verbis vtitur: atque eundem
in principio d. quæſt. ſupracit. allegat:
cuius ſentẽtiam nos ſtatim inferius,
eundem ſequendo, trademus.

Sed forraſſis alius inſurget dicens,
7 quod Reus † permanere debear in Sa-
cro, quouſque a Iudicibus tẽporali-
bus fuerit quæſirus. Sed huic facilis
erit reſponſio: quia etiam in quan-
dam conſequentiam patitur pœnam
corporalem: nam dum ibi moratur,
inſtar carceris erit ei loc⁹ ille: quę mã-
ſio poterit eſſe, ac ſe extendere vſque,
dum vniuerſæ carnis viam eſſet in-
greſſurus. Quod autem carcer ſit pœ
na (licet omnibus ſit notum) proba-
8 tur ex eo, quia exilio † comparatur.
9 Nam ſiquis † diu, vel per aliquod tẽ-
pus ſeruetur in carcere, & poſtmodũ
mittendus ſit in exilium, illud tem-
pus, quo permanet incarceratus, in
exiliũ computari debet, *tex. in l. Om-
nes, C. de pœnis.* Vnde ſi exilium eſt
pœna, & carcer exilio comparatur:
ergo neque in carcere detineri debet.
10 Imo leges † Imperiales abhorrẽt car-
ceris pœnam, *l. Aut damnum, §. ſolent
Præſides, ff. d. tit. de Pœnis. cui ſuffra-
gatur etiam tex. in l. Mãdatis. ff. d. tit.
& tex. in l. Incredibile, C. eo. tit.* & gra-
uior exilio reputatur, *d. l. Omnes.* Li-
11 cet ſacri Canones † aliquãdo ſoleant
Reos in carceribus detinere, & perpe-
tuo illos ibi cõdemnare, *c. Quamuis,
de Pœnis, lib. 6. & facit tex. in c. A no-
bis, infra de Apoſtatis. vbi Abbas &
Doctores.*

Sed neque hoc ſit nouũ, vt. ſ. dum
quis metu pœnæ alicubi permãſerit,
ne capiatur & maletractetur, locus il
le carcer reputetur: nam ſi vere deſcri
batur vel definiatur carcer, in ea defi-
nitione hoc vtique cõprehenſum ad-
12 inuenietur. Carcer † enim, ſecundum
Ambroſij Calepini ſententiam *in ſuo
Diction. lat. §. Carcer,* eſt locus, in quo
ſeruantur noxij: vel vndecũque quis
exire prohibetur.

Hinc dixi hanc quæſtionem fuiſſe
controuerſam: quia quidam dicunt
huiuſmodi Reos ſeruandos in Eccle
ſia: qua de cauſa illã proponunt quę-
13 ſtionẽ, An † .ſ. Eccleſia teneatur alere
Reum ad ſe fugientem, ſi non poſſit
ipſe aliunde ſibi quærere alimẽta? de
qua conſule Dominum Abbatem *in
d. cap. Inter alia, num. 28.* cuius dicta
refert Syluester *in d. Sũma, verbo præ-
cit. Immunitas 3. quæſt. ſeu* §. 5. & vn-
diq; alij, qui de hac Immunitate tra-
ctãt: & pręſertim Villagut *in d. tract.
de Extenſ. Immun. Eccleſ. num. 67.* qui
determinat, deberi ab Eccleſia præ-
ſtari alimenta. Quidam autem vo-

ſunt, quod poſtquam Reus ad Eccleſiã ſe receperit, capi debeat ab Eccleſiaſtico Iudice, ac tute deferri in aliquem locum, vt inde poſſit euadere manus curiæ ſecularis: Et ideo dixi, quod Reos alio tranſmittunt: nam dum huc & illuc fugiunt, quis non videt eos exilium pati? Quare abſque hoc Eccleſiæ confugio poſſent etiam eodem modo euadere. Vnde Immunitas hæc veluti ſi non eſſet, illis profutura videtur. Itaque, vt eius habeatur Effectus, ne fruſtra Iura poſita ſint, et ab hominibus paſſim conculcentur, illam † adhibendam fore cautionem putaui, de qua eadem Iura loquuntur, *vt in pracit. tex. d. cap. Inter alia, vbi communiter Doctores: et in alijs Iuribus ſubnixis d. Cauſa 17. quaſt. 4.* quorum ſupra ſæpiſſime meminimus. Vnde licet Syluester ſimpliciter fuiſſe locutus videatur, prout habitum eſt, dum dicit, quod quis ex illo ſolo confugere ad Eccleſiam, cõſequitur hanc Immunitatẽ: vt, quãuis poſtea ſponte exeat ab eadem, nõ poſſit corporaliter puniri: quod etiã Io. de Viſch. dicere videtur, vt eũ tradit Decianus *d. lib. 6. cap. 26. num. VI.* ſicut diximus: nihilominus quia prædicta verba refert Dominus Abbas, ideo cum eodem hoc negocium cenſui diſcutiendũ. Trado eiuſdem Abbatis verba *in d. cap. Inter alia, num. 9.*

14

„ *Quaro, qualiter mandabitur executioni iſta pœna: & qualiter procedetur contra iſtum ad condemnationem, ex quo eſt in Eccleſia? Aduerte circa modum procedendi. Dico, quod poterit exire Eccleſiam. NAM EX ILLO SOLO CONFVGERE AD ECCLESIAM CONSEQVITVR IMMVNITATEM, vt in c. Id cõſtituimus, 17. q. 4. & hic* (hoc eſt in d. cap. Inter alia.) *Prælati tamen de facto violant has Immunitates. Debent enim a iudicibus ſecularibus promiſſionẽ de vita et membris ſeruandis obtinere, vt hic. Et dicit Innocentius, quod ſi neceſſe fuerit exigere iuramentum, et etiam maiores cautiones, &c.*

Quapropter (vt mea fert ſententia) ſecundum hanc doctrinam Abbatis omnes tollentur controuerſię & ambiguitates. Vnde putaui huiuſmodi iudicium hoc modo agitandum.

Dominus Epiſcopus citare faciat iudicem, vel quemlibet aliũ fiſci locũ tenẽtem, ſeu poteſtatem Reum condemnandi habẽtem (ſi ad Eccleſiam non confugiſſet) et partem offenſam, vt in foro cõpareant, & cauſam proſequantur. Completo proceſſu, diſcuſſoq; negocio ad finem vſque cauſæ cõcluſionem; ſi crimen, ſuper quo facta eſt inquiſitio, non fuerit de exceptis, abſoluatur Reus ab eius pęna corporali, quam alias pati debuiſſet in foro ſeculari, ſi ad Eccleſiam non fugiſſet: & iuxta perſonæ qualitatem aliquo modo, vel pecuniaria pœna, vel ſi qua alia ſatisfactione, (vt ſupra dictum eſt, cum de eiuſdem Immunitatis definitione egimus *ſup. Cap. I. §. I.*) componatur cum prædicta parte offenſa, (ſi talis pars fuerit) vt ei ſatisfaciat iuxta ſacrorum Canonum intentionem: eidemque Reo poterit etiam aliqua pœnitẽtia quandoque iniungi, ſecundum Abbatis voluntatem *in d. cap. Inter alia, num. 12. & aliorum ibidẽ*: de quo ſup. quoque diximus *Cap. praced. §. VI. in fi.* Et tradit etiam Franciſcus Suarez *in d. tract. 2. lib. 3. de Reuerentia debita Locis Sacris, d. cap. 12. prope finem, in verſic. Qui etiam,* inquiens,

„ *Poſſe huiuſmodi peccatorem etiã ſi ad Eccleſiam confugerit, cogi a Paſtoribus Eccleſia ad agendum ali-*

„ *aliquam pœnitentiam pro ſalute*
„ *animæ: quia hoc non eſt contra Im*
„ *munitatem, cum poſſit pœnitētiā*
„ *illā intra Eccleſiam agere: & Im*
„ *munitas non ſit cōceſſa contra ſa-*
„ *lutem animæ. Vnde præcipue in-*
„ *telligitur de ſalute medicinali,*
„ *vel quando peccatum eſt publicū,*
„ *& ad tollendum ſcandalum neceſ*
„ *ſaria iudicatur.*

Hæc ille. Alia multa ad propoſitum noſtrum refert *in quibuſdam præcedentibus capitibus et in alio ſeq.* de quibus, ſi contigerit, hic in ſubſequentibus agemus. Vnde dicit Oldradus *in Cōſ. 54. ſub num. 1. in verſic. Et Princeps. & num. 2.* quod licet Princeps, qui Immunitatē conceſſit Eccleſiæ; (puto, quod eius intentio fuerit, quod hæc Immunitas ſolo poſitiuo iure ſiſtat) pœnam, quæ ius publicum reſpicit, vel quæ ſibi erat applicanda, potuerit remittere: ius tamen partis non remittit, *argumento eorum, quæ notantur in l. 1. C. de In ius voc. & alijs iuribus ab eo traditis.* Eccleſia enim ſolum eum liberat a pœna corporali: non tamen tollit, quin alia pœna puniatur: nam illa pœna corporalis in aliam commutari debet: ita Oldradus *ex iuribus præallegatis.*

Hoc autem, quod dictum eſt de citādo partem offenſam & iudicem ad quem de iure ſpectat Reorū condemnatio, nolo mihi aſcribas: nec ipſi ſeculares iudices de me conqueri poterunt: quamuis, puto, non deeſſe, qui dicant, cum hæc prima fronte legerint; hāc nouiſſimam fore practicam a me ſolum tactam, & inuentam: eo quod a nemine illorum, qui de hac Immunitate tractant, talis vnquam tradita reperiatur: imo, quod plus eſt, vt cognoui, ſubterfugiunt Scribētes lecturam textus huiuſcemodi practicam referentis. Nos autem hic, omni expulſo timore, veritatē atque iudicium proprium ſequuti, non conticebimus eiuſdem textus verba, quę quidem (ſecundū meam ſententiam) plana videntur. Aſt prius a dignioribus incipiamus, ideſt, a Iure Canonico, & poſtea ad Cæſareum deueniemus: quæ ambo concordare videbuntur. Fertur enim in c. Id conſtituimus, *Decimaſeptima, quæſt. 4.* huiuſmodi verborum tenor:

„ *Id cōſtituimus obſeruandū, quod*
„ *Eccleſiaſtici Canones decreuerūt,*
„ *& lex Romana cōſtituit: vt ab Ec*
„ *cleſia Atrijs, vel Domo Epiſcopi*
„ *Reus abſtrahere omnino non li-*
„ *ceat: ſed nec alteri conſignare; ni-*
„ *ſi ad Euangelia datis ſacramen-*
„ *tis, de morte, & debilitate, & om*
„ *ni pœnarū genere ſint ſecuri: ita*
„ *vt ei, cui Reus fuerit criminoſus,*
„ *de ſatisfactione conueniat, & c.*

Et in alio c. præced. incip. Reum, hęc leguntur:

„ *Reum ad Eccleſiam fugiētem, ne-*
„ *mo abſtrahere audeat: neque in-*
„ *de damnare ad pœnā, vel ad mor*
„ *tem: vt honor Eccleſiarum con-*
„ *ſeruetur: ſed Rectores Eccleſiæ pa*
„ *cem eius, & vitam, & membra*
„ *OBTINERE STVDEANT:*
„ *tamen legitime cōponat quod ini-*
„ *que fecit.*

Idem habetur in c. Diffiniuit, *d. q. 4.* Ergo (vt ad rem noſtrā reuertamur) capta occaſione ab illis verbis, OBTINERE STVDEANT, dicēdum eſt, quod nulla difficultas interuenire poterit inter Ius Pontificiū & Cæſareum: ſed omnino quod ſup. dictum eſt, probatur. Nam in Textu l. Præſenti, §. fi. *C. hoc tit. noſtro,* illud idipſum expreſſis verbis demonſtratur, quæ ſunt tenoris ſequentis:

„ *Inter hæc autē, quæ ſedulo ad Re-*
„ *ligioſi Oeconomi, ſiue Defenſoris*
„ *Eccleſiæ ſolicitudinem curamque*
„ *reſpiciunt, erit etiam obſeruan-*

„ *dum*, *VT SINGVLORVM INTRA ECCLESIAS CONFVGIENTIVM PERSONAS, CAVSASQVE INCESSANTER CONQVIRANT: DEINDE IVDICES, VEL EOS AD QVOS CAVSAE ET PERSONAE PERTINENT INSTANTIVS INSTRVANT*, *vt & æquitati conuenientia diligentius exequātur.* Sed cū in hoc textu nihil dicatur de hac æquitate ſeruāda, ſed iudicio Eccleſiaſtici Iudicis ſubmittat; volens Ius Pontificiū ſupplere quod illi deerat, cum ſit lege Imperiali poſterius, vt ſup. dictum eſt *in* §. *vnico*, *ſub Cap. 11.* & ita poſt hęc vidi dixiſſe Franciſcū Suar. *d. lib. 3. cap.* 8. *in fine:* expreſſe ſtatuit quod ſupra dictū eſt. ſ. de nō puniendo Reo aliqua pœna corporali, ſed vt iacet in litera. Vnde ex cōbinatione vtriuſque textus & Pontificij & Imperialis facillime habetur intentio noſtra. Ideo dicit idem Ius Pontificium *in d. c. Id conſtituimus*, obſeruandum eſſe, quod Eccleſiaſtici Canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit. Quæ omnia cū ſint in Corpore Iuris inſerta, & hæc præſens noſtra Conſtitutio eadem confirmet, non erit tutum aut impunibile ab iiſdem recedere, de quo etiam cōmemorat Villagut *in fine d. tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ.* præſertim quia non tantum non corrigitur Ius Cæſareum a lege Canonica, verum etiā expreſſe confirmatur: quod etiā vult hęc noſtra Conſtitutio, teſte eodem Villagut *in d. tract. poſt num.* 4. *prope finem*, *vbi etiam in aliqq. ſeqq. numm. pleniſsime ſuper hac Quæſtione materiam aptam refert.* Et ſecundum hanc ſententiā reſpondi in quadam Cephaludēſi: pro quo facit illud *Pſalmi* 31.

„ *Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circundabit.*

Quod quidem conſonat cum quibuſdam carminibus Statij *in lib.* 12. *ad Theb.* (cuius ſupra *in Initio Cap. II. n.* 7. *poſt. verſic. Apud Græcos*, mentionē fecimus) relatis a Couar. *d. cap.* 20. *lib.* 2. *Variarum Reſolut. poſt num.* 2. tenoris ſequentis:

„ *Huc victi bellis, patriaque e ſede fugati:*
„ *Regnorumq; inopes: ſcelerumque errore nocentes*
„ *Conueniunt, pacemq; rogant...*

Quid ſi pars vel iudex comparere noluerit? Puto cōpelli poſſe per cenſuras, cum res hæc concernat animā, vt iam dictum eſt: nam qui vult conſequens neceſſario velle videtur antecedēs, ſine quo illud cōſequens haberi nequit, *c. Præterea. ſup. de Offic. et poteſt Iud. del. et alijs iuribus ſup. traditis in* §. *V. Cap. V.* Sed Iudex Eccleſiaſticus partem & iudicē ad quos cauſę & perſonę Reorū pertinent, inſtruere debet; Ergo ſi noluerint comparere, & Reo pœnas remittere corporales, poterunt compelli modo prædicto; *pro quo facit tex. in c. Nouit: ſup. de Iudicijs, ibi* (*Cū enim nō humana conſtitutioni, &c.*) Cui ſententiæ aſtipulatur Andreas Alciatus *in ſuo tract. Præſumpt. Reg.* 3. *præſump.* 33. *ad fi. ibi* (*Vnde pro iſta opinione, &c.*) licet nullā faciat mentionem præcitati textus *d.* §. *fi. in l. Præſenti, C. hoc tit. noſtro.* Sed hoc ſeruandum eſſe voluit in caſibus duntaxat de iure ciuili comprehēſis: in alijs autem, qui fuerint a d. iure ciuili excluſi, licet de iure Canonico comprehenſi, ait, non teneri iudicem ſecularem ſtare promiſsioni præſtitæ Iudici Eccleſiaſtico: vt in illis caſibus ſuperius expreſſis *in Initio Cap. II. nu.* 76. ratio colligitur ex eodem *in illis verbis ſupradictis poſt med. d. præſump. in verſic. Sed dubitatur. & in alijs relatis*

latis loco cit. in fi.d.præf. dum inquit, quod in terris Imperij ſeruari debet ius ciuile: in foro autem Eccleſiaſtico ius Canonicum: quæ tamen diſtinctio omnino reijciẽda eſt, ea præcipue ratione: quia in hac materia Immunitatis noſtræ ius ciuile ſubijcitur Canonico, etiam circa caſus excludendos, cũ lex Imperialis huic Immunitati derogare non poſſit, vt patet in hac Conſtitutione, & eſt communis Doctorum concluſio, etiam illorum qui ius vetus ſunt interpretati, quorum ſupra meminimus *in Proœmio, num. 2.* Sed in terris Imperij ſupradicta forma ſeruãda eſt in caſibus ab eodẽ iure comprehenſis. ergo debet etiam ſeruari in alijs a prædicto iure Canonico non excluſis.

Si vero, hac adhibita diligẽtia, nemo compareat, hoc eſt, neque iudex, neque pars; vel alter eorum tantum: tunc pro certo eſt, quod non compa-
15 rens † faciet litem ſuam, omni ſpe appellationis remota, *l. Et poſt edictum, §. fi. ff. de Iudicijs. l. Ex cõſenſu, § fi. ff. de Appellat. l. 1. et l. Abſtinendum. in fi. C. Quorum appellatio, &c. Item l. Properandum, §. cum autem eremodicium, C. de Iudicijs. cum alijs ſimilibus.*

Itaque quod dictum eſt, ſeruari oportet, alias præſens Immunitas ſeruiret de vento: quod verbis expreſſis dicit Ambroſinus *hic, cap. 11. n. 7. circa med.* licet fortaſſis ad alium finem. Non tamen deſunt, qui dicant, quod
16 de conſuetudine † aliter ſeruetur, vt ſ. quamuis declaratum fuerit, Reum gaudere debere hac Immunitate, nihilominus ſi poſtmodũ extra Eccleſiam repertus fuerit, capi, puniriue poſſit, non obſtãte prædicta declaratione. Sed huiuſmodi cõſuetudo tũc locum obtinebit, cum aliter, quam dictum eſt, ſeruatum fuerit: quia cum iudex & pars nullam impunitatem Reo præſtiterint, vt hodie fit, non tenentur ei fidem ſeruare.

Sed quid mirum ſi iſthęc ita ſe ha-
17 beant, cum hæc † Immunitas nõ differat ab ea, quæ olim apud Hebræos, omiſſis antiquioribus, fuit, vt plene ſup. probatum eſt *in Init. Cap. II.* & vltra illos ibi allegatos, alios affert, eandemq; tenet opinionem Gutierrez *Pract. Quæſt. lib. 1. quæſt. 1. nu. 8. et ſeq.* quamuis contrarium defendere nixus fuerit Suarez *in d. lib. 3. cap. 8. circa fi. §. Altera vero pars.* illa pręcipue ratione motus, quia tale Ius neque ſcriptum eſt, neque ab Apoſtolis traditum, nec etiã talis traditio ex Patribus, aut alia probabili via oſtendi poteſt: quę omnia a nobis ſupra *loco cit.* probata ſunt, ac noſtræ ſentẽtię eius contrariæ penitus aſtipulantur: & præſertim ex Patribus retulimus Diuorum Ambroſij, Auguſtini, & Athanaſij auctoritatem, vt videre eſt *in loco cit. num. vlt.* quibus non incõcinne addi poteſt D. Io. Chryſoſtomus, de quo infra dicemus *in §. vlt. Capitis ſeq.* Imo* quoſdã, qui allegãt Concil. Trid. *cap. 20. ſeſſ. 25. de Reformat.* dum probare volũt hanc Immunitatem adhuc eſſe reformatam a d. Concilio, eiuſdem Concilij reſultat auctoritas: quia illa Immunitas, de qua ibi tractatur, Dei ordinatione fertur expreſſis verbis ſtatuta, hoc modo: *ceneo

„ *Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitatem, DEI ORDINATIONE, Canonicis ſanctionibus conſtituta, &c.*

At licet verum ſit, ꝙ hæc Immunitas diuino Iure ſancita ſit, attamẽ d. Cõciliũ *in loco preallegato* de ſimili Immunitate loquutũ fuiſſe, negamus, prout iam ſupradictum eſt *in d. Cap. II. §. vnico, num. 3.*

Verum enimuero Ius nouum a veteri differt quo ad eius Effectũ: quia in populo Hebræo Reis cõſtitutum

erat

erat quoddam particulare exiliũ abſque temporis præfinitione: vt probatur pluribus in locis ſacræ Scripturę; & præſertim in illo Num. *cap. 35. poſt num. 26.* hiſce verbis:

,, *Si interfector extra fines Vrbiũ,*
,, *qua EXVLIBVS deputata ſunt,*
,, *fuerit inuentus & percuſſus ab*
,, *eo, qui vltor eſt ſanguinis; abſque*
,, *noxa erit qui eum occiderit. DE-*
,, *BVERAT ENIM PROFV-*
,, *GVS VSQVE AD MORTEM*
,, *PONTIFICIS IN VRBE*
,, *RESIDERE. Poſtquam autem*
,, *ille obierit, homicida reuertetur*
,, *in terram ſuam.*

Et rurſus *in nu. 32.* *EXVLES ET*
,, *PROFVGI ANTE MOR-*
,, *TEM PONTIFICIS nullo mo-*
,, *do in vrbes ſuas reuerti poterunt.*

Idem habetur in Ioſue, *capite* 20. vbi nomina *Vrbium* traduntur, quæ ſex tantum fuerunt, vt ſup. dictum eſt *in Initio Cap. 11. num.* 85. & dicetur infra *Cap. ſeq.* §. *II.*

Sed apud nos, ſublata illa pęna exilij & quauis alia corporis afflictiua; aliter ſeruatur: quia per ſacros Canones illa pęna in aliam ſatisſactionem tranſlata eſt, ne adhuc lex vetus durare videretur, cum illud ad iudicialia pertineat præcepta, quæ iam diximus expiraſſe morte Chriſti, *vt fere ĩ toto præcitato Init. d. Cap. 11. dictũ eſt.* Hoc autem his temporibus non potuit eſſe, quia cum ſimus in ſtatu gratiæ, *vt loco cit. num. 82. diximus*, indecens erat, eodem modo Rei punirentur, quo puniebantur illi ſub dicta lege veteri, quæ iugum illis gentibus imponebat, iuxta D. Petri Apoſt. verbum *in Act. Apoſtolorum, cap. 15. num.* 10. & per relata a D. Tho. 1. 2. *quæſt. 85. tota. cuius ſup. d. nu.* 82.
18 *meminimus*. Quapropter typice † illę ſex Ciuitates, quarum vna metropolis erat, cuius curã gerebat ſummus Pontifex eiuſque filij ſacerdotes, Sex mundi ætates ſignificant, quarũ hęc ſexta Ieſu Chriſto Domino noſtro eiuſque filijs Chriſtianis reſeruata fuit. Apud illas gẽtes Pontificis mors exſpectabatur, vt omnes qui ad illas fugiſsẽt Vrbes, ſine timore mortis ad ſuam patriam redire potuiſſent. Per Pontificem, idem Dominus noſter figuratur, cuius morte omnes ſalui facti ſunt, qui per totam vitam morti erãt obnoxij, manifeſte Paulo Apoſtolo dicente *ad Hebræos, cap. 2. poſt num. 13.*

,, *Ecce ego & pueri mei quos dedit*
,, *mihi Deus. Quia ergo pueri com-*
,, *municauerunt carni & ſanguini,*
,, *& ipſe ſimiliter participauit eiſ-*
,, *dem. VT PER MORTEM DE-*
,, *STRVERET EVM, QVI*
,, *HABEBAT MORTIS IMPE-*
,, *RIVM, ideſt diabolũ, ET LIBE-*
,, *RARET EOS, QVI TIMO-*
,, *RE MORTIS PER TOTAM*
,, *VITAM OBNOXII ERANT*
,, *SERVITVTI.* Et rurſus. *Vt mi-*
,, *ſericors fieret, et fidelis PONTI-*
,, *FEX ad Deum, vt repropitiaret*
,, *delicta populi.*

Omitto alias expoſitiones, cur. ſ. tantum ex Leuitis ſelectę fuerint illę Ciuitates: & cur trans Iordanem tres, reliquę vero in terra Chananęa, quia illas alibi reſeruo. His autem aſtipulari videtur Philo Iudæus *in to. 1. tit. de Profugis longe ante med. in verſic. Dignum eſt enim &c.* qui de omnibus ſupradictis quærit: Sed dum de illa Metropoli loquitur, & de Pontificis morte, Dei Verbũ intelligit, licet quę ipſe tradit nõ tendant ad rem noſtrã.

Hæc igitur mihi viſa ſunt reſerre, quæ ad hunc præsẽtem Librum per-
19 tinere videntur. Itaque poſtquam † Reus fuerit abſolutus, habita fide de eo non puniendo iuxta ſup. relatum modum, non poterit amplius de eo-
dem

dem delicto puniri, vt poſt Gloſ. *in c. Reum,* 17. *quaſt.*4. omnes tenere, tradit Decianus *d.lib.*6. *cap.*29. *nu.*6. *in fi. & probari quoque ait in c. Metuẽtes, in c. Vxor Felicis, & ĩ d. c. Diffinivit, d.*17.*q.*4. quibus etiam alios referendo aſtipulatur Villagut *in d.tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ. nu.*66. Quod intelligendum eſt, quando pro alio delicto captus fuerit vel extra Eccleſiam, vel intra eandẽ, & traditus fuerit ſeculari curiæ puniẽdus: quia tunc pro illo delicto, cuius ſemel facta fuit remiſſio, non poteſt amplius puniri, inſtar Principis ſecularis indulgẽtiæ: Nam non minoris vis cœleſte indultum eſſe debet, quàm temporale: quia dum quis in Eccleſia reſidet, in protectione Dei cõmoratur, *Pſal.*90. vnde Domino ſuo ſtat, aut cadit, *Apoſt. ad Rom.* 14. *num.*4.

QVOD APVD OMNES NATIONES SEMPER FVERIT HAEC IMMVNITAS.

Caput VII.

DEVM Patrem Omnipotentẽ, ad quẽ ſimul cum B. Virgine Librum hũc direxim⁹, imitaturi, nihil laboris noſtri in hoc poſtremo Capite impendemus: ſed ſicut ipſe Deus poſt orbis creationẽ ſeptima die quieuit, ab opere abſtinebimus. Verum illa tantum quæ a Fratre Hieronymo Romano *in ſuis Tract. nuncupatis, Republicas del mundo,* collecta ſunt, huc tranſplãtare deſtinauimus, non huic rei neceſſaria, ſed potius ad eius maiorem corroborationem, & Lectoris recreationem. Poſtremo D. Iohannis Chryſoſtomi verba trademus, dum quendam Eutropium nomine, de quo ſup. ſæpe mentionem fecimus, defendit. His itaque adductis, finẽ pręſenti Libro imponemus: Sed primum vt quantæ ſint auctoritatis ea quæ refert d. de Rom. videantur, eiuſdem Tractatus rubricam tradere viſum eſt, quę eſt tenoris ſequentis.

ſ. I.

REpublicas del mũdo diuididas en tres partes, ordenadas por F. Hieronimo Romano frayle profeſſo de la orden de S. Auguſtin, y ſu Coroniſta general, natural de la ciudad de Logroño.

Dirigidas al Rey Dõ Philippe II. deſte nombre, nueſtro ſeñor.

La qual obra fue corrigida y cenſurada por el Expurgatorio del S. Oficio, y examinada por diuerſos hombres doctos.

Eſte Cap. que ſigue a qui, es de la Primera Parte de las dichas Republicas, de baxo de la Republica Chriſtiana: porque alli ſe trata de dos Republicas: la vna que es la primera, llamaſe Republica Hebrea: y la otra, que es la ſegunda, ſe llama la Republica

blica Chriſtiana, como hemos dicho. Puſela a qui primero eſta, porque tiene mas preheminencia, como mas noble de todas: y pues tambien porque nos haſta aora hemos tratado de coſas que pertenecen a la dicha Repub. Chriſtiana. Deſpues pondre lo que ſaque de la Republica Hebrea, como tambien mas fauorecida de la que ſigue deſpues a la poſtre, que es la Gentilica, qual quiſo poner por veer ſu antiguedad, aſſi como lo dixe al Cap. ſegundo en eſte mi Libro. Lo q̃ ſe dize en la Repub. Chriſt. deſte nueſtro tan ſãcto y bueno Priuilegio, lo trata eſte Fr. Hieronimo en el libro primero, cap. 20. fol. 128. cuias palabras ſon eſtas.

De los Priuilegios y preheminencias, que fueron dadas a la Yglesia, para que los que ſe acogieſſen a ella por delitos, fueſſen libres.

COSA fue juſtiſſima, que pues los Hebreos tenian ſus ciudades, y lugares ſegnalados, adonde ſe acogian los culpados, y malhechores, y los Gentiles tenian templos, y eſtatuas para el miſmo efecto, q̃ los Chriſtianos, que tenemos ley mas ſancta y perfecta, gozaſſemos de lo meſmo.

Muy antigua coſtũbre fue el ſer la Yglesia amparo de los malhechores, y de ello tenemos muchos exemplos, y leyes, hiſtorias; y no auido reynos de Chriſtianos adonde no ayan hecho leyes para eſto. A lo menos los nueſtros Eſpañoles de muy antiguo lo tienen. Porque en el Cõcilio Ilerdenſe, * reynando Theodoſio entre nueſtra gẽte, ſe mando, que qual quiera ſieruo de los clerigos o diſcipulo ſi hiziere alguna coſa mala, ſi ſe acogiere a la Yglesia, ſea defendido en ella, y no lo ſaquẽ, ni lo caſtiguen: ſi fuere alguno tan oluidado de Dios q̃ lo ſaque, ſea hechado de la Yglesia, haſta q̃ ſatiſfaga con digna penitencia y caſtigo.

*Can.8.

En las hiſtorias de Eſpaña leemos que Gundamiro, deſpues q̃ ſalio vencedor de vna guerra, que tuuo peligroſa cõ los Gaſcones, hizo ley, que qual quiera que ſe acogieſſe a la Yglesia, fueſſe libre, y no fueſſe ſacado della. Y el rey Eruigio mando lo meſmo, como parece por el XII. Cõcilio Toletano. * Allende de eſto las leyes Imperiales determinan eſto para todo el mundo, y hazen argumẽto con quanta mayor razon deuen de ſer libres los que ſe acogen a las Yglesias, que los que ſe ſaluan por arrimarſe a las eſtatuas de los Emperadores. Y tenemos determinacion de los Emperadores Arcadio, y Honorio, y Theodoſio el Iunior. * Los Summos Põtifices como los que eſtauan obligados a fauorecer la Yglesia, y darles grãdes fauores, proueyeron con gran diligencia, que tuuieſſen muchas Immunidades. Aſſi ay Decreto de Bonifacio V. * ſegun Sigisberto Gemblacence, en que manda que las Yglesias ſean libres para recibir a los q̃ comẽtẽ culpas, y q̃ no ſean ſacados dellas.

*Can.19.

*C. lib.1. tit. 12. de His, qui ad Eccleſias confugiũt.

*Cauſa 17. quaeſt. 4.

Tambien Gelaſio pone graues cẽſuras a los que hizieren lo contrario deſto. Y Innocentio III. eſcriuiendo al Rei de Scocia le declara la obligacion que ay para que la Yglesia ſea madre y amparo de los q̃ ſe acogen a ella, como parece por la Decretal de Gregorio en el titulo de Immunitate Eccleſiarũ. * *ca.6.7.&8.

Con-

Concilios ay muchos que cõfirman eſtos meſmos priuilegios, aſſi como el Aurelianẽſe I. y el Ma-

Can. 8. y 9. *Can. 5. y 6.*

tiſconenſe II. y el Arauſicano I.* Tenianſe en tiempo de Sãt Auguſtin por coſa rigurosa el ſacar de los templos a los retraydos.

**Epiſt.* 187.

Y aſſi en vna epiſtola* reprehẽde aſperamente a Bonifacio capitan, de que auia ſacado de la Yglesia a vno que ſe acogio a ella: y aſſi han acaecido milagros, y coſas notables a los que han acometido ſacar de la Yglesia a los retraydos.

**Lib.* 10. *c.* 4. **Lib.* 13. *c.* 4.

Cuenta Caſiodoro en ſu Hiſtoria Tripartita*, y Nicephoro* q̃ como vn principal ſeñor de Cõſtantinopla llamado Eutropio fueſſe muy priuado del Emperador, y por ello auia ſubido a la dignidad de Conſul, y vieſſe como muchos malhechores ſe acogian a la Yglesia, y no los podia ſacar della, pidio con gran inſtantia, que ſe hizieſſe otra ley contraria a eſta, en que no valeiſſe a nadie la Yglesia, en que qual quiera que a ella ſe acogieſſe, fueſſe ſacado y preſo. Era a la ſazon Sãt Iuan Chriſoſtomo Paſtor de aquella Yglesia: y quãdo vio que ſe auia promulgado tal ley, dixo marauillas en el negocio. Acaecio que el meſmo Eutropio cayo en la diſgratia del Emperador, y ſe acogio a la Yglesia con los otros, que huyan, y no teniẽdoſe por ſeguro, ſe metio de baxo del altar. Entõces S. Chriſoſtomo* ſubioſe al lugar dõde ſolia predicar al pueblo, y começo a reprehẽderlo, por

**Lo que diZe aqui de Sant Chriſoſtomo, es mentida, porque el hiZo todo el cõtrario, aſſi como lo veras deſpues acabãdo eſtos ſus Capp. adonde en la fin allaras las miſmas palabras de S. Chriſoſt.*

que auia pſuadido al Emperador ley, que ya era contra el, y aſſi le dixo que no era juſticia que gozaſſe del priuilegio que auia deſecho, y contradicho: y ſacandole de la Yglesia, le fue cortada la cabeça: y mandaron que fueſſe raydo del numero de los Conſules.

Otro exemplo hallamos en Paulo Oroſio digno de memoria para los juezes de nueſtros tiẽpos, y paſſa aſſi. Deſpues que murio el gran Theodoſio, entre otros gouernadores q̃ dexo paraque guardaſſen el Imperio para ſus hijos, fue vno llamado Gildo, que tenia la prouincia de Affrica. Eſte viẽdo como Arcadio y Honorio hijos de Theodoſio erã moços y de poca edad, determino alçarſe contra el Imperio, y como lo imagino, aſſi lo puſo por obra y ſe llamo Emperador. Tenia eſte Gildo vn hermano llamado Maſtezel, grandiſſimo Chriſtiano, y viendo la tirania del hermano, cõtradixole todo lo poſſible, y reſiſtiendole con la gẽte que hallo, moſtro que hiziera mas ſe pudiera: pero el Gildo eſtaua tan poderoſo, que no hallo quien le paſſaſſe adelãte, antes enojado del hermano que le reſiſtio, le mato dos hijos, que cõ ſigo tenia, no mirando al deudo, que con el tenia. En fin viſto que Affrica eſtaua tirannizada por ſu hermano, determino pedir la empreſa aſſi por cumplir con la obligacion que tenia al Imperio, como por vengar ſu injuria, y y tomada partio por Affrica, aũque con poca gente, confiado en la juſticia, y razon que lleuaua, y en la parte que en la tierra tenia, y principalmẽte en la ayuda de Dios: la qual cada dia con lagrimas y deuotiſſimas oraciones demandaua. Y ſegun cuenta Paulo Oroſio, llegãdo a vna yſla llamada Captaria cerca de Napoles de

ceptos ſanctos varones que alli habitauan, lleuo algunos con ſigo, confiando mas en ſus oraciones de ellos, que en las armas de ſu gente, con los quales tãto ayunos y plegarias hizo a Dios, que merecio la victoria ſin batalla, y vencio ſin hazer crueldades, ni muertes: y tan grandes fueron ſus merecimientos, que le aparecio Sant Ambroſio, que poco auia que ſalieta deſta vida. Y en fin apoderandoſe de toda Affrica hizo cortar la cabeça a ſu hermano Gildo. Eſte Maſtelzel que ſe moſtro tan Chriſtiano y amigo de ſu republica, poco deſpues vſo de vna gran deſlealtad, porque viendoſe tã poderoſo ſe alço cõtra el Imperio, y oluidãdo los beneficios recebidos de Dios, como ciertos hõbres malhechores ſe acogieſſen a la Ygleſia, el codicioſo de vengarſe, los ſaco de ella, y hizo juſticia de ellos: por lo qual Dios quiſo traherlo en tanta infelicidad, que los meſmos que le ayudarõ a la tyrãnia, lo mataron, dãdole la pena de ſu maldad.

*Lib. 13. Haze memoria de eſta hiſtoria Paulo Oroſio * en el lugar alegado, y Paulo Diacono en la vida de Arcadio, y Honorio.

De quanta eſtimacion fueſſe antiguamẽte el acogerſe a las Ygleſias y ſagrado, buen teſtimonio es el que leemos en Sant Auguſtin, y en Paulo Oroſio, y en otros grauiſſimos autores, que como Alarico rey Godo entraſſe en la Ciudad de Roma por fuerza, al tiempo que ſe entro mando cõ pregon publico que ninguno, ſopena de la vida, mataſſe ni hizieſſe mal a los q̃ ſe acogieſſen a los templos, y principalmente a los que fueſſen hallados en el de Sant Pedro y Sant Pablo: lo qual ſe guardo con gran rigor mientra turo el ſaco. Y como fueſſe deſpues preguntado, reſpondio que el no venia a hazer guerra a los Sanctos y templos, mas a los Romanos. Oy por nueſtros peccados toda va muy roto: porq̃ cada alguazilejo y alcalde quiebra las leyes diuinas, y humanas, ſacando de los templos y altares a los que a ellos ſe acogen: por lor lo qual, y por otras ſemejantes coſas tengo para mi que padecemos tãtas calamidades y trabajos en Eſpaña.

Fin del Cap. de la Rep. Chriſt. vengamos a lo de la Republica Hebrea.

Eſte Capitulo que ſigue es de la Republica Hebrea de F. Hieronimo Romano, lib. 1. cap. 19. fol. 35.

§. II.

De los lugares que Dios ſeñalo en ſu pueblo, paraque ſe acogieſſen los malhechores, quando cometieſſen algun mal caſo, y eſtuuieſſen en ellos libres.

CREO, que no me quedaua mas que dezir en lo tocante a la religion de los Iudios, y aſſi quiſo poner eſte capitulo caſi a la poſtre, y alle que no eſcriuiendo deſte propoſito, quedaua falta y manca la obra, porque otnamento fue, y hermoſura de las Republicas tener lugares diputados adonde ſe libraſſen los hõbres, que hizieſſen malos recaudos. Y aſſi como hago eſto en la Republica Hebrea, lo hare en las dos, que me quedan, que ſon la Eccleſiaſtica, y Gentil. Digo pues que el pueblo de los Iudios tuuo lugares ſeñalados y particulares adõde ſe acogieſſen los que hizieſſen algun mal. Antes q̃ el pueblo eſtuuieſſe en lugares, y poblaciones, no allo q̃ el Tabernaculo ſiruieſſe deſto *. Pero coſta de los Numeros * que mando Dios a Moyſen, que ſeñalaſſe ſeys Ciudades particulares adõde ſe acogieſſen los malhechores, y que fueſſen las tres de la otra parte del Iordan, y las orras tres en tierra de los Cananeos. Y eſtas quiſo Dios que fueſſen, no ſolo para los hijos de Iſrael, mas aun para los Gentiles, y otra qualquier gente, que viuieſſe a la cõpañia de los Hebreos.

** Eſto no es verdad: antes allo que Moyſes et Aaron ſe acogieron al Tabernaculo por una conjuntura que auia hecho el pueblo Hebreo cõtro ellos: aſsi coſta en el libro de los Numeros, c. 16. como lo dixe arriba al Cap. II. en el princ. n. 61.*

** Cap. 35.*

Moyſen fielmente cumplio el mandamiento diuino: porque de lo que ſe gano, luego mãdo dar, y ſeñalo las tres ciudades, como parece al Deuteronomio: * y en el meſmo libro * mando al pueblo q̃ como fueſſen ganando la tierra, cumplieſſen lo que Dios mando en tal caſo: lo qual ſe cumplio deſpues muy biẽ por Ioſue ſu ſucceſſor en el gouierno del pueblo, como parece por ſu libro. *

** Cap. 4.*

** Cap. 1.*

** Cap. 20.*

Las Ciudades eran eſtas: * del tribu de Iuda, Cariatharbe, q̃ es Ebron; era eſta al derecho del Põtifice mayor, y ſus hijos los Sacerdotes. La II. dio el tribu de Efrain, y llamauaſe Sichen: eſta era del derecho de los Leuitas, Caathiras. La III. fue Gaulon: era de la media tribu de Manaſſes, y perrenecia a los Leuiras Gerſonitas. El tribu de Neptalin dio la IIII. y llamauaſe Cades: eſtaua rambien en la ſuerte de Ios Gerſoniras. La V. era Ramoth, y era del tribu de Gad: eſta petenecia al derecho de los Leuitas Meraritas: y tambien Boſor que era la VI. la qual dio el tribu de Ruben. En eſtas Ciudades podian acogerſe los que matauan alguno no queriendo, o a caſo, o ſin malicia penſada, porq̃ de orra manera no ſe permetia valerles el Sagrado, como nos otros dezimos, por ſer aleue. Auia de

** Nõbre de Ciudades adonde ſe acogian los criminoſos.*

viuir alli ſin poder voluer a ſu caſa, haſta que murieſſe el grã Sacerdote: de manera que ſi biuia poco el gran Sacerdote, tãbien le turaua poco al delinquente el deſtierro. No les podian cerrar las puertas de las Ciudades, ni ponerles eſtorbos: ántes auia de eſtar todo deſembaraçado, y los caminos muy abiertos y claros, porque no les fueſſen pueſtas aſſechanças, de manera q̃ no ſe pudieſſen valer de tales Ciudades.

Deſpues los meſmos Hebreos hizieron tãbien ſeguro lugar del Tabernaculo, y el Tẽplo; aſſi leemos en el 3. de los Reyes* q̃ Adonias hijo de Dauid (auido en Haggit) huyo al Tabernaculo, y ſe trauo del cuerno del altar de miedo de Salomon, que lo queria matar: y ſiendo auiſado Salomõ dello, no le hizo algun mal, y aſſi Adonias ſe eſtuuo quedo haſta que le juro el Rey Salomon que lo perdonaria. Y al meſmo ſe acogio Ioab, el qual ſiguia la parte de Adonias, que queria alzarſe cõtra el Rey Salomõ, como parece por eſſe meſmo libro de los Reyes.* Y en fin del 4. de los Reyes* ſe collige tãbien como era lugar ſeguro el Tẽplo, porque Ioyada ſummo Sacerdote manda ſacar del Tẽplo a Athalia reyna, para q̃ la mataſſen fuera del, porque dẽtro no ſe podia hazer coſa de injuria, ni agrauio. No creo que en eſte propoſito aya que dezir mas: y aunque a qui quede corto, quãdo hable de la Gentilidad, y de la Ygleſia tratare largamẽte dello. Y eſto me baſta a lo que creo para lo q̃ toca en eſte propoſito.

* *Cap.* 2.

* *Cap.* 2.

* *Cap.* 11.

Fin del Cap. de la Repub. Hebrea. Pues digamos lo que ſe trata deſte negocio en la Republ. Gentilica.

Eſte Cap. ſiguiente pertenece a la Gentilidad, y es de baxo de la meſma Republica Gentilica de F. Hieronimo Romano, lib. 3. cap. 4. fol. 69.

§. III.

Del Aſilo, o lugar adonde ſe a cogian los malhechores entre los antiguos a cerca de la Gentilidad.

PVES hemos tratado de los templos: ſera bien que digamos algo de los priuilegios que eran cõcedidos a los que ſe acogian a ellos, quando auian hecho algun mal recaudo, paraque aſſi fueſſen libres de la juſticia, o de qualquier caſtigo. Que antiguedad tenga eſta buena coſtumbre, no ſabria yo facilmente determinarla, porque conſta que antes que el pueblo de Dios la vſaſſe la tuuieron los Gentiles y Idololatras. La cauſa que ay para dezir eſto es, porque muerto Belo padre de Nino Rey de los Aſſyrios, como los vaſſallos del dicho Nino vieſſen que amaua el hijo mucho a ſu padre Belo, y lo honraua, quando auian hecho algun mal recaudo, acogianſe a la eſtatua que le tenian hecha para ſu cõtemplacion: y como el pregũtaſſe, que porque ſe acogian alli,

alli, y le reſpõdieſſen, que creyan que por reuerencia del gran Belo a quien el amaua mucho, ſerian perdonados de qualquier crimines y exceſſos que cometieſſen: el determino que fueſſe ſu padre adorado como dios, y que a quel lugar fueſſe Refugio a los malhechores, y que fueſſen libres acogiendoſe a el.

De creer es que deſpues crecio eſta coſtumbre en otras naciones queriẽdo dar algun fauor y miſericordia a los que mataſſen hombres, o hurtaſſen, o hizieſſen otras coſas malas.

Los Griegos de otra manera tratan eſte negocio, porque dizen que muerto Hercules, ſus nietos, y pariẽtes, y los de mas compañeros teniendo que aquellos a quien Hercules auia deſtruydo y vencido los auian de hazer guerra, y los auian de perſeguir, determinaron hazer vn lugar ſagrado, o Templo intitulado de la Miſericordia en la ciudad de Athenas, para acogerſe alli en la neceſſidad o aprieto, y hizieronlo comun, porque todo el mũdo los defendieſſe, pues traya tanto prouecho a todos. Crecio eſte templo y lugar, y parecia coſa prouechoſa para lo comũ, y es lo ſin duda.

Otros tienen q̃ el Aſilo tuuo principio en Thebas,* porq̃ Cadmo quãdo fundo a quella ciudad, hizo el Aſilo, en el qual ſe acogieſſen y librassen todos los malhechores, y ſieruos ſin ninguna differencia. Qual deſtas dos opiniones ſea mas verdadera, no lo ſabria yo aueriguar. Si es verdad que eſtos fueron los primeros, que hizieron lugar ſeñalado para librarſe los malhechores, llana eſta la verdad, y aſſi diremos que Cadmo fue primero, porque fue mas antiguo muchos años, que el meſmo Hercules.

** Mas nos otros digamos eſte priuilegio tener mas antiguedad de lo que a qui pareçe por aquello que eſte miſmo autor dize mas arriba en el pprio tratado, hablãdo, de la Idolatria, aſſi como lo puede veer en eſte my tratado ſup. Cap. 2. adõde mas clara relaciõ deſta hallaras.*

Entre los Griegos hallamos mucha memoria de Aſilos famoſos, aſſi como el de Ayax, a quel valoroſo capitan, que peleo en la guerra Troyana, el qual era ſu proprio ſepulchro; ſepulchro, y por las coſas memorables que hizo, le fue dada eſta honra riberas del mar Retheo, y en el mar Sigeo ſe le hizo la meſmo honra a Achiles. Coſa es muy antigua acogerſe los que hazian alguna culpa, a las eſtatuas de los Reyes, y Emperadores, y eſto ſe concedia por honra de los que auian hecho coſas notables por la Republica. Y aſſi ay titulo de los q̃ ſe acogen a las eſtatuas, o ymagines, en el Derecho Ciuil.* El mayor Aſilo, y de quien hallamos memoria grande fue el de los Romanos: porque Romulo queriendo acrecentar ſu nueua ciudad de Roma, deſpues edificado vn tẽplo, pregono q̃ qualquier malhechor, o cõdenado que ſe acogieſſe a el lo daua por libre, y hazia vezino de Roma, lo qual el hizo con induſtria: porque queriendo cada vno viuir libre, vernia adonde eſtuuieſſe ſeguro, y deſpues con aquella multitud poblaria la ciudad, y tenria gente en ella para defenderla, y habitarla.

** C. de Statuis, et imaginibus. tit. 24. y tit. 25. de His, qui ad ſtatuas confugiũt.*

Otras gentes no ſeñalaron lugares particulares para eſto, mas generalmẽte todos lo templos y lugares dedicados a los dioſes eran refrigerio y ſeguridad a los malhechores, y aſſi lo vſaron lo Moloſſos, Samothraces, Croto-

Crotoniatas. Y los Meſenios, y los Itacenſes tenian vna ara de Iupiter por Aſilo: pero ſiempre quiſierō que los templos de los dioſes no fueſſen occaſion de peccados, mas remedio: y por eſto no valia, como dezimos aca, Sagrado, al que cometia peccado de induſtria: mas al que a caſo offendia, aſſi como matar vno a otro, con vn ſubito mouimiēto, o burlando, o deſta manera. Fue en Epheſo el templo de Diana muy priuilegiado en eſtas coſas, porque todo hombre que ſe acogieſſe a el, era libre y ſeguro. Y Alexandro Magno queriendo honrar aquel lugar, mādo que no ſolo el templo fueſſe amparo de los q̄ huyā, mas aun mil paſſos al rededor del: pero deſpues Octauiano Auguſto ſiendo informado que dello reſultauan muchos inconuenientes, mando que ſolo el tēplo fueſſe priuilegiado. Los Athenienſes allende de aquel Aſilo, que hizieron los ſucceſſores de Hercules, tenian otro que era el ſepulchro de Theſeo, adonde todo ſieruo que huya a el, quedaua libre. Entre los Eſpartanos, y Lacedemonios teniā por coſa de grā religion guardar a los delinquentes en el tēplo de Minerua, al qual ſe acogio Pauſanias capitan y Emperador de los meſmos Lacedemonios, porq̄ temio la muerte: pero no le valio el templo: ni menos a Ageſilao, que tambien ſe acogio al tēplo de Pallas, como lo dize Plutarcho en ſus Parallellas: *ni menos a Cleōbroto, que ſe acogio al templo de Neptuno: ni tampoco a Demoſthenes Principe de la eloquēcia Griega, porque acogiendoſe en Calabria al templo de Neptuno, vino Archias, repreſentador de Tragedias, con gēte de guerra para ſacarlo del templo: y viendo Demoſthenes que no le auia de valer la ara, determino de matarſe con ponçona, antes de ſer lleuado por fuerza. Tenian los Lacedemonios vn templo dedicado a Pallas tā priuilegiado, que aunque fueſſe vno ſentenciado a cortar la cabeça por qualquier delicto, ſi podia eſcaparſe, y meterſe en el templo, era libre. Y en la Iſla de Papho y Aphrodiſeo tenia Venus templo, que ſeruia de Aſilo.

*Para. 21.

En Sicilia el templo de los Paliſcos valia para ſagrado. Los Peloponeſios a Ermione, a Ceres Proſerpina tenian por guarda, que aunque era vna meſma coſa, toda via tenia templos dedicados con diuerſos nōbres. En Epheſo allende del tēplo de Diana, tenian otro templo de Arthemiſo. A los de Pergamo el templo de Eſculapio les valia. Los Calidonios a Pallas ſe acogian, y tan priuilegiado era ſu templo, que en los robos, deudas, o homicidios por graues que fueſſen, no ſe procedia cōtra los malhechores ſi a el ſe acogian. los Scytas como tenian pocos dioſes, y menos templos, ſeñalaron por ſu Aſilo los montes Rhipheos, los quales eran tā ſeguros, como entre nos otros los templos. Los Egypcios teniā el templo de Oſiris. Leemos que en cierta prouincia de Africa auia vn pueblo, al qual ſi vn malhechor lleuaua vna piedra era ſeguro y libre, como ſi eſtuuiera en vn de los tēplos. Y *Alexādro* de Alexandro * dize de Cina Ciudadano Romano q̄ mientras turaron las guerras ciuiles, mando que el pregonero publicaſſe que qualquiera ſieruo que ſe acogeſſe a ſu caſa, o exercito, le valieſſe por ſagrado y ſeguridad, y que gozaſſen de la libertad, y trayeſſen bonetes en la cabeça, que era vn ſeñal de los que eran ya libertos, por lo qual vino el deſpues a tener grandes eſquadras dellos:

**Lib. 3. c. 20.*

ellos: pero creciendo la maldad por el fauor de los Aſilos, Tiberio Emperador, porque no quedaſſen las maldades por caſtigar, derogo todos los fauores que ſe auian dado a los templos, aunque con todo eſſo dexo por religion algunos memorables, aſſi como en Samo de Iuno, y en Roma el de Eſculapio, por quanto la antiguedad los auia hecho merecedores de aquella honra. Otros muchos templos, y lugares vuo que gozaron destas libertades, y cada nacion hizo ſus Aſilos, y lugares ſacros para librar a los que hazian mal, porque ninguna nacion vuo que no vſaſſe de la miſericordia y piedad, y que no conocieſſe que el hombre hauia de ſer por todas las vias poſſibles libre, y perdonado, y conſeruado en la vida.

Entre los Romanos, ſi algun culpado ſe acogia al Flamen, que era Sacerdote, quedaua libre por aquel dia: y ſi le echauã alli priſiones por el meſmo caſo, q̃daua libre para ſiẽpre como lo dize Alexandro de Alexandro.* Marco Antonio y Lepido honraron tanto el ſepulchro o lugar adonde fue quemado Iulio Ceſar, que mandaron que fueſſe ſagrado como el tẽplo, y que los que ſe acogieſſen a el, fueſſen ſeguros y libres, como lo dize Xiphilino en la abreuiaciõ de Dyon, en la vida de Auguſto. Tambien dize Alexandro de Alexandro que las eſtatuas de Tiberio Ceſar eran Aſilo y ſagrado para los malhechores: y q̃ en Pamphilia ſe tenia gran cuenta cõ eſto. Tuuoſe por graue peccado ſacar a nadie del templo, adonde ſe acogia. Y aſſi Pauſanias condena a Silla, y dize q̃ murio comido de piojos, porque ſaco del tẽplo de Minerua en Athenas a vn legado de Mitridates Rey de Ponto, y le mato.

* Lib.6.c.13.

Y no ſolamente vuo eſto para los hombres, mas aun para los animales tuuieron lugares dedicados, adonde ſi huyan, ſacandolos eran libres. En el monte Parthenio auia templo dedicado al dios Pan, q̃ llamauan Pan Licio, al qual ſe acogiã todos los animales, aſſi como a vn Aſilo y lugar ſeguriſſimo, y en tanto era aquella religion guardada, que los Leones, y Lobos quando corrian tras los minores animales para mantenerſe, llegando a aquel lugar perdian la fiereza, y no tocauan en ellos, mas manſos, y quietos reconocian el lugar: y lo meſmo acaecia en vn Hermitorio de Diana en la prouincia de Etholia, porque quãdo los perros perſeguian la caça, ella ſe yua a la dicha hermita, y llegada dentro, no ſe atreuian los perros a le hazer mal, antes perdiendo ſu natural, eſtauan manſos delante de ſus enemigos naturales.

Leemos anſi meſmo que en los mõtes Menelaos, que ſon en Grecia, ningun perro hazia mal a la caça, ni los perros podian vſar de ſu natural endignation. Y de las perdizes leemos que en cierta parte de Boecia quando yuan bolãdo por aquella region, no auian miedo, y ſe tenian por ſeguras de los caçadores, y de las demas aues de rapiña. Todo eſto pudo hazer el demonio, para engañar las gentes, que en los demas no ay para que perſuadirſe nadie, que fueſſe virtud de los montes, ni que reconocieſſen a los templos los animales, mas queria el demonio que los hombres ſe perſuadiſſen, que alli auia diuinidad, para que creyeſſen con mayor fuerza y efficacia ſus embaymiẽtos, como dello dan S. Auguſtin, Euſebio, y Lactantio gran teſtimonio, y otros muchos, que hablaron de los engaños del demonio, como ya queda dicho en el primero libro.

A qui me parece muy conueniente añadir lo que dize el meſmo autor en el dicho tractado, eſcriuiendo ſobre la Republica de las Indias Occidẽtales: *en el libro primero, en la fin del cap.* 9. de lo qual hemos ya dicho *en el* §. *III. Cap. III. num.* 31. porque aquel pertenece tambien a la Republica Gentilica, como parece por las palabras que ſiguen.

Tenian los del Reyno de nueua Eſpaña, y los del Peru los templos por auxilio y refugio de los malhechores, porque ninguno que ſe acogia a ſus ydolos, o templos, era moleſtado ni preſo: y porque eſto ſe guardaua con todo rigor, y nueſtros Eſpañoles no querian que a los Indios les valieſſen las Yglesias; en vna junta que vuo de los Obiſpos de Indias en Mexico, ſe pedio al Imperador Don Carlos que mãdaſſe proueer en ello: y que valieſſen las Yglesias a todos los Indios: pues era priuilegio a todo Chriſtiano por todo el mũdo, adõde la fee eſtaua publicada.

Fin de los Capp. de las Republicas Chriſtiana, Hebrea, y Gentilica de F. Hieronimo Roman de la Orden de S. Auguſtin.

Sequuntur verba D. Io. Chryſoſtomi ex Volumine ſeu Tomo V.

Ad Eutropium, & alios aliquot Homilia epiſtolaris.

S V M M A R I A.

1 *Eutropij eunuchi Imperatoris Theodoſij caſus, dum eundem Imperatorẽ fuerat hortatus, vt legẽ conderet, qua penitus tolleret hanc Immunitatem: & per totum reſtans.*

A D. Iohanne Chryſoſtomo defenditur, dum fugit ad Eccleſiam, num. 3. *ad cuius confugiũ quauis cõditionis gẽs cucurrit, n.*13.

Ab eodem Chryſoſtomo increpatur, num. 5.

2 *Amicorum vulnera meliora, quam inimicorum oſcula.*

4 *Eccleſia impugnatores ſuos etiam defendit: Et velut omnium mater ſub alas ſuas protegit: et nu.* 9. *Quod ad eius maiorem gloriam reſultat, nu.*8. *& nu.*12.

6 *Potentes a ſubditorũ exemplis addiſcant: & num.* 11.

7 *Errores excuſandi.*

10 *Remittendum, vt remittatur: & num.* 15. *&* 17.

14 *Delinquentibus parcendum, ſaltem quia aliquando bene egerunt.*

16 *Miſericordes Deus diligit: & nu. ſeq.*

18 *Hieronymus Romanus in ſuis tractatibus nuncupatis, Republicas del mũdo, parte* 1. *lib.*1. *cap.*20. *ſub Repub. Chriſtiana, reiectus, dum Eutropij eunuchi Imperatoris Theodoſij caſum narrat.*

19 *Socrates Zoſimus in Hiſt. Tripart. lib.*10. *cap.*4. *lapſus, dum de prædicto Eutropio loquitur.*

20 *Alfonſus Villegas in prima parte Flos Sanctorum lapus, dum vitam D. Iohannis Chryſoſt. enarrat circa prædictum Eutropij caſum.*

21 *Andreas Alciatus in lib.*2. *Parerg. cap.*45. *lapſus.*

SEM-

§. IIII.

1 SEMPER † quidem, frater, ſed nūc precipue, cōpetēter di-
Eccleſiaſtes 1. cetur: Vanitas *vanitatum, & omnia vanitas. Vbi nunc
eſt refulgens cōſulatus ambitio? Vbi
reſplendentes ad inuicem ſyderum
toto orbe lampades? Vbi equorum
certamina? vbi diuerſorum munerū
pompa? vbi coronæ, & varius totius
orbis ornatus? vbi tubæ, & theatralis
illa populi adulātis acclamatio? Repētini
ſpiritus flatu tanquā folia cuncta
decuſſa ſunt, & arbor nuda derelicta
eſt: & non ſolū nuda, ſed & ab ipſis
conuulſa radicibus: tanta enim vi
ventus incubuit, vt ipſius arboris abſolucrit
neruos. Vbi nūc ſimulati illi
amici? vbi variæ adulationum facies?
vbi conuiuæ, & prandiorum, cœnarumque
aſſeclę? vbi paropſides? vbi
electa vina, & per totum diem tracta
conuiuia? vbi cocorum exquiſitæ artes?
vbi denique omnis illa potentia,
& clientum greges ad gratiam cuncta
loquentium? Nox erant omnia
illa, & die exorto, nuſquam
Sap. 5. cōparuerunt. Vmbra * erat,
& pertranſijt: fumus fuit,
& diſſolutus eſt: bullę aquarum fuerunt,
& diſruptæ ſunt: araneę telæ erant,
& diſciſſæ ſunt. Propterea que
iterum ſpirituale iſtud carmen canimus,
dicentes: Vanitas vanitatum,
& omnia vanitas. Hunc enim verſiculum
ſi ſaperent, qui in potentia
verſantur, in parietibus omnibus, &
in veſtibus ſuis ſcriberent, in foro, domo,
in ianuis, in ingreſſibus: & ante
omnia in conſcientijs ſuis, vt ſemper
eum oculis cernerent, & corde ſentirent:
quoniam quidem multæ ſunt
rerum facies, multæ imagines falſæ,
quæ decipiunt incautos: iſtud oportet
quotidie ſalutare carmē & in prādijs,
& in cœnis, & in omni conuentu
vnumquemque proximo ſuo canere,
& a proximo ſuo libēter audire: quia
Vanitas vanitatum eſt, & omnia vanitas.
Nō tibi ſemper dicebam, quia
fugaces ſunt diuitiæ, & ſtare neſciūt
loco? Sed tu me non libenter audiebas.
Nonne tibi dicebam, quia nulla
certa eſt in potentia tua fides? ſed tu
hæc ægre accipiebas. Ecce nunc ipſe
te rerum exitus docet, quia non ſolū
infideles & fugaces, ſed exitiabiles
ſunt diuitiæ. Inde denique eſt, quod
pertimeſcis, quod turpi cōcuteris metu.
Nonne tibi dicebam, cum me frequenter
corriperes, & increpares vera
proſequentem, quia ego te magis diligerem,
quam illi, qui adulabantur?
Ego qui arguebam te, plus tibi profueram,
ſi audire voluiſſes, quam illi,
qui aſſentabantur. Non meminiſti
cum dicerem tibi,
2 quia meliora * † ſunt *Prouerb. 27.*
vulnera amici, quam
voluntaria oſcula inimicorum? Si
mea verba, quę tunc vulnera videbātur,
audiſſes: nunquam tibi oſcula
adulatorum iſtum exitiū peperiſſent.
Mea enim verborum vulnera ſanitatem
ferebant: illorum autem oſcula,
& blandimēta morbum tibi inſanabilem
generabant. Vbi ſunt illi nunc,
qui te in foro longis ambagibus conſtipabant,
qui domi foriſque laudabant?
Abnegauerunt te omnes amici
tui: diſceſſerūt vnuſquiſque in ſua,
& nudum te atque inanem reliquerunt,
nullus illorum vel prope acce-
3 dere auſus eſt. Nos † vero non ita, ſed
& tunc cum difficilis eſſes, ac durus
ad monita noſtra, non pertimeſcebamus:
& nunc caſum tuum non perhorremus,
nec deſerimus, ſed quantū
poſſumus, ſubleuamus: & Eccle-
4 ſia † quidē, quæ a te impugnata eſt,

aper-

apertis te gremijs ſuis ſuſcipit. Tur-
bæ vero illæ theatrales, pro quibus
aduerſum nos ſępe inflatus es, accla-
mant interitum tuum, nos tamen
nunquam ceſſauimus dicentes tibi:
5 Quid † agis? quorſum hæc? Cur ad
inſaniam prouocas ciuitatem? Cur
populos tantæ vrbis ſpectaculorum
contentione pręcipitas? Sed tu nihil
horũ curabas, quinimo diuitias tuas
in his cõſumebas, a quibus nunc gla-
dij acuuntur in te. Eccleſia vero, quę
iram tuam, & imperũ furoris tui ſæ-
pe perpeſſa eſt, vbique diſcurrit, & ſa-
tagit, & ex iſto te laqueo conatur eri-
pere. Verum hæc dicens, non inſulto
lapſis, nec ſuperbo pede ceruices ia-
centiũ calco, ſed eos qui ſtare viden-
tur ſolicitos reddo: non ſauciato vul
nus exaſpero, ſed eorũ quos nondum
inuolucrũt aduerſa tenebrarum con-
ſeruare cupio ſanitatem. Non, in-
quam, ſubmergere ſtudeo fluctuan-
tem, ſed eos moneo, qui ſecundis na-
uigant velis, ne forte, ſi non caueant,
ſubmergãtur. quod non fieri poteſt,
ſi permutationes non cogitentur re-
rum, vt non incidatur in eas. Nam
qui in ſecundis aduerſa proſpiciunt,
inopinatum nihil patiuntur in aduer
ſis. Sed quoniam hic neque ex ſeip-
ſo cogitare hæc potuit, neque ab alijs
6 commonitus corrigi voluit; vos † ſal-
tem, quibus a Deo commiſſa eſt diſ-
pẽſatio diuitiarum, & po
tẽtia temporalis, diſcite *
verecundiam moniti, &
correptione alterius eru-
dimini, nihil ſuperbum ſapere, neque
in incerto diuitiarum ſperare. Tam
nihil ſunt enim hęc omnia quæ vide-
tis: etenim ſi fumum, & vmbram, &
fœnũ, aut florem fœni nominemus,
ſi ſomnium dixerimus, minus profe-
cto, quam ſe habet veritas, dicimus.
Nam cum eo quod in certatorũ ſtu-
dio, & breuis eſt, atque infida poſſeſ-

* 1. ad Timoth. 6.

ſio, multum tamen ſecum periculi ge
runt, & plurimũ indigne & fide mor
tis annectant. Quis enim hoc celſior
videbatur? Nonne orbem ſupergreſ-
ſus eſt apice dignitatis? nonne ipſis
etiam Romani imperij inſulis terri-
bilis fuit? nõne ſumma rerũ poteſtas
huic ſubiecta erat? nonne ad ingreſ-
ſũ eius diadema regni tremuit, & im
perij purpura inclinata, quaſſata eſt?
Et ecce nunc infelix, & proſtratus ia-
cet, captiuo miſerabilior, ſeruo vi-
lior, egenis abiectior, omni reo deſpe
ctior, per horas enim ſingulas immi-
nere gladios ceruicibus ſuis, & inſtare
carnifices videt: nec quia fuerit vn-
quam ei voluptas aliqua meminit in
vita, aut deliciarum vlla recordatio?
Sol ſi in cœlo nunc reſplendeat, aut
ſi ſit in mundo lux ipſa, nõ ſentit: ſed
die medio atra nox oculis eius incũ-
bit, & nihil niſi tenebras videt. Sed
quandiu hæc? Non puto me poſſe vl
lo ſermone explicare quę patitur. He-
ſternus enim dies indicium fuit, cum
ad eum venturum fuiſſet ex palatio, &
ad ſacrarium confugiſſet, quam vul-
tus eius buxei coloris effectus, & ni-
hil omnino a mortuo differens, tre-
mor dentium mẽtumque demiſſum,
interrupta vox, lingua reſoluta. Et
hæc dicimus non exprobrantes, vt
ſuperius dixi, neque inſultantes rui-
næ eius, ſed veſtram mentem molli-
re cupiẽtes, & ad miſericordiam pro-
uocare, vt contenti iam ſitis cruicia-
bus eius, & effugiat a nobis pœna,
7 quam patitur. Multi † enim ſunt in-
ter nos crudelius agẽtes, & ſupplicia
eius ardentius ſæuientes, qui etiam
nos culpant, cur eum ſuſcepimus, vt
ſacroſanctum Altare contingeret.
Propterea ergo expoſui ſupplicia
eius, quæ nullo inferente perpetitur.
Sed dic mihi, frater, quid indigna-
ris? quid tam pertinaciter ſæuis? Cur
8 igitur † ad Eccleſiam cõfugiat is, qui
ſem-

ſemper expugnauit Eccleſiam? Pro-
pter hoc maxime, in his enim oportet
glorificare Deum, qui permiſit eum
in id neceſſitatis adduci, vt per ipſum
& virtus, quæ ineſt Eccleſiæ, & miſe-
ricordia noſceretur. Virtus quidem
ex eo, quod impugnatorē ſuum ſup-
plicem videt: Miſericordia vero ex
eo, quod protegit ſupplicem, & ſub
alis ſuis contegit, cuius dudum ho-
ſtilia tela contempſit: quodque im-
memor priorum malorum ſuorum
ſinum ſuum cum pietate pandit ei,
cuius vulneribus nunquam ceſſit,
Quid hæc victoria clarius? Quid
iſta virtute præſtantius, hoſti non
cedere, miſero ſubuenire? Hæc pietas
Gentiles confundit, Iudæos arguit,
lætificat credētes: nunc enim in eum
miſericordiā facit, cum omnes amici
& familiares eius reliquerunt eum:
cum adulatorū & ſatellitum eius nuſ
quam vllus eſt: ſola Eccleſia † velut
9 omnium mater, & quæ memor ſit ſe-
ſe ex hoſtibus, ac perſecutoribus di-
laniatam, receptat ſub alas ſuas, &
pectus ſuum iracundiæ regis oppo-
nit; furoris plebis obſiſtit, odia om-
niū præfert, & impugnari ſe gaudet
pro eo, a quo expugnatur. Iſta ſunt
ornamenta altaris Eccleſiæ: iſtud eſt
decus virtutum eius: iſta ſunt Chri-
ſtianę pietatis inſignia. Sed nefas eſt,
inquit, flagitioſum raptorem, atque
inuaſorem cūctorum diuinum alta-
re contingere. Nolo hæc dicas, cha-
riſſime, quoniam quidem &
**Luc.7.* meretrix * corrigit pedes
Chriſti, & nō ex hoc oppro-
brium contulit Chriſto, ſed inſignia
virtutis eius elicuit. Neque enim im-
munditia eius polluit mundum, ſed
puritas mūdi purificauit immundū.
Nolite, quæſo, vos malorum memo-
res exſiſtere; aut neſcitis cuius domi-
ni ſumus famuli, cuiusq; magiſtri di-
10 ſcipuli? Recordamini † illius nos eſ-
**Idē 23.* ſe ſeruos, qui pro his a qui
bus ad crucem deductus
eſt, dicebat: * Pater, dimitte illis, quia
neſciūt quid faciunt. Sed refugium,
inquit, Eccleſiæ ipſe prohibuit, & le-
gem dedit, quæ velut muro quodam
miſſo cōfugere eos ad diuinum Alta
re prohiberet. Sed ecce ita diſpenſa-
uit Deus, vt prior diſceret ipſe quod
fecit, & vim legis ſuæ ipſe prior ſen-
tiret. Si vindictam quæris, quid eſſe
hac amplius poteſt, quā vt ipſe ſolue-
ret quod ligauerat? deſtrueret quod
ædificauerat? pateretur ipſe quod cę-
teros pati iuſſerat? Quid hoc ſpecta-
culo quæris amplius? Hic poſitus &
tacens, orbi terrarum iniquitatem
ſuæ legis annūtiat, mouet omnes, &
11 dicit: Nolite † facere talia, ne talia
patiamini. Eſt ne quiſquam qui ta-
lem doctorem non audiat, qui non
acquieſcat huiuſcemodi monitori,
quique non ſermonibus doceat, nec
exemplis aliunde quæſitis: ſed ſe ip-
ſe, inquam, & ſuum exilium offerat
12 omnibus ad exemplū? Quid tu † pu-
tas Altare nunc pollui? Imo uero nūc
effulget in virtute, nūc terribile apud
omnes efficitur, & metuendum. Non
aſpicias quantū leonem tenet in vin-
culis, quos ſpiritus ſubiectus premit,
quātam ſuperbiam deiecit ac fregit.
Aut ignoras, quia & imagines regū
non ita magnæ, nec mirabiles viden-
tur, cū reclinati ſolio, & auro ac pur-
pura refulgentes pinguntur: cumque
adhuc pedes eorum vincti poſt ter-
gum, barbari iacent, capite in terram
demerſo. Sed quid pluribus opus eſt?
Vos ipſi fidē date ſermonibus meis.
Nunquid non clarior nobis, & cele-
brior hodie conuentus eſt? Nihil mi-
nus eſſe video in multitudine, quam
ſi ſanctus Paſchæ dies ageretur. Quis
13 iſtas † huc hodie innumeras multitu-
dines cōgregauit? Conueniſſe video
non ſolum virorum inſolitos vultus,

ſed & mulierū: ſi quæ illæ erant, quæ clauſę ſemper domibus habebantur, neglexerunt domeſticam curam, & ad Eccleſiam conuolarunt. Virgines etiam video prorupiſſe de thalamis, nec verecūdia detinuit, quas Dei gloria inuitauit. Conuolauit enim vndique omnis ſexus, & omnis ætas, omniſq; conditio, vt illum, quem viderant Altaris hoſtem, nunc captiuū uiderēt Altaris, vt perſpi-
Pſal. 103. cerēt iudicia Dei: qui* reſpicit ſuper terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant, vt videat omnis oculus, & ſuiſmetipſis aſpectib⁹ credat, mortalium res quam ſint fragiles, quam caducæ, vt intueantur omnes, & perſpiciant vultus iſtius: qui heſterno lęti, exſultantes, erecti, & deſpicientes omne hominum genus, hodie rugoſæ anus, & annis decrepitæ eſſe fœdiores: ita enim ſe rerum ſucceſſus, & proſpetitas habet. Hæc enim eſt huiuſcemodi cōuerſorum virtus, vt quāto elatior prius fuit, tanto nūc deiectior fiat. Ad hanc rerum faciem etiam ſi diues, etiam ſi ſuperbus aſpiciat, emendatur: intuens eum qui in tanto culmine erat, nunc vſque ad ima deiectum: & eum qui orbem terræ extenta manu quatiebat, nunc lepuſculi alicuius, aut ranæ timiditate attractum latitare, abſque vllis vinculis ad baſim columnæ huius aſtrictum, formidantem, ac trementem: nonne intuens deponet ſuperbiam, & incipiet nihil ſperare de dignitate & diuitijs ſuis, ſed incipiet continuo philoſophari, & ad memo-
Eſa. 40. riā reuocare ſermonē Scrip-
Iac. 1. turæ,* quo dicitur: Omnis
Pſal. 36. caro fœnum, & omnis gloria hominis ſicut flos fœni? aruit fœnum, & flos decidit, & ſicut fœnum areſcit, & ſicut olera herbarum cito cadent: quoniam homo vanitati aſſimilatur: & ſicut fumus dies eius. Et quicūq; his ſimilia ſcripta ſunt, recordabitur: ſi vero hæc aliquis pauper aſpiciat, continuo ele-uatur, & incipiet ſemetipſum conſolari, & penurię deponere dolorem. Gratulabitur enim in paupertate ſua, quod pręſtitit ei paupertas ſua, ne incurreret diuitum ruinas, & penuriam ſuam centuplo omnibus diuitijs pręferet, agēs gratias Deo, quod ſibi ſortem paupertatis indulſerit, ne pro diuitijs vſque ad vitæ ipſius periculum perueniret. Vide quantum lucri & diuitibus & pauperibus contulit, humilib⁹ & elatis, ſeruis & liberis, quod iſte ad Altare confugit. Vides quomodo vnuſquiſque inuenit ex iſta cōuerſatione remedium, & ex ipſo tantū ędificatur intuitu? Puto vos mitigatos, puto repreſſā iracundiā, & impetum impij furoris extinctum: puto quod iam vos ad miſerādum magis, quam ad perſequendum ſermo conuerterit. Et quid dico, Puto? imo iam certus ſū. Video enim vultus veſtros, furore depulſo, lachrymas pferentes: induti*
Rom. 13. enim eſtis Chriſtum, &
Coloſſ. 3. induti *eſtis viſcera mi-
Rom. 12. ſericordiæ: & ideo didiciſtis* dolere cum dolentibus, flere cum flentibus. Quam breui ſeminanti mihi ſermonē miſericordiæ, ſeges fœcunda pietatis aſcendit: & cōfido quod iā nunc miſericordiæ manipulos congregabo. Proſternamus nos, quæſo, religioſo principi, imo potius obſe-
Prouer. 21. cremus* primo miſericordiā Dei, qui cor regis emolliat, qui furorem regis mitiget, vt integrā ab eo gratiam mereamur. Et quidem comperi, quod iamdudum ad aures eius delatum eſt, quod hic ad Altare Dei, & verum iſtud Aſylum confugiſſet, & inſiſtente exercitu expoſcentes,

tes, vt eum traderet ob ſcelerũ ſuorũ pœnas luẽdas, longa oratione vſum, qua ſedaret exercitum. Audio enim
14 proſequutum, quod in ſingulis† quibuſque delinquentibus, non ea tantum conſideranda eſſent, quæ peccauerint, ſed & ea, quæ aliquando forte vtiliter geſſerint. Cumque in his non ſolum tumentes animos non placaret, verum & actius inflammaret, dolentium præcipue, & imperatiores iniuriam: tum ille de ſereniſſimo vultu profuſis lachrymis admonuiſſe fertur exercitum, quod ad Altare Dei cõfugerit, & ita tanti illius furoris impetum reſtrinxiſſet. Sed & nos quod ex nobis eſt, agamus. Si enim propriæ iniuriæ acerbitatem non exſequitur Imperator: quid ſanctos facere decet, quid filijs Eccleſiæ agere conueniet, quibus paulo poſt accedendum eſt ad ſancta, quibus contingenda ſunt myſteria, quibus oratio Dominica offerenda eſt, in qua
15 *Matth. 6. dicendũ eſt: Remitte* † nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Scimus hunc debitorẽ eſſe multorum, ſcimus eum ingẽ *Pſal. 100. tis iniuriæ verbo. Nõ* eſt Iob 35. nunc iudicij tempus, ſed pietatis: nec vltionis, ſed miſerationis: neque ſententiæ, ſed indulgentiæ. Definite, quæſo, vos ab indignatione animi, cohibete iras, tumorẽque depellite, & ad preces vos miſericordis Domini vna mecũ conuertite, vt det ei veniam, liberet eum de imminẽtibus gladijs, & concedat ei tempus pœnitentiæ, vt poſſit ſe exſuere omnibus malis, quibus infeliciter indutus eſt. Rogemus Imperatorem, vt honoret Eccleſiam, & honoret Altare, & hominẽ qui ex eo ſpe rauit ſalutem, non inaniter patiatur credidiſſe: addo & illud, quia ſi nos rogamus pro eo, ipſi quoque Imperatori gratiſſimũ erit, & laudabit nos pro tãto pietatis opere, ac ſalute hominis remunerabitur opus noſtrum. Iam vero apud Deum quãta merces
16 eſt, qui † vtique miſericordes diligit, crudeles reſpuit? Nam viro miſericordi, ſi quidem iuſtus ſit, coronas gloriæ dabit: ſi vero peccator ſit, miſericordiam conferet, & veniã peccatorũ. Miſericordibus enim miſeretur Deus, qui dixit, Miſericordiã* volo, & nõ ſacrificium. *Oſee 6. Et in omnibus ſcripturis hoc inuenies quærere Deum, & in hoc opere remiſſionem fieri peccatorum.
17 Siquis † ſibi vult ſuis peccatis veniam dari, ſi quis ſibi vult propitium fieri Deum: ipſe faciat miſericordiam peccatori, & ad exorandum pro eo clementiſſimum principem veniat. In hoc enim & ſibi diximus, vt miſericordiam quærat, & Eccleſiæ laudem conferet. Sed & omnes, ad quoſcunque plebis noſtræ venerit tantæ pietatis auditus, mirabuntur, & dabunt gloriam Deo, atque in omnem terram odor boni operis diffundetur. Vt ergo tantorum bonorũ participes exiſtamus, rogemus, deprecemur, eripiamus hominem de periculo, liberemus captiuum, & manum ſupplici porrigamus, vt & nos futurorum bonorum participes effici mereamur, per gratiã & miſericordiã Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ, & cum quo Patri gloria & imperiũ, vna cum Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Hactenus D. Iohãnes Chryſoſtomus, Germano Brixio interprete: cuius rei exemplo, licet plura colligantur, Nos tamen hic de duobus tantũ agere contenti ſimus, quibus præſenti Libro finem imponemus.

Primum ergo colligitur benignitas & humanitas Eccleſiæ ſãctæ Dei, quæ non ſolum eos in ſuam tutelam reci-

recipit, qui illam defendunt, verum etiam & illos, qui eandẽ impugnant.

Secundo, ex prædictis verbis non
18 ſolum † F. Hieronymi Romani ſcripta omnino falſa eſſe oſtendentur, quæ ſupra *in primo §. præſentis Capitis* relata ſunt, verum etiam & aliorum, quorum ſtatim inferius meminiſſemus: nam aut ſuppoſititiam eſſe dicemus præcitatam Homiliam, aut, quæ in ea dicuntur, vera eſſe: ſi vera ſunt, prout credendum eſt, non poteſt vlla tergiuerſatione defendi quod prædictus de Romano refert, dum *in illo præcit. cap. cuius ſup. in d. §. 1. meminimus*, Eutropij Eunuchi Imperatoris Arcadij caſum enarrat, dicens illum ab Eccleſia fuiſſe extractum, eo quod eandem impugnarat, cum totum eius oppoſitum huc vſque dictum ſit. Hinc nemo facilis eſſe debet ad aliorum ſcriptis fidem adhibẽdum, licet ſibimet quandoque adblandiātur, & præclare de ſeipſis loquantur & ſentiant, vt euenit huic de Romano, qui *in Præfatione ad Lectorẽ, quam facit in ſecunda parte, quæ dicitur Repub. Gentilica*, de ſeipſo loquens, ait:

„ *Porque ſoy ſeuero cẽſor de los que*
„ *eſcriuen ſin auctores aquellas co-*
„ *ſas cuya ſe cuelga de ellos.*

Et nihilominus quo ad hoc patet eius error: vnde dicendum eſt,

„ *Quandoque bonus dormitat Ho-*
„ *merus.*

Aduertendum quod huiuſmodi ſcripta prædicti F. Hieronymi sũt de illis emendatioribus, poſtremo loco editis Salmanticæ apud Ioannem Ferdinandez, anno Dominicæ ſalutis M. D. X C V.

Hoc autem non ipſi ſoli imputan-
19 dũ eſt, ſed & pluribus alijs, vt de † Socrate Zoſimo *in Hiſtoria Tripart. lib. 10. cap. 4.* tradit Tiberius Decianus *in ſuis Tractatibus criminalibus, lib. 6. cap. 25. nu. 7.* quem meritiſſime confutat: vnde potius ex eodem Socrate puto dictum de Romano illud dixiſſe, quam ex Caſſiodoro, dum eundẽ allegat ĩ loco citato ex Socrate a Deciano, *hoc eſt in lib. 10. cap. 4.* At licet neque Socratem, neque Caſſiodorum viderim, attamen de Nicephoro Caliſto illud nõ audeo affirmare, quia is omnino conſonat cum D. Io. Chryſoſtomo, licet referat, prout etiam tradit Decianus *loco cit.* quod Eutropij caput fuerit amputatum.
20 Sed cum † eodem de Romano conſonat Alfonſus Villegas *in prima parte Flos Sanctorũ*, dum eiuſdem Chry
21 ſoſtomi vitam narrat. Alciatus † vero *in lib. 2. Parerg. cap. 45.* licet diſcrepet ab his, attamen in hoc lapſus eſt, quia refert ex Hotthone Hiſtorico, quod prædictus Eutropius Arcadiũ hortatus fuerat, vt legem tantũ contra ſeruos ferret, quibus Immunitas hæc non ſuffragaretur: quę lex nedum contra ſeruos, ſed vniuerſaliter aduerſus omnes cõdita fuerat, vt patet ex prædictis verbis D. Io. Chryſoſtomi, quem puto non legiſſe. Sed, omiſſa eius lectione, expreſſe ſumitur argumentum ex eodem Eutropij exemplo, legem illā vniuerſalem fuiſſe aduerſum quamlibet gentem, eo quod ſi tantum contra ſeruos eſſet, aliqua ratione Eutropius defendi poterat, cum & ipſe liber fuiſſet, vnde cum cęteris liberis in caſibus non exceptis admitti potuiſſet: ſed quia lex fuit vniuerſalis, merito magis timere debuit, iuxta Iuris terminos *ſub illo tit. vniuerſali in lib. 2. ffor ũ, tit. 2.*

„ *Quod quiſque iuris in alterum*
„ *ſtatuerit, ipſe eodem iure vsatur.*

Et iuxta Catonis ſententiam,

„ *Patere legẽ, quam tu ipſe tuleris.*

Qua auctoritates inſinuātur in c. Cum omnes, §. ſtatuerũt, verſic. cum igitur, ſup. de Cõſtitutionibus. Sed præcipue contra eũ faciebat quod tradit Apoſtolus

ſtolus *ad Romanos, cap.2. in princ.* his verbis:

„ *Inexcuſabilis es, o homo omnis,*
„ *qui iudicas: IN QVO ENIM*
„ *IVDICAS ALTERVM, TE*
„ *IPSVM CONDEMNAS:*
„ *eadem enim agis, qua iudicas.*

Et turſus.

„ *Exiſtimas autem hoc, o homo, qui*
„ *iudicas eos, qui talia agunt, & fa*
„ *cis ea, quia tu effugies iudicium*
„ *Dei?*

Alia plura de his videri poterũt apud Valerium Maximũ *lib.8.cap.6.* Quaptopter dum prædictus Eutropius Arcadium hortatus fuerat, vt legem conderet, qua omnes priuaret hac Immunitate, etiamſi ipſe nullum atrociorũ criminum cõmiſiſſet, quo, ſi lex illa lata non fuiſſet, gaudere debuiſſet, nihilominus eadem priuandus erat; parauerat enim laqueum ſibijpſi: vnde dicit Dauid *Pſalm. 7. poſt num. 15.*

„ *Ecce parturijt iniuſtitiam: con-*
„ *cepit dolorem, & peperit iniqui-*
„ *tatem. Lacum aperuit, & effodit*
„ *eum: & incidit in foueam quam*
„ *fecit. Conuertetur dolor eius in*
„ *caput eius: & in verticem ipſius*
„ *iniquitas eius deſcendet.*

Itaque ne in eundem laqueum incidamus, hoc ſanctiſſimum Inſtitutũ amplecti debemus: nam dũ quis alios tuetur, & ſibijpſi tutelam parabit: vnde canere poterit non illũ Eutropij cantum, ſed aliũ quem idem Dauid tradit *in princ. d. Pſalmi 7.* dicens,

„ *Domine Deus meus in te ſperaui,*
„ *ſaluum me fac ex omnibus perſe-*
„ *quẽtibus me & libera me. Ne quã*
„ *do rapiat vt leo animam meã, etc.*

Et omiſſis jis quę pro Eutropio retulimus, cum eodẽ Dauide gratulãter cãtabit, (*vt in fine d. Pſalmi habetur*)

„ *Confitebor Domino ſecundum*
„ *iuſtitiam eius: & pſallam nomi-*
„ *ni Domini altiſsimi,*

Cuius imperium manet in perpetuũ: ſitque benedictum in ſeculorum ſecula, Amen.

MARII ITALIÆ DE IMMVNITATE ECCLESIARVM LIBER PRIMVS EXPLICIT.

INDEX RERVM VNIVERSALIVM
IN PRIMVM LIBRVM DE IMMVNITATE ECCLESIARVM

Auctore Mario Italia Siculo Panormitano Iureconſulto.

A

AARON & Moyſes ad Altare fugerunt, cap. 2. Init. num. 61.

Abbas Panormita ſibi contrarius, cap. 5. §. 3. num. 2. & 14.

Dum voluit quod Eccleſia non conſecrata vocetur Baſilica, reijcitur, d. §. 3. num. 35. & 40.

Idem in cap. At ſi Clerici, num. 41. loquens de Aſſaſsinis, dicens eos poſſe impune offendi, confutatur, d. cap. 5. §. 5. num. 25. & aliqq. ſeqq. præſertim in num. 39.

Eiuſdem lapſus cap. 6. §. 2. num. 47.

Abeſſe volens cauſa Reipublicæ, an cogatur ſuſcipere tutelam? cap. 1. Init. nu. 10. & §. 4. num. 4. eiuſdem capitis.

Abigei num gaudeant hac Immunitate? cap. 5. §. 1. num. 12.

Qui ſint? num. 13.

Eiuſdem criminis pœna, num. 14.

Abortum fœtus animati faciens, quam pœnam incurrat? cap. 5. §. 4. num. 36. & 37.

Et quam perſona Eccleſiaſtica? num. 38.

Quando præſumatur animatus? num. 40.

Abſolui volens ab excommunicatione, quid facere debeat? cap. 3. §. 2. num. 5.

Abſolutio ſacramentalis cuius ſit effectus? cap. 1. §. 4. num. 13.

Abſolutio a pœna violationis huius Immunitatis ad quem ſpectet? cap. 6. §. 2. nu. 31.

Abſolutus quis ſemel a pœna poſtquam ad Eccleſiam confugit, an iterum compelli poſſit pro eodem delicto? cap. 6. §. 3. num. 19.

Abuſus & malæ conſuetudines num habeantur pro legibus, cap. 3. §. 1. num. 3.

Vide etiam inf. in verbo, Conſuetudo.

Accidens non eſt in conſideratione, cap. 5. §. 1. num. 58.

Actio Vi bonorum raptorum competit regulariter pro rebus mobilibus, cap. 5. §. 1. num. 30.

Quandoque etiam extenditur ad immobilia, num. 31.

Quantitas rei ablatæ qua debeat eſſe? n. 34.

Aduerſus quos competat? nu. 59. & aliqq. ſeqq.

Eius pœna, ſi ciuiliter agatur, quæ ſit? num. 65.

Quid ſi crimen non habuerit effectum, ſed ſolum fuerit attentatum? nu. 116. & aliqq. ſeqq.

Quid ſi quis iactum quid capiat ab eo, qui metu futuræ vis aufugit? num. 132. uſq; ad num. 143.

Et an vim facere paratus ſi reſiſtentem inueniret, eadem actione teneatur? num. 146.

Quid ſi quis rem ſuam ab alio extorqueat? num. 155.

Item, quid ſi quis rem ſuam eſſe putans, ab alio extorqueat? num. 156.

An hæc ſe extendant ad mulieres? nu. 158. & ſeqq.

Adam, diffidentiæ filius vna cum omnibus hominibus vocatus: ac etiam Dei inimicus, cap. 5. §. 5. num. 101.

Adiuuans Principis ſubditum aduerſus eundem Principem, cui pœnæ ſit obnoxius? cap. 5. §. 7. num. 51.

Adultera in templo a Chriſto Domino liberatur, cap. 2. Init. num. 84.

Adulteri an de Iure communi poſſint impune occidi, vel de Iure Regni, cap. 5. §. 5. num. 89. & 93.

Qua pœna tenebantur tempore legis veteris teſtamenti? num. 91.

Et qua nunc de iure ciuili? num. 92.

Vtrum, iure ciuili permittente, occidi poſſint, etiã interpoſitis horis poſtquam in ipſa turpitudine fuerint deprehenſi? cap. 6. §. 2. num. 64.

AEdificare incipiens, tenetur infra tempus a iure determinatum conſummare cap. 4. §. 3. num.

num.16. & 24.

Quid agendum antequam ædificare incipiat? d. num. 24.

AEgypti & Danai filiorum hiſtoria, cap. 2. Init. nu.23.

Aegyptus a Cadmo readificata, cap. 2. Init. num.55.

Aequales omnes quo ad Ius naturale, cap.3.§. 3.num. 16.

Aequitas non patitur, vt qua in hominum vtilitatem introducuntur, duriter contra eorum commodum interpretentur, cap. 5.§. 1.num.143.

Agentes & conſentientes pariter multandi, cap.5. §. 16.num.2.

Agere in remotis quid? cap.6. §.1. num.51.

Agrorum diuiſio faciliorem culturam reddit, in Proœmio, num.5.

Alexander Ambroſinus ĩ ſuo tract. de Immun. Eccleſ. ſuper hac eadem Conſtit. cap. 6. loquens de proditorijs homicidis, reijcitur, cap.5.§.4. num.14.

Item cap.7.num.12. dum voluit, quod occidens infidelem proditorie, non debeat hac Immunitate priuari, confutatur, dicto §.4. num.21.

Ac etiam in d.cap.7.nu.4. dum tradit ethimologiam vocabuli Aſſaſſinij, confutatur, cap.5.§.5.num.140.

Confutatur etiam in cap.8.num.9. dum loquitur de hæreticis, volens vna cum d. crimine poſſe de alijs puniri, d. cap.5.§.6. num.8.

Dum vero in fine cap. 13. loquitur de debitoribus decoctis, defenditur, d. cap.5. §.11. num. 3.

Eiuſdem lapſus in cap.15.num.4. dum tractat de pœna huius Conſtitutionis aduerſus contrauenientes, cap.6.§.2. num.20.

Alfonſus Villegas in prima parte Flos Sanctorum, narrans B. Io. Chryſoſtomi vitã, lapſus eſt, cap.7.§.4.num.20.

Alfonſus Villagut in conſultatione deciſiua 29. poſt num. 102. confutatur, cap.5. §.3. num.5.

Et in tract. de Extenſ. Immun. Eccleſ. num. 21. & aliqq. ſeqq. reijcitur, d.§.3.num.35.

Item in d. tract. num.53. in verſic. His ergo præmiſſis. vſq; ad num. 54. & in num. præced. 16. ſibi contrarius in Deciſ. ſuis, ſiue Conſultationibus deciſiuis 32. nu. 20. Vide d.cap.5.§.4.num.14.poſt med. in verſic. Sed tandem quis, &c.

Alienum quid iacens ſi quis capiat, ignorans cuius ſit, an furti pœna ſit obnoxius? cap. 5.§.1.num.137.

Quid ſi domino redditurus ceperit? n.138.

Vel iactum fuerit habitum pro derelicto? num.143.

Allobroges ſiue Sabaudienſes an etiam Domino Imperatori ſubſint? cap. 5.§.7.num.35.

Amicorum vulnera meliora, quam inimicorum oſcula, cap.7.§.4. num.2.

Andreas Alciatus in lib.2. Parerg.cap.45. lapſus, cap.7.§.4.num.21.

Angeli Principes dicti, cap.5.§.7.num.16.

Anima eſt tota in toto, & tota ĩ qualibet parte totius, cap.4.§.6.nu.23.

Animarum ſaluti vbi conſulitur, lex pœnalis extendenda, cap.5.§.3.num. 52.

Antonij Balli Siculi opinio ĩ lib. 3. Var. tract. cap.9. reijcitur, cap.5.§.1. num.11.

Antonij Gamæ Deciſio 179. reiecta, cap. 6.§. 1.num.81.

Idem ĩ Deciſione 52. reiectus, d. cap.6.§.2. num.41. & aliqq. ſeqq.

Antonius Gomezius Variarum reſolut. lib. 5. cap. 10. num. 2. verſic. Quod tamen intellige, declaratur, cap.5.§.1. num.7.

Apicibus Iuris non attendendum, cap. 5. §. 2. num.68.

Apoſtata, vide in verbo, Religioſus.

Appellari an poſſit a ſententia ĩ cauſa latrocinij? cap.5. §.1.num.167.

Appellari an poſſit a Vicario Generali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum? cap.6.§.1. nu.8.

Appellatio an admittatur ĩ cauſis Reorum cõfugientium ad Eccleſiam, poſtquam traditi fuerint curiæ ſeculari? cap.6.§.1.num.83.

Clauſula, Appellatione remota, quid operetur? ibidem, num.84.

Prohibita appellatione, an de nullitate poſſit agi? num.85.

Et quid de alijs remedijs? num.86.

Archi-

Archidiaconus confutatur, cap.3.§.3.nu.11.
Idem refellitur, cap.4.§.6.num.3.
Eiuſdem ſententia ĩ c. Sane, il 1. poſt nu.3. 24.q.2. quam ſequutus eſt Rom. ſing.322. reijcitur, cap.5.§.6. num.30.

Arma euaginantes ĩ plano Caſtri ad mare quomodo puniantur? cap.1.§.2.num.3.

As quid? cap.5.§.5. num.130.
In quot partes diuiditur? nu.131.
Quid veniat eius appellatione? num. 132.

Aſſaſſini, de quibus agitur ĩ cap.1. de Homicidio, lib. 6. qui: & quomodo capiantur his temporibus? late cap.5.§.5.

Aſſur alias Ninus nuncupatus, cap. 2. Init. num.27.

Aſtrologia iudiciaria vtentes an sĩt punibiles? cap.5.§.6.num.54.& 55.

Atrium quid? cap.4.§.7.num.2.

Auctoritas in Senatu cõſiderata a Marco Tullio Cic. cap.5.§.7.num.9.

Audacia comprimendæ ratio maſculinum & fœmininum complectitur, cap.5.§.1. num. 162.
D. Auguſtinus cuius prouincia fuerit Epiſcopus? cap. 5.num.112.

Auricula num ſit membrum? cap.5.§.3.nu.9. & 13.

B

B*Aldus ĩ Authen. Sed nouo iure, C. de Seruis fugitiuis, reijcitur, cap.5.§.1. num.9.*

Banniti an impune occidantur in anima iudicio? cap.5. §.5. num.96.
An de Iure communi poſſint occidi? ibidem, num. 104.
Quibus priuentur? num.107.
Imperij membra deſinunt eſſe, num.109.
An bonis ſpoliari poſſint? num.112.& 114.

Barbara Diua quoddam exemplum fertur cap. 3.§.3. num.29.

Barbatius Bartoli defenſor: ac inibi reiectus ĩ cap.5.§.14.num.5.

Bartoli intellectus ĩ l. Mariti, §. qui quaſtum, ff. Ad l. Iul. de adult. & ĩ l. Legatis, ff. de Legatis 3. cap.5.§.1.num.54. & ſeq.
Eiuſdem opinio & aliquorum ſequacium, tractantium de Proditoribus homicidis, reijcitur. cap.5.§.4.nu.2.& 13.
Item dum voluit, quod ĩ crimine hæreſis poſſit ſe ĩgerere Iudex laicus, reijcitur cũ omnibus ſequacibus, d.cap.5.§.14. num.4.

Baſilica quid apud Gentiles: & vnde dicta? & inibi plura de Baſilicis, & de illarum ĩſcriptionibus apud veteres auctores, cap.5.§.3. num. 31.
Via quadam Baſilica appellata, ibidem. num. 32.
Templa maiora, ſiue maiores & Cathedrales Eccleſiæ, Baſilicæ appellata, nu.33.
Omnium Eccleſiarum fundamenta, num. 34.
Regulariter, ſiue prĩcipaliter pro Eccleſijs conſecratis ſumuntur, reiectis opinionibus Io. And. Abb. & omnium quorumuis contrarium dicentium, num.35.& 40.

Bella plura a Nino geſta, cap.2. Init.nu.39.
Item plura de bellis, ibidem, num.40. circa med. remiſſiue.

Belus quis, & cuius fuerit filius? cap.2. Init. num.13.
Item quibus, & quot nominibus vocatus? d. nu.13. & num.48. cum ſeq.
Patrem ſuum Saturnum ĩ infernum proieciſſe fertur, num.51.
Item alius Belus, num. 22.
Temporis interpellatio inter vtrumque, num.24.

Beneficiorum collatio vbi communiter ad Epiſcopum cum Capitulo ſpectat, vno illorum impedito, quis conferet? cap.6.§.1.nu.17.
Quid requiritur ad cognoſcendum Beneficium? ibidem, nu.19.

Beneficium an quis retinere poſſit. ſi, eo inſcio, aliquis emerit ei Eccleſiam? cap. 1.§.1. num. 8.
Quædã de Beneficijs Eccleſiaſticis vide ĩf. in verbo, Clericus.

Beneficium a Iure indultum non eſt alieni auferendum, cap.3.§.1.nu.16.
Perſonale extinguitur cum ipſamet perſona, d.§.1. num.17.
Conceſſum a Principe quomodo ĩterpretandum?

dum? cap.5.§.4. num.16. & 17.
Benignitas legibus amica,cap.6.§.2.nu.76.
Berberius in Viat. Iu. ſub rub. de Violat. Immunit. Eccleſ. par.1. cum omnibus eius ſequacibus reiectus,cap.3.§.2.nu.7.
Bermondus Chouero. in tract. de Publ. concubinarÿs, rub. de Sodom. num.14. reiectus, cap.5.§.13.nu.37.
Beſtias carnali copula cognoſcens an hac Immunitate tueatur? cap.5.§.13.nu.30.
De beſtÿs vide inferius in verbo, Bruta.
Bigamus an efficiatur, qui in ſacris conſtitutus cum corrupta, vel cum ſecunda de facto contrahat? cap.6.§.2. num.37.
Blanditÿs ſubdoliſque verbis vtrum quis allici poſſit, vt ab Eccleſia exeat, abſque violatione huius Immunitatis? cap. 6. §.2. num.82.
Blaſphemare aſſidue ſolitus, de hæreſi ſuſpectus eſt,cap.5.§.6.nu.82.
Pœna varia aduerſus Blaſphemos.nu.83.
An pœna Iuris communis aduerſus eos ſit in vſu? num.85.
Deum & B.Virginem blaſphemantium pœna de iure huius Regni, num.86.
An ſit vſu recepta? nu.88.
Quid ſi ad Eccleſiam confugiant, an ab ea tueantur? nu.89. cum ſeq.
Inquiſitores hæreticæ prauitatis contra quos Blaſphemos procedere poſſunt? num. 90.
Quid de blaſphemantibus alios Sanctos, præter ipſum Deum? num.92. & ſeq.
Virginem Dei Genitricem blaſphemãs quomodo punitur in Hiſpania? num.93.
Miracula quædam aduerſus quoſdam peſſimos luſores B. Virginem blaſphemantes, num.94.
Quæ pœna conſtituta fuerat ĩ lege Moyſis aduerſus Blaſphemos? num.95.
Blaſphemia quid? cap.5.§.6.nu.84.
Quot committi poſſit modis? per omnes ſubſeqq. numeros vſque ad num.97.
Deo multum exoſa, etiam in dæmonem prolata, num.97.
Bona ĩ quibus criminibus poſt mortem rei publicentur? cap.1.§.1.num.16.
Bonorum appellatione quid veniat? cap.5.§.1. num.149.
Bonorum raptorum actio, vide ſup. Actio vi bonorum raptorum.
Borrhomæs Cardinalis, vide inf. in verbo Caroli.
Bruta quædam Principem habent, cap.5.§.7. num.26.
Eiſdem etiam hæc Immunitas apud quoſdam ſtatuta, ca.2. Init. nu.73.
Bulla Cœnæ Domini, cap.3. tractans de Piratis ſeu latrunculis marinis, de quibus intelligatur: & quos comprehendat? cap.5.§.1. num.104.
Pronomen illud, Noſtrum, ibi contentum, dum dicit, Diſcurrentes mare noſtrum, quomodo ſumatur? ibidem, nu.107.

C

Cadmus Hercule antiquior, cap.2. Init. num.9.
AEgypti reſtitutor, d. Init. nu.55.
Carimonias prauas obſeruans ſit de hæreſi ſuſpectus cap.5.§.6.nu.18.
Plura ad cærimonialia legis veteris vide inf ĩ verbo, Lex vetus.
Cæſar Marullus Archiepiſcopus Panor. laudatur, cap.4.§.6. num.8.
Cæſares, qui præſenti Immunitati fauerunt, cap.2.§.vnico,nu.2.
Caietanus relatus a Iacobo de Graffÿs in Deciſionibus aur. caſ. conſc. par.1. lib.4. cap. 19. num.5. in fin. dum voluit, quod ſurripiens claues quibus ſeras aperiat, vim facere non dicatur, declaratur, cap.5.§.1.nu. 26.
Idem in 2. 2. quæſt.99. verſic. Ad ſeptimum dubium, declaratur, d.cap.5.§.3. num.74.
Impugnatus a Couar. dum dixit, Immunitatem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica libertate differre, defenditur ſecundum quid, cap.6.§.2. num.6. & aliqq. ſeqq.
Calepinus ĩ verbo, Iupiter, recõciliatus, cap.2. Init. nu.16.
Canonica lex miſericordiam ſequitur, cap.5. §.5.

§.5.nu.86.
Canonicorum domus an liberent Reos ad eas fugientes:& vbi debeant eſſe conſtructa? cap. 4.§.6. nu.17.
Canonicus electus Vicarius Epiſcopi vbi ſedebit ĩ Choro? num.15.
Plura de Canonicis vide infra in verbo, Capitulum Cathedralis, &c. & in verbo, Vicarius Capituli.
Capite minutus an liberetur a pœnis? cap. 1. Init. num.16.
Capitis pœna quæ? cap.5. §.5. num. 119. & 120.
Capitulum, Sicut antiquitus, 17.q.4. declaratur, cap.4.§.6.num.1. & ſeqq.
Cap. Si quis in Atrio, 17.q.4. enucleatur, cap. 4.§.7. num.1. & ſeqq.
Cap. Præcipiendum, §. prohibendum, 13.quaſ. 2. & ibidem Gloſ. explanatur, cap. 4. §.7. nu.24.
Cap.1. verba ſub tit. de Homicidio, lib.6. incip. Pro humani, &c. traduntur, cap.5.§.5. nu.1. vbi late examinantur. & quomodo his temporibus capiantur.
Cap. Ad falſariorum, ſub tit. de Crimine falſi, quando locum habeat? cap.5.§.5. nu.16.
Cap. Nouimus, ſub tit. de Verborum ſignificat. ĩ §. fin. an ſit ſpecialis ĩ eo tantum caſu, de quo loquitur? cap. 5.§.5.nu.18.
Cap. Peruenit, ſub tit. de Sententia excommunicationis, quando locum habeat? cap. 5. §.5.num.19.
Cap. Si quis ſuadente, 17.q.4. declaratur, cap. 5.§.5.num.22.
Cap.1. ſub titulo, Qui Clerici, vel vouentes, &c. incip. De diacono, &c. ĩ verbo, Degradari, quomodo capiendum? cap. 5. §. 5. nu.30.
Cap. Clericus, il 2. Diſtinctione 46. ĩ verbo, Degradari, declaratur, cap.5.§.5.num.60. & 61.
Cap. Omnis vtriuſque ſexus, ſub tit. de Pœnitentijs & remiſſion. late examinatur, cap.5.§.6.num.68. & aliqq. ſeqq.
Cap. Corpora, de Conſecrat. diſt. 1. tractans de Prĩcipe, declaratur, cap.5.§.7.num.20. & 21.
Capitulum Regni 71. inter Capitula Reg. Alfonſi, moderatur, cap. 5.§.3.nu.3, & aliqq. ſeqq.
Eidem derogatur, cap.6. Init. nu.9.
Capitulum Regni 76. inter Capp. Regis Federici, editum contra incantatores, diuinatores, & ſimiles, an ſit in viridi obſeruantia? cap.5. §.6. nu.53.
Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, mortuo Vicario Epiſcopi agentis in remotis; Vel ſi ſedes Epiſcopalis quaſi vacet, puta, Si Epiſcopus fuerit captus a paganis, vel a ſchiſmaticis, an alium Vicarium eligere poſſit? cap. 6.§.1. nu.50. & 52.
An poſſit beneficia conferre? Vide ſup. in verbo, Beneficiorum collatio.
Plura ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ pertinentia videri poterunt inf. ĩ verbo, Vicarius Capituli.
Captura controuerſia inter Reum & Iudicis familiam aſſerentem fuiſſe factam ĩ loco profano, illum autem ĩ Sacro, quomodo dirimenda? cap.6.§.2.nu.98.
Captus ĩ vno territorio, & ductus ĩ aliud, an ibi detineri poſſit? cap.6.§.2.nu.71.
Carcer exilio comparatus, cap. 6. §. 3. num. 8.
An lex ciuilis carceris pœnam ĩfligat? ibidem, num.10.
Et quid de lege Canonica? nu. 11.
Quid eſt? num. 12.
Quãda alia vide infra in verbo, Exilij pœna.
Carceres Officij Inquiſitionis infrĩgens, vide ĩfra ĩ verbo, Inquiſitionis Officij.
Carcerum cuſtodem decipiens etiam ſub iuramento de redeundo ad carceres, vtrum fugiens ad Eccleſiam ab ea defendatur? cap. 6. §.2.nu.77.
Eorundem effractores an ad hanc Immunitatem admittantur? ibidem, num.78.
Cardinalium domus an Reos tueantur? cap.4. §.9. num.22.
Columna Eccleſiæ Cardinales nuncupati, d.§. 9.num.23.
An obuiantes alicui, dum ad mortis ſupplicium ducitur, illum liberent? cap.4.§. fi.

Prin-

Prĩcipes nuncupati, cap.5.§.7.num.22.
Illorum perſonas offendens num fugiens ad Eccleſiam hac Immunitatem gaudeat? cap. 5.§.12.nu.1.
Et quis ĩter eorum offendentes comprehendatur? ibidem, num.4.
Carnalia peccata minoris culpa, quam ſpiritualia, cap.5.§.5.nu.85.
Carnaliter ſe commiſcentes ĩ Eccleſijs vel Cæmiterijs an gaudeant hac Immunitate? cap. 5.§.3.nu.50.
A quo ſunt puniendi? ibidem, nu.53.
Cum dæmone ſe commiſcentes, vide ĩfra in verbo, Diabolus.
Quid de eis cum beſtijs ſe commiſcentibus? cap.5.§.13.nu.30.
Carnibus veſcens diebus prohibitis ab Eccleſia ſine neceſſitate, de hæreſi ſit ſuſpectus, cap.5. §.6.nu.131.
Caroli V. Imperatoris determinatio circa hãc Immunitatem num Infideles tueatur? cap. 3.§.3.nu.31.
Caroli Borrhomæi Diui ſucceſſus, cap.5.§.5. nu.155.
Caroli Molinæi opera oĩa, ẽt quanis Additiones legi prohibentur, cum reuocatione literarum illa retinendi, cap.5.§.6.nu.28.
Carrerius ĩ tract. de Hæreticis, cap.2.nu.37. quem refert & ſequitur Menoch. ĩ Præsũp. 6.nu.27. lib.5. dicens illum voluiſſe, quod nõ communicans ĩ Paſchate iuxta cap. Omnis vtriuſq; ſexus, de Pœnit. & remiſſion. incidat ĩ excommunicationem, confutatur, cap.5.§.6.nu.71. & aliqq. ſeqq.
Caſu non expreſſo ĩ iure ſpeciali quid agendum? cap.5.§.1.num.38.
Caſus dubij, vide inf. in verbo, Dubijs.
Caſus excepti a non exceptis an diuerſo iure cenſeri debeant quo ad extractionem ab Eccleſia, iuris ordine non ſeruato? cap.6.§.2. nu.83.
Caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper cenſura annexi, cap.6.§.2.nu.32.
Catanẽſes ſiculi quibus in caſibus extrahi poſſint a ſuo foro? cap.5.§.7.nu.43.
Cathedra non facit ſacerdotem, cap.4.§.9. num.9.
Cauſa ceſſante, ceſſat eius effectus, cap.1.§.4. num.3.
Cauſa & ſubſtantia vbi remanet eadem, remanet etiam eius diſpoſitio, licet varietur aliquid accidens, cap.4.§.9.nu.3.
Cauſa finali attendendum, cap.6.§.1.nu.60.
Cautio quæ adhibenda pro Reis in Eccleſia receptis? cap.6.§.3.nu.14.
Celebrare ĩ Eccleſia prohibitus, de qua intelligendum? cap.5.§.3.num.30.
Cenſuræ appellatione quid continetur? cap.6. §.2.nu.33.
Ceſſante cauſa, vide ſupra, Cauſa ceſſante.
Ceſſante legis diſpoſitione, ceſſat lex, cap.4.§. 9.nu.25.
Chananææ exemplum traditur ad corroborationem præſentis Immunitatis pro Infidelibus, cap.3.§.3.num.28.
Chriſtus Ieſus plures non ſolum a peccatorum pœnis, ſed a corporum languoribus liberauit, cap.1.§.4.nu.18.
Vnius Eccleſiæ caput & Iudæorum, & Chriſtianorum? cap.2. Init.nu.87.
Chryſoſtomus, vide Ioannes Chryſoſtomus.
Citari criminaliter an poſſit Reus dum ĩ Sacro exiſtit? cap.6.§.2.nu.79.
Citatio quo iure ſtatuta? cap.2. Init. nu.38.
Ciuile ius ſacros Canones imitatur, cap.5.§. 5.nu.78.
Ciuitates quædam conſumptæ propter crimen nefandum, cap.5.§.13.nu.7.
Clarus ĩ §.fi.q.77.verſic. Spoliantes Chriſtianos, ac inibi Syluester, & Innocen. reijciuntur, cap.5.§.1.nu.76.
Idem ĩ d. quæſt. verſic. Incendiarij, cum verſic. ſeq. reiectus, cap.5.§.3.nu.65.
Clauibus hoſtia aperiens an vi feciſſe dicatur? cap.5.§.1.nu.25. & ſeq.
Clauſtra Eccleſiarum ſi excedant quadraginta vel trigĩta paſſus ab ipſiſmet Eccleſijs, an Reos tueantur? cap.4.§.6.nu.10.
Eadem violans quãdo ſacrilegium committat, & hac Immunitate priuetur? d. cap.4. §.7.nu.25.
Clerici ſeculares vt fori priuilegio gaudeant quid requiritur? Et quid in coniugatis? in Proœmio, nu.8.

Illorum domus an Reos tueantur? cap.4.§. 5. nu.7.
Et vbi deberent eſſe conſtructa? d. cap. 4. §.6.nu 4.
In primitiua Eccleſia quomodo viuebant? d. §.6. nu.11.
Sub certo numero conſtituti, ibidem, num. 14.
An ad vitam cōmunem compelli poſſint? d. §.6.nu.16.
Inſtar Religioſorum ī communi viuentes an ad ſacres Ordines promoueri poſſint, licet non habeant vnde viuant? d. cap. 4. §. 5. num. 8.
Et quid de alijs ſingulis per ſe habitantibus? d.cap.4.§.6.nu.15.
Clerici omnes ſiue qualibet perſonæ Eccleſiaſtica num ad hanc Immunitatem admittantur? late in §.1.cap.3.
Illos afficiens iniuria (id eſt, percutiens, &c. iuxta cap. Si quis ſuadente 17.q.4.) an hac Immunitate ſe tueri poſſit? d.cap.3.§. 2. nu.6.
Interdicti, ſeu depoſiti, vel ſuſpenſi an retineant forum ſuum? cap.4. §.3.nu.8.
Regulariter mortis pœna pro criminibus nō afficiuntur, quamuis grauiter deliquerint, cap.5.§.5.num.9. & 39. in verſic. Sed nec valet: & nu.41.
Sed quomodo puniantur? ibidem, nu.23.
Caſus, in quibus tradūtur brachio ſeculari, num.19.
Pro crimine conſpirationis, ſeu contumelia in Epiſcopum quomodo puniantur? nu. 11. & 14.
Vt brachio ſeculari tradantur, quæ requiruntur? nu.12. & nu.76.
Quid ī crimine hæreſis ſeruandum? nu.13.
An pro crimine falſi ſtatim tradi debeant brachio ſeculari? nu. 15.16.18. & 24.
Et quid in crimine Sodomiæ? num.17. & d. cap.5.§.13. num.2. & 22.
Depoſiti, vel Degradati an debeant curiæ ſeculari mancipari? nu. 29. ſed de hoc verbo, Degradare, & Deponere vide inf. ī verbo, Degradatio, ſeu, Depoſitio.
Propter homicidium an degradentur? num. 31.111. & 124.
Si fuerint fugitiui, vt capi nequeant: quid faciendum? nu. 35.
De crimine Aſſaſſinij imputati an poſſint a quouis offendi iuxta communem interpretum ſententiam? nu.39. cum aliqq. ſeqq.
Sed an pro crimine Aſſaſſinij impropriē ſūpti, prout his accipitur temporibus, degradari debeant? nu.79.84. in fi. & 153.
Huiuſmodi Clerici ſi fuerint verbaliter degradati, an retineant priuilegium Canonis, Si quis ſuadente, 17. quæſt. 4? nu. 51.
In ſacris cōſtituti an abſque actuali degradatione, vel ſolemni puniri poſſint a iudice ſeculari? num.52.
Et an ī minoribus tantum conſtituti? num. 53. Item, ſup.nu.50.
Si fuerīt adulatores, vel proditores qua pœna puniri debent? num.59.
Quid ſi fuerit maledici? num.61.
Cum fuerīt ſolemniter depoſiti, ſeu degradati, a quo reſtituendi ſunt? num. 63.
Exercentes vſuras quomodo puniendi? nu. 64.
Depoſiti tantum a quibus abſtinere debent? num.65.
In lege veteri, tempore Moyſis quomodo deponebantur? num.74.
Sub cuius imperio eodem tempore dictæ legis veteris militabant? num.70.
Apud quos his temporibus cōueniendi ſunt? num.77. & 154.
Banniti beneficijs priuandi, nu.110.
In Sacris conſtituti ducendo vxores de hereſi ſunt ſuſpecti, cap. 5. §. 6. num. 118.
In S. R. E. Cardinales vel Epiſcopos delinquendo, curiæ ſeculari tradendi ſunt, d. cap. 5.§.12. num.3.
An poſſint ſuo priuilegio renuntiare? cap.6. §.2.num.86. & ſeq.
Cæmiterium quid eſt: Et vnde dicitur? cap.4. §.7.num.4. & 8.
Cur fuerīt introducta Cæmiteria? num.9.
Apud Gentiles an fuerint? num. 10.
Pariter ambulant cum Eccleſijs, num.15.

Loco

Loco Eccleſiarum priſcis temporibus conſtituta, num.16.
Extra populorum habitationem conſtructa, num.18.
Perpetrans crimina in eis, Sacrilegus eſt, num.26.
Delinquentes ad ea fugiendo, an ſint ſecuri, ſi abfuerint, vel ſeparata ſint ab Eccleſijs? num.28.
Si fuerint Eccleſijs connexa, interdicto ſupponuntur: vel polluũtur, ſi Eccleſiæ fuerint interdictæ, vel pollutæ, num.29.
Locus, ſeu fundus prope Eccleſiam quando Cœmiterium præſumatur? num.30.
In dubio non præſumitur, num.31.
Statuitur tamen coniecturis, vt in nu.32.
Quomodo conſtrui, conſeruarique debent ſecundum Conſtitutiones Synodales Domini Cæſaris Marulli, olim Archiepiſcopi Panormitæ? num.33.
Quædam alia vide in §.3. num.18.19.20.21.& 22.cap.5.
Cogitatio nuda vtrum poſitiuo iure puniatur? cap.6.§.2.num.56.
Collatio Beneficiorum, vide ſup. in verbo, Beneficiorum collatio.
Colloquia mala bonos corrumpunt mores, cap.5.§.13.num.12.
Communicans cum hæreticis fit de hæreſi ſuſpectus, cap.5.§.6.num.21.
Plura de his vide inf. in verbo, Hæretici.
Conatus an ſit delictum? cap.5.§.1.nu.119.
Concilium Tridentinum in cap.20. Decreto de Reformat. ſeſſ.25. num tractet de hac Immunitate, prout ſe habet communis Doctorum ſententia? cap.2.§. vnico, num.3.& cap.6.§.3.num.17.
Item in cap.20.§. Ad hæc, ſeſſ.24. Decreto de Reformat. dum dicit, quod in quibuſdam caſibus Epiſcopi tantum ſe intromittant, an ex eo cæteri Ordinarij, qui non fuerint Epiſcopi cenſeantur excluſi? d. cap.6.§.1.nu.42.& 45.
Condemnatis an hæc Immunitas ſuffragetur? cap.5.§.8.num.4.& 5.
Confeſſarij, ſiue Confeſſores, vide inf. in verbo, Sacerdotes.
Coniecturæ num ſint ſufficientes ad procedendum ad condemnationem vſque? cap.5.§.6.num.13.
Et an in criminibus exceptis poſſit contra Reos in Sacro receptos ex coniecturis procedi? cap.6.§.1.num.80.
Conſentientes, vide ſup. Agentes.
Conſequẽs qui vult, antecedens neceſſario velle debet, ſine quo illud conſequens haberi nequit, cap.5.§.5.num.57.
Conſeruatores Sedis Apoſt. an ſe intromittant in cauſis confugientium ad Eccleſias? cap.6.§.1.num.53.
Conſilium dans ad furandum, vide inf. in verbo, Fures.
An contra conſultorem præſumendum? cap.5.§.1.num.68.
Ex conſilio quando quis teneatur? ibidem, num.70.
Quot modis ſumatur conſilium? num.71.
Quando quis conſilium dediſſe videtur, num.72.
Opem ferens, conſilium dare videtur, nu.78.
Large etiam, dans conſilium, opem præſtare dicitur, num.79.
Conſtantinus Magnus regens Imperium plures Eccleſias conſtrui fecit, cap.4.§.7.num.17.
Ac etiam Lateranenſe Palatium S. Saluatori dicauit, cap.5.§.3.num.38.
Conſtantius, & Conſtans Imperatores laudantur, cap.5.§.13.num.19.
Conſtitutio fel. record. Gregorij XIV. in fauorem eorum, qui delictis inuoluti ad Eccleſias, vel alia Religioſa Loca confugerint, traditur in Proœmio, num.1.
Dum loquitur de laicis, an ex eo excludat Eccleſiaſticas perſonas? cap.4.§.1.nu.18.
Vtrum derogèt alijs Conſtitutionibus, volentibus, quod incidentes in eas ſeculari poteſtati tradantur? cap.5.§.13.num.29.
Conſtitutio Sixti V. loquens de ijs qui ſterilitatis venena parant; ac etiam de illis qui abortum faciunt fœtus animati, quando locum habeat? cap.5.§.4.num.39.
Alia eiuſdem contra exercentes aſtrologiã indi-

iudiciariam, vide ſup. in verbo, Aſtrologia.
Conſtitutio Sixti IV. contra inuocantes dæmones, eorumque reſponſa exſpectantes traditur cap.5.§.6.num.57.
Conſtitutio Pij IV. qua cauetur, quod in criminibus mixti fori quo ad laicos Iudex Eccleſiaſticus non ſe interponat, reuocatur, cap.5.§.13.num.25.
Conſtitutio Extrauagens, vide inf. Extrauagans.
Conſuetudo mala & abuſus an pro lege ſeruanda ſint? cap.3.§.1.num.3.
Contra libertatem vel diſciplinam Eccleſiaſticam abolenda, d.§.1.num.5.& 7.
Debet eſſe rationabilis, ibidem, nu.6.
Generali conſuetudini contraueniens an peccet? cap.4.§.9.num.12.
Conſuetudo an excuſet iudices laicos, dum extrahunt Reos ab Eccleſia? cap.6.Init.num.2.
Conſuetudo, ſeu præſcriptio, an per non vſum introducatur? cap.6.§.1.num.12.
Conſuetudo quæ ſeruatur his temporibus pro Reis in Eccleſia receptis, an obtinere poſſit? cap.6.§.3.num.16.
Contritus moriens an migret ad cœlum, vel debeat ſatisfacere in Purgatorio? cap.1.§.4.num.8.& 17.
Contumax an appellare poſſit? cap.6.§.3.num.15.
Conuentus nouos a Religioſis approbatæ Religionis an vbilibet conſtrui liceat? cap.4.§.5.num.5.
Quid ſi non fuerint Religioſi approbatæ religionis? ibidem, num.6.
Correctio legum euitanda, cap.5.§.8.nu.3.
Corrupti appellatione quid veniat? cap.1.Init.num.16.
Couarruuia ſententia in lib.2.Var.Reſol.cap.20.num.2.diſcutitur, & reijcitur, cap.2.Init.toto.
Item in d.cap.20.num.4.& Clarus in §.fin.quæſt.30.verſic. Huiuſmodi autem, &c. reijciuntur, cap.4.§.3.nu.1.& aliqq.ſeqq.
Dum voluit, quod virginum raptores non gaudeant hac Immunitate, conuicitur, cap.5.§.11.num.9.
Ac ēt ī d.cap.20.num.16.impugnatur, d.cap.5.§.14.num.8.
Item dum impugnat Caietanum dicentem Immunitatem Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſtica libertate differre, confutatur, cap.6.§.2.num.9.
Crimen an differat ab exceſſu, delicto, peccato, facinore, & ſimilibus? cap.5.Init.nu.1.vſque ad num.9.
Quid eſt? ibidem, num.3.
Crimina propter quæ Delinquentes excluduntur ab hac Immunitate, cap.5.Init.num.16.
Atrocia quæ? d.cap.5.§.4.num.12.
Non præſumenda, d.cap.5.§.6.num.17.
Propter quæ perſona Eccleſiaſtica curiæ ſeculari traduntur, an in illa incidentes hac Immunitate ſint priuandi? d.cap.5.§.14.toto.
Quomodo probanda quando Reus tradendus eſt curiæ ſæculari, poſtquam ad Eccleſiam confugit? cap.6.§.1.num.80.
Criminales cauſas an Vicarius Epiſcopi cognoſcat? cap.6.§.1.num.3.
Quid de Vicario Capituli, Sede Epiſcopali vacante? vide inf. ī verbo, Vicarius.
Culpa remiſſa ī Sacramento Cōfeſſionis, quid remaneat? cap.1.§.4.num.16.

D

DÆmones inuocans ad tentandam alicuius pudicitiam, de hæreſi ſuſpectus eſt, cap 5.§.6.num.38.
Quod ſpectat ad apoſtaſiam, ibidem, n.39.
Alias dicitur ſuperſtitionis ſpecies, nu.40.
Huiuſmodi inuocatio facta ad exercendum opera eius naturaliter impoſſibilia, quid ſapiat? num.41.
Limita, vt in num.42.
Quando poſſint contra huiuſmodi reum Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere? num.43.
Expreſſe dæmones inuocare quando quis cenſeatur? num.44.
In dubio an contra ſimiles præſumendum? num.

B

num. 45.
Eorundem exſpectare reſponſa, hæreticum eſſe dicitur in quadam Extrauaganti Conſtitutione Pij IV. num. 57.
Eorundemq; nomen ſanctum inuocans qua pœna puniri debet ex vi Pragmaticæ huius Regni? num. 87.
Quædam alia ad hanc rem pertinentia vide inferius in verbo, Diabolus.

Damnatis ad mortem an poſſint Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtia denegari? cap. 3. §. 3. num. 14.
Ducti ad mortem an liberentur, ſi obuiauerit eis aliquis S.R.E. Cardinalium? cap. 4. §. vlt.
Vide quoque ſupra in verbo, Condemnatis.

Damnum paſſus ex furto, ſi ſtatuto caueтur, quod de damno dato ſtetur eius iuramento, an poſſit illud probare per iuramentum? cap. 5. §. 1. num. 128.

Danai & Ægypti filiorum hiſtoria, cap. 2. Init. num. 23.

Dauid Rex atq; Summus Sacerdos, cap. 5. §. 5. num. 73.

Debilitans membrum, reddens illud inutile, an teneatur pœna mutilantis? cap. 5. §. 3. num. 16.

Debitores decocti (vulgo falliti nuncupati) ab hac Immunitate excluduntur: & an omnes? cap. 5. §. 11. num. 1. & 6.
Inter publicos latrones connumerati: & an proprie? ibidem, num. 2. & num. 5. in fine.
Non decocti an die feriato capi poſſint? d. num. 5.
Publici num hac Immunitate gaudeant? num. 7.

Decianus in ſuis Tractatibus criminalibus lib. 6. cap. 29. num. 5. lapſus eſt, cap. 5. §. 2. num. 3.
Item confutatur d. §. 2. num. 7.
Dum voluit quod Infideles non debeant admitti ad hanc Immunitatem, videtur ſibi contrarius, ideo reijcitur, d. cap. 3. §. 3. num. 11.
Item lapſus videtur, dum ponit differentiam inter publicos latrones & viarum graſſatores, cap. 5. §. 1. num. 36.
Eius diſtinctio, dum tractat de apoſtata a Religione, dicens quod debeat gaudere hac Immunitate, dummodo nõ aufugiat ad eandem Religionem, a qua diuertit, confutatur, d. cap. 5. §. 6. num. 120.
In dictis ſuis Tractatibus lib. 6. cap. 28. alias 29. poſt nu. 5. reiectus, d. cap. 5. §. 13. num. 17.
Item ĩ d. cap. 28. ſeu 29. num. 1. lapſus eſt, cap. 6. §. 2. num. 21.
Declaratur in num. 27.
Item in alio cap. præced. 27. num. 5. d. lib. 6. lapſus eſt, ibidem, num. 59.

Deciſio quædam Pontificia ſuper quodam caſu homicidij commiſſi ex inſidijs & induſtria in hac Vrbe felici Panormi, cap. 5. §. 4. num. 5.

Defendere alios an ſemper liceat? cap. 5. §. 5. num. 147.
Quædam de his defenſoribus vide infra in verbo, Pirata, & ſupra in verbo, Bullæ Cœna.

Definitio in qualibet re præcedere debet, in Proœm. num. 12.
Quam tradit Goffredus pro hac Immunitate, reijcitur, cap. 1. §. 2. num. 1.
Eaque etiam, quam tradit Gloſ. in cap. Cum deuotiſſimam, in verbo, Pro violata, 12. quæſt. 2. confutatur ibidem, in num. 2.

Degradationis efficacia, cap. 5. §. 5. num. 27.
Quandoque etiam dicitur depoſitio, ibidem, in num. ſeq. 28.
Simplicis eius mentio a lege facta quomodo capiatur? ibidem, num. 34. & 46. in fi. & num. 58.
Officij priuatio & degradatio quomodo differant? num. 38.
Verbalis eius forma, num. 40.
Vnde dicta? num. 43.
Eius definitio quæ? num. 46.
Proprie ſumpta quæ? num. 47.
Eiuſque forma, num. 48. & 49.
Cæterum vide inferius in verbo, Depoſitionis.

Deiectus an dici poſſit, qui viſis armatis alio tendentibus, aufugerit a poſſeſſione, quam poſtea dicti homines occupent? cap.5.§.1. num.139.

Delegata cauſa Epiſcopo, an eius Vicarius ſe poſſit intromittere? vide inf. in verbo Vicarius Generalis, & in verbo Epiſcopus.

Et quid econuerſo? ibidem.

Delegata cauſa a lege, an is, cui committitur, cenſeatur ordinarius vel delegatus? cap.6. §.1. num.32. & aliqq. ſeqq.

Delegatam, verbum in l.1. ff. de Offic. eius cui mand. eſt iuriſd. exponitur, cap.6. §.1. num.33.

Delegatus Papæ an ſubdelegare poſſit? cap.6. §.1. num. 29.

Et quid in delegatis aliorum Principum? ibidem, num.30.

An mortuo delegante adhuc duret eius iuriſditio? num.63.

Delictum crimen, exceſſus, flagitium & ſimilia num differant? cap.5. Init. num.1. vſq; ad num. 9.

Vnde dicitur delictum, & quid ſit? ibidem, num. 2.

An ſit genus omnium malorum? num. 13. 14. & 15.

Quando probari non poteſt, quid agendum? d.cap.5.§.6.num.14.

Delinquentes pœnam luere tenentur, cap.1. Init. num.12.

Vbi puniendi? cap.4. §.7.num.14.

Latitantes in domo alicuius potentis an liceat birroarijs eos requirere? d. cap.4.§.9. num. 17.

Ob illorum frequentiam exaſperandum, cap.5.§.6. num.45.

Quandoque vero miſericorditer agendum, cap.7.§.4. num.14.

Auxilium, conſilium, fauorem, & alia huiuſmodi præſtantes illis qui hac Immunitate priuantur, an eum eiſdem eadem ſint priuandi? cap.5.§.16. toto.

Illorum extractio ab Eccleſia vel alijs Locis hic enumeratis per quos facienda? cap.6. Init. num.4.

Delinquens in alijs Locis Religioſis, præter Eccleſiam, an ad hanc Immunitatem ſit admittendus? cap.4.§.7. num.11.12. & 14.

Quid ſi quis deliqueris in oſtio Eccleſiæ? d. §.7.num.20.

In vna Eccleſiarum delinquẽs, ſi fugiat ad aliam, an Immunitate ſit priuandus? cap.5. §.3. num.21.

Deus an ſit membrum? cap.5.§.3.num.9.

Deorum Princeps apud Gentiles quis fuerit? cap.2. Init. num. 14. & 51.

Depopulatores agrorum excluduntur ab hac Immunitate, cap.5.§.2.num.1.

Qui ſint? ibidem, num.3.

An differant a latronibus? num.4. & ſeqq.

Criminis huius actio quæ? num. 7.

Aliter videntur excluſi de Iure nouo, quam antiquo, ibidem, num.8.

Depoſitio ſimpliciter prolata num pro degradatione capi poſſit? cap.5.§.5.num.32.33. 42. & 55.

Quid ſit? ibidem, num.45.

Quando pro actuali degradatione ſumatur? num. 56.

Alio modo quomodo dici poſſit? num. 64.

Tempore veteris Teſtamenti effectus eius quis? num. 67.

Eiuſque forma, num. 74.

Vide quoque ſupra, Degradatio.

Depoſitionis, verbum in cap.1. de Homic. lib.6. quomodo capiendum? cap.5.§.5. num.26.

Deuolutum Ius quam iuriſditionem tribuat, delegatam. ſ. an vero ordinariam? cap. 6. §.1. num. 23.

Deus hominum gratia cuncta creauit, cap. 3. Init. toto.

An ſit perſonarum exceptor? d. cap.3.§.3. num. 4.

Eius filius Dominus noſter venit omnes ſaluos facere, d.§.3.num.12.

Populus Dei quis olim fuerit? ibidem, num.21.

Deum blaſphemantes, vide ſupra Blaſphemare.

Princeps dicitur, cap.5.§.7.num.15.

Miſericordes diligit, cap. 7. §. 4. num. 16. & 17.

Deuteronomij liber quid? cap.5.§.4.nu.24.

Diabolus princeps dictus, cap.5.§.7.num.17.
An fuerit ſuccubus ſub ſpecie viri? d. cap.5.§.13.num.5.
Carnalis copula cum eo habita, aſſumpta alicuius beſtiæ, vel hominis forma, quomodo punienda? ibidem, num.31.
Quomodo vocetur talis concubitus? num. ſeq.32.
Quædam alia vide ſupra in verbo, Dæmones.
Diaconi cur ſic dicti: & quale fuerit olim eorum munus? cap.4.Init.num.3.
Dictio, ſeu præpoſitio, In, vide In præpoſitio.
Didacus Couarruuias, vide ſup. Couarruuia.
Diffidati qui? cap.5.§.3.num.82.
Cui comparandi? ibidem, num.100.
Num poſſint occidi impune? num.106.
Quæ ſit eorum pœna in cap.1.de Homicidio in 6. contenta? ibidem num.113.& 125.
Proprij vocabuli vis quæ ſit? num.117.
Quæ ſit eius generalis pœna? nu.118.
Quæque illorum qui capite tantum ſunt diffidati? 119.
Diffinitio, vide ſup. Definitio.
Digitus an ſit membrum? cap.5.§.3.nu.9.
Dilectio proximi in Euangelio ſancita & in præceptis Decalogi pro quo intelligenda? cap.3.§.3.num.6.& 24.
Vide etiam infra in verbo, Proximus.
Diluuium, vide inf. in verbo Noe.
Diœceſis tota regulariter ſpectat ad proprium Epiſcopum, cap.4.§.9.num.14.
Plura de Diœceſibus vide infra in verbo, Epiſcopus.
Diſcurrentes mare, vide inf. in verbo, Piratæ.
Diſpenſatio quid? cap.1.§.4.num.2.
Diuinans ea, quæ ſunt hominum cognitu impoſſibilia, ex inſpectione ſyderum & natalium dierum, ſuſpectus eſt de hæreſi, cap.5.§.6.num.46.
Diſtingue ſecundum D. Thom. ibidem, num.47.
Vnde dicti diuini? etiam ibidem, nu.49.
Diuinatio quid? cap 5.§.6.num.50.
Species eſt ſuperſtitionis, ibidem, num.51.
In vtroque Teſtamento probibita, nu.52.
De iure huius Regni qua pœna puniatur: & an d. pœna ſit vſu recepta? num.53.
Diuiſio, vide ſup. Agrorum diuiſio.
Dolus requiritur in delictis, vt pœna ordinaria locum habeat, cap.5.§.4.num.31.
Dominia rerum Iure naturali communia, cap.2.Init.num.34.& 53.
Dominus an ſeruum fugientem ad Eccleſiam extrahere poſſit impune? cap.5.§.15.num.4.
Domus Clericorum an liberent Reos, vide ſup. Clerici ſeculares.
Domus Epiſcopi num defendat Delinquentes, vide infra, Epiſcopus.
Domus Cardinalium an tueatur Reos, vide ſup. Cardinalium domus.
Domus, ſecundum Iureperitos, ex quibus conſtet: & ex quibus ſecundum Dialecticos? cap.4.§.9.num.25.
Dormitorium Religioſorum, vide infra, Religioſi.
Dubijs in caſibus quæ interpretatio admittenda? cap.5.§.1.num.135.
Et quid faciendum in caſibus dubijs huius Immunitatis, an pro Reo ſit reſpondendum? cap.6.§.2.num.75.
Duellum inientes an gaudeant hac Immunitate? cap.5.§.4.nu.42.
Et qui inter eos comprehendatur? ibidem, num.ſeq.43.

E

Eccleſia Romana mater omnium Eccleſiarum, cap.3.§.1.num.11.
Eccleſia num omnes ad deprecandum admittat in locis Diuino cultui dicatis? cap.3.§.3.num.27.
Non iudicat de occultis, quomodo intelligendum? cap.1.§.4.nu.9.
Non iudicat de his qui foris ſunt, quomodo ſumendum? cap.3.§.4.num.3.
Quando pati dicatur? cap.6.§.2 nu.14.
Spoliata ſtatim ante omnia reſtituenda, d.§.2.num.24.
Tanquam mater ab omnibus defendenda, ibidem, num.50.
Habens Epiſcopum inutilem, viduata cenſetur,

tur, num. 81.

Impugnatores ſuos etiam defendit: Et velut omnium mater ſub alas ſuas protegit, cap. 7. §. 4. num. 4. & num. 9.

Quod ad eius maiorem gloriam reſultat, d. §. 4. num. 8. & 12.

Eccleſia quotuplex ſit? cap. 4. §. 1. num. 1.

Simpliciter prolata pro qua ſumatur? ibidem, num. 2.

Militans quot capitur modis? num. 3.

Quot nominibus vocetur? num. 4.

Eccleſia localis deſcriptio, cap. 4. §. 3. num. 6.

In locum Synagogæ Iudæorum conſtituta, cap. 2. Init. num. 86.

Interdicta, ſeu polluta an delinquentes tueatur? cap. 4. §. 3. num. 7. & ſeq. verſic. Quibus addo.

Polluta quare reconcilietur? ibidem, nu. 9.

Reconciliatione quando egeat? num. 10.

Num dicatur noua conſecratio huiuſmodi reconciliatio? num. 11.

Si non fuerit conſecrata, quomodo reconcilianda? num. 12.

Num illa interdicta, vel polluta, eius Cæmiterium eiuſdem iuris ſit? d. cap. 4. §. 7. num. 29.

Eius oſtia cuiuis patere debent, cap. 6. §. 2. num. 61.

Num Reos ĩ ea morantes, ab alijs tamen ductos, vel detentos tueatur? d. cap. 4. §. 10. num. 7.

Si fuerit deſtructa an Reos defendat? cap. 4. §. 3. num. 13.

Vel ſi nondum ĩ ea fuerĩt Diuina officia celebrata? num. 14.

Quomodo conſtruenda? num. 18. & 20.

Quomodo fundari debeat: & quomodo Gentiles ſua templa fundabant? d. num. 20.

In eius fundatione quid facere debet Epiſcopus? num. 21.

Maior Eccleſia antiquitus quadraginta paſſus per circuitum habebat pro tuitione Reorum, cætera vero minores triginta: & quare? d. cap. 4. §. 6. num. 12.

Quid de illa, quæ conſtructa erat intra muros caſtellorum? d. §. 6. num. 2.

Si fuerit Parochialis, quid habere vel conſeruare debet? d. cap. 4. §. 3. num. 1.

Eccleſiæ plures conſtructæ tempore Conſtantini Magni, d. cap. 4. §. 7. num. 17.

Cum vni illarum ĩfertur iniuria, omnibus vniuerſaliter illata videtur, cap. 5. §. 3. num. 22.

Illarum appellatione an etiam non conſecrata veniant? d. §. 3. num. 36. & aliqq. ſeqq.

Plura de his vide ſup. ĩ verbo, Baſilica.

Ritus illarum conſecrandarum quis primus ĩſtituerit? ibidem, num. 37.

Vnde deſumptus? num. 43. & ſeq.

Eccleſiarum Immunitas, vide infra Immunitas.

Eccleſiaſtica perſonæ num gaudeant hac Immunitate? vide ſup. Clerici omnes.

Si delinquunt quomodo punienda? cap. 3. §. 1. nu. 14.

Quantum præcellent ſeculares, cap. 5. §. 7. nu. 19.

Reliqua vide ſu. verbo, Clerici omnes, & ĩ alio præced. Clerici ſeculares.

Effectus vbi ſequitur, an ſit modus conſiderandus? cap. 5. §. 3. nu. 78.

Effractores & ſpoliatores Eccleſiarum num ſint excõmunicati? cap. 5. §. 3. nu. 62.

Carcerum effractores, vide ſup. Carcerum cuſtodem. & ĩf. Inquiſitionis Officij.

Egenis quibuſcunque ẽt infidelibus vel hæreticis num ſit ſubueniendum? cap. 5. §. 6. nu. 37. & 114.

Electione non legitime facta ad parrochiales Eccleſias, an appellari poſſit: Et ad quem? cap. 6. §. 1. nu. 24.

Epiſcopalis Sedes quando vacare dicatur? cap. 6. §. 1. nu. 56.

Et quando ciuitati ſubtrahatur? cap. 4. §. 9. nu. 6.

Quædam de hac re vide ſup. Capitulũ Cathedralis. & ĩfra Vicarius Capituli.

Epiſcopatui renuntians num veniat appellatione Epiſcopi? cap. 5. §. 12. nu. 6.

Epiſcopus ĩ Eccleſiæ fundatione, & Clericorũ ordinatione ad quid tenetur? cap. 4. §. 3. nu. 21. & ſeq.

An poſſit Clericis ſecularibus vitam communem

munem indicere? cap.4.§.6.nu.16.
Eius domus an Reos liberet? d. cap.4.§.9.
nu.1.4.5.& 13. vbi quorundam opiniones
futantur.
Si a ſuis ciuib⁹ occidatur, Sedes Epiſcopalis
tollitur, ibidem, num.6.
Secum an habere poſſit mulieres? nu.11.
Et nũ poſſit principalem Cathedram relinquere, & alibi reſidere? nu.15.
Tenetur ſuam viſitare Diœceſim, nu.16.
In qua maior eſt quocumque principi ſeculari, num.18.
Ab Ecclesia ſua, niſi magna ex cauſa, abeſſe nequit, num.19.
Eccleſiam extra Diœceſim conſecrare, vel Clericos non ſubditos an ordinare poſſit? nu.20.
Ex commiſſione Papæ duabus praeſſe poteſt Eccleſijs, eligendo tamen habitationem in vna tantum Diœceſi, nu.21.
Columna Eccleſiæ Epiſcopi nuncupati, num.23.
Inſtituens ſcienter hæreticum vel ĩfidelem hæredem, vel quid aliud ei relinquens in teſtamento, fit de hæreſi ſuſpectus, cap.5.§.6. num.105.& 106.
Quod amplia etiam ſi fuerit eius conſanguineus, ibidem, nu.107.
Idem limita, vt in nu.114.
Afficiens iniuria aliquem Epiſcoporum an hac Immunitate ſe tueri poſſit? d.cap.5.§. 12.nu.1.& 4.
Appellatione Epiſcopi ſtricte ſumpta, quis veniat, ibidem, nu.5.& 6.
An teneatur Vicarium conſtituere? cap.6. Init.num.11.13.& 14.
Conſtituens ſuum Vicarium Generalem, quæ illi committere cenſeatur? d.cap.6.§.1. nu.2.& 26.
Quando ad eum Ius aliquid deuoluitur, an tanquam delegatus, vel ordinarius cognoſcat? ibidem, nu.23.
Et quid in caſu præſentis cõſtitutionis Gregorij XIV? ibidem etiam, nu.34.
Delegata cauſa ſuo Vicario, an in ea ſe intromittere valeat? nu.28.
Eo agente in remotis, ſi interim eius Vicarius moriatur, an Capitulum alium eligere poſſit? nu.50.
Agere in remotis quid? nu.51.
Si a paganis vel ſchiſmaticis capiatur, quid agendum? nu.52.
Eo defuncto, vel alio modo Eccleſia vacante, ſi cauſæ huiuſmodi Reorum confugientiũ ad Eccleſias fuerint cœptæ coram eo, an determinari debeant coram ſucceſſore, an vero ad viciniorem Epiſcopum deuoluantur? nu.68. mouetur dubium: Et nu.71.& 72. reſoluitur.
Quid econuerſo, quando fuerint cœptæ coram eo tanquam viciniori ob Ius deuolutum, an per ſuperuenientiam Epiſcopi loci captura ſuſpendatur eius iuriſdictio: & cauſa remittenda ſit ad dictum Epiſcopum? num. 70. mouetur dubium: Et num.73.& 74. reſoluitur: Limitatur autem in n.75.& 76.
Quis ſit vicinior Epiſcopus? nu.77.
An teneatur ſtare proceſſui fabricato per curiam ſecularem in cauſis dictorum Reorum confugientium ad Eccleſias: vt eos tradere poſſit dicta curiæ? nu.79.& 80.
Reis curiæ ſeculari traditis, & vltimo ſupplicio affectis, an irregularitatem incurrat? num.87.
Pro Epiſcopo hic quis ſit intelligendus? num.88.
Epiſtola Principis an faciat Ius? cap.5.§.8. nu.1.& 2.
Errores excuſandi, cap.7.§.4. nu.7.
Eucharistia eſt cibus animæ, cap.4.§.10.nu.6.
Dum per ciuitatẽ ducitur, num liberet Reos, ſi ad eam confugerint? d.§.10. toto.
Pixidem ſeu vas ſurripiens, dum ibi illa manet, qua pœna teneatur: Et an hac Immunitate gaudeat? cap.5.§.3.nu.68.
Quot criminum ſpecies committat? ibidem, nu.71.
In Germania quomodo puniatur? nu.72.
Et an illam percutiens (hoc eſt Euchariſtiam) ſit excommunicatus? nu.73.& 74.
Non ſumens illam, hoc eſt, non communicans in Paſchate; num ſit de hæreſi ſuſpectus iuxta Menochij ſententiam? cap.5.§. 6.num.68.& aliqq. ſeqq. præſertim in num.

num.80.

Qua pœna ſit puniendus? ibidem, num. 72. & 73.

Negans teneri Chriſtianos, aut ligari poſſe ſententia cap. Omnis vtriuſq; de Pœnit. & remiſ. qua pœna feriatur? ibidem, nu.75.

Tempus ſumendi Euchariſtiam in Paſcha, vt dicitur in d. c. Omnis, quomodo generaliter ſumatur? nu.76.

Et an longe nimis poſt Paſcha differri poſſit? nu.79.

Mediolani mos pro ſatisfaciendo d. cap. Omnis, ibidem, nu.77.

Quomodo in Regno Hiſpaniarum obſeruetur? nu.78.

Num ſub cenſuris Eccleſiaſticis cōpelli poſſint Chriſtiani ad ſatisfaciendum d. cap. Omnis? num.80. & ſeq.

Et quid in meretricibus? nu.81.

Eutropij Eunuchi Imperatoris Arcadij caſus, dum eundem Imperatorem fuerat hortatus, vt eandem et legem, quæ huic Immunitati pœnitus derogaret, cap.7.§.4. toto.

A Diuo Io. Chryſoſtomo defenditur, dum fugit ad Eccleſiam, ibidem num.§. ad cuius confugium cuiuis conditionis gens concurrit, nu.13.

Ab eodem Chryſoſt. increpatur, num.5.

Exceſſus, facinus, crimen, flagitium, & ſimilia, num differant? cap.5. Init. num.1. & ſeptem ſeqq.

Quid ſit exceſſus? ibidem, num.6.

Excommunicari an poſſit vnus pro alio? cap.1. §.1. num.3.

Et an infideles excommunicari poſſit? cap. 3.§.4. nu.2.

Excommunicatio non extendenda de caſu ad caſum, cap.5.§.1. num.80.

Eius pœna nulla maior in Eccleſia, quomodo intelligitur? cap.1.§.1. nu.4.

Denunciatio excommunicationis ĩ aliquem prolata, an reddat eum excommunicatum? cap.5.§.3. nu.63.

Abſolutio ab excommunicatione, vide ſup. Abſolui volens.

Excommunicatus num gaudeat hac Immunitate? cap.3.§.2. toto.

Secundum quid deterioris conditionis eſt, quam infidelis, d. cap.3.§.3. num.2. Et vterque videtur eſſe membrum diaboli, ibidem, nu. ſeq.

Num arceatur omnino ab ingreſſu Eccleſiæ? ibidem, num.9.26. & 27.

Qua communione priuetur per ſancta Dei Euangelia? num.18.

Pro leui manuum iniectione in perſonas Eccleſiaſticas a quo abſoluendus? cap.5.§.5. num.20.

Et quid ſi iniuria ſit grauis, ibidem, num. 21.

Cui æquiparetur excommunicatus? ibidem, num.108.

An ſit in gremio Eccleſiæ? num.109.

Perſiſtens per annum in excommunicatione, ſit de hæreſi ſuſpectus, cap.5. §.6. num.70.

Exempla inducenda cap.6.§.1. num.47.

Exempti loci & nullius Epiſcopi iuriſditioni ſubditi, quis ſit competens Iudex ĩ cauſis Reorum ad Eccleſias confugientium? cap.6. §.1. num.38.

Exilij pœna num puniri poſſit Reus qui ad Eccleſiam fugit? cap.6.§.3, num.2.

An ſit corporalis pœna? ibidem, num.3.

Et an grauis, vel leuis? num.4.

Mittendus ĩ exilium ſi diu ſteterit incarceratus, an illud tempus ſit ei computandum? ibidem, num.9.

Vide quoque ſup. ĩ verbo, Carcer.

Exſequutoribus curiæ iniuſte exſequentibus an reſiſti poſſit, cap.6.§.2. nu.45. & aliqq. ſeqq.

Extractio Reorum ab Eccleſiaſticis Locis per quem Iudicem facienda ſit? cap.6. Init. num.4. & 8. vbi plures controuerſiæ tolluntur.

Contrauenientium pœna de iure ciuili, ibidem, num.5.

Vide in ſequentibus de pœna iuris Pontificij.

Extractor Reorum ab Eccleſia, iuris ordine non ſeruato, an ſit de iure veteri excommunicatus? cap.6.§.2. num.22.

Et quid de iure nouo? ibidem, d. num. 22. moue-

moueтur dubium.

Reſoluitur in nu.29.& quibuſdã alijs ſeqq.

An volẽs probare delictum eſſe de exceptis, ne Reum, quem de facto extraxit, reſtituat Eccleſiæ, ſit audiendus? num.23.

Quid ſi non fuerit captus in Locis in hoc Libro enumeratis, ſed prope Eccleſiam, e qua exierit ad exonerandum corpus, an poſſit detineri? num.26. & 27.

Extractus indebite, iuris ordine non ſeruato, ſi interim delinquat; num, antequam Eccleſiæ reſtituatur, poſſit pro illo delicto puniri, & poſtea reſtitui Eccleſiæ? cap.6. §.2. nu.43.

Extrauagans Conſtitutio Sixti V. contra eos qui ſterilitatis venena parant, vide Conſtitutio Sixti V. vbi alia eiuſdem habetur contra exercentes aſtrologiam iudiciariam: Et etiam aliorum Pontificum contra aliquos in ſeqq. videri poſſunt.

Extrauagans 1. inter communes, ſub tit. de Priuilegijs, incip. Inter cunctas, in §. Incendiarios, de qua Immunitate tractet? cap.6. §.2. num. 16.

Extrauagans Conſtitutio nondum inſerta in Corpore Iuris, quando cenſeatur reuocata? cap.6. §.2. num.35.

An faciat Ius commune? ibidem, num.91.

Num ignorantia eius valeat allegari? num. 89.92. & 93.

Quando quis eius ſcientiam præſumatur habere? num.95.

F

Facere (hoc eſt delinquere) an videatur, qui non facit, quod facere debet? cap. 5. Init. num.9.

Facere per alium an ipſemet facere dicatur? cap.5. §.1. nu.48. & d. cap.5. §.6. nu.113.

Facere contra ſtatum Principis, quid ſit? cap. 5. §.7. nu.46. Et quid contra perſonam? ibidem, num.47.

Facinus a flagitio, crimine, & ſimilibus num differat? cap. 5. Init. num. 1. vſque ad 9.

Quid eſt: Et vnde dicitur? ibidem num.7.

Facti appellatione ciuiliter quid veniat? cap. 5. Init. num.10.

Et quid naturaliter? ibidem, num. 11. ſeq.

Falſificans literas Proregis, vide inf. Vicarius Principis.

De clerico falſificante literas ſeu reſcripta Domini Papæ vide ſupra, Clerici omnes.

Falſum dicens teſtimonium; vel falſam proferens ſententiam, proditor eſt, cap. 5. §. 4. num. 41.

Fames eueniunt propter crimen ſodomiæ, cap. 5. §. 13. num. 11.

Farinacius Quæſt. 28. num. 51. dum tractat de furibus, quos conſuetudine ab hac Immunitate excluſos fuiſſe tradit, confutatur, cap.5. §.1. num.10.

Idem in d. Quæſt. 28. num. 25. vbi voluit quod verbum, OCCIDERIT, hic in noſtra Conſtitutione ſumatur etiam pro animo occidendi, licet mors non ſequatur, reijcitur, d. cap.5. §.4. num. 23.

Fauere, vel fauorem dare, quis dicatur? cap.5. §.6. num.104.

Plura de his & de eorum pœnis vide infra in verbo Pirata, & in verbo Receptator.

Fauori pro ſe introducto an cuilibet renuntiare liceat? cap.6. §.2. num.85.

Federicus de Senis in quodam ſuo Conſil.302. dum conſtituit differentiam inter Vicarium Epiſcopi & eius Officialem, reijcitur, cap.6. Init. num.19.

Felinus in cap. Iudæi, il 1. de Iudæis, dum allegat Abbatem pro parte affirmatiua, dicẽs infideles gaudere debere hac Immunitate, lapſus eſt, cap.3. §.3. num.30.

Idem in Rub. de Hæret. reconciliatur, cap. 5. §.6. num.69.

Et in Summario cap. Si quis Epiſcopus, d. tit. de Hæret. declaratur, d. §.6. num.108.

Feudi ratione num quis pro delictis contra dominum commiſſis, ab eo poſſit feudo priuari? cap.5. §.7. num.49.

Et an ſortiatur eius forum? ibidem, nu.50.

Fideles cum moriuntur, ſalui fieri iudicantur, cap.4. §.7. num.5.

Sancti vocantur, ibidem, num. 7.

Fides Chriſtianorum cum fide Hebræorum an differat? cap.3. §.3. num.22.

Fides iuſtitiæ fundamentũ, cap.5. §.5. n.146.

Figu-

Figura VRBIVM REFVGII Hebraeorum, cap.6.§.3.num.18.
Filij praemortui, qui proſint ad excuſationem tutelae? cap.1.§.4.num.19.
Plures habere filios, Reipublicae intereſt, ibidem, num.21.
Finali cauſa attendendum, cap.6.§.1.num. 60.
Flagitium, crimen, exceſſus, & ſimilia, num differant? cap.5. Init. num.1. & ſeptem ſeqq.
Quid eſt flagitium? ibidem, num.8.
Faemina quando excuſentur a iuris ignorantia? cap.5.§.1.num.163.
Quaedam aliquando exbannita, & excurſores campania ibidem, num.164.
Vtrum illarũ atteſtatio admittatur ad probandas rapinas iuxta Pragmatica ſanctionem huius Regni in to. 1. tit. 47. de Furtis & rapinis? ibidem, num.165.
Foetus animati abortum faciens, vide ſup. Abortum.
Fori mixti criminaque? cap.5.§.13.num.26.
Forum quis ſortitur ratione delicti, cap.3.§. 2.num.2.
Fugiens ad Reliquias Sãctorum, vel ad eorum Statuas, vide infra in verbo Reliquiae. & in verbo Sanctorum ſtatuae.
Fundari quomodo debeat Eccleſia, vide ſup. in verbo Eccleſia localis.
Fures an gaudeant hac Immunitate? cap.5.§. 1.num.2.
Qui ſint? num.3. & 16.
Conſueti furari quomodo vocentur? num.4.
Qua poena teneantur, eis auxilium, vel fauorem dantes ad furtum faciendum? num. 59.
Vel qui ſcienter rem furto ablatam caelauerit? num.60.
Aduerſus eos quae poena ſit conſtituta? num. 63.& duobus numeris ſeqq.
Cur minus quam raptores puniantur? num. 66.
Conſilium eis dantes ad furandum, an teneantur aliqua poena? num.67. Item,
Et quando? num.68.
Iactam rem capiens, furto tenetur, num. 137.
Limita, niſi domino redditurus, eam ceperit, num.138.
Vel res fuerit habita pro derelicto, nu.143.
Furtum quid? cap.5.§.2.num.2.
An differat a rapina? d. cap. 5.§.1.nu.16.
Futura praedicere num liceat? cap.5.§.6.nu. 48.
Quaedam ad hanc rem pertinentia vide ſup. Diuinans. & in verbo Diuinatio.

G

GAbellam ſoluere non tenetur, qui duodecim filios habet, cap.1.Init.num.11.
Gama deciſio, vide ſup. Antonij Gama.
Garſia Maſtrillus, vide inf. Maſtrillus.
Geminianus in cap.1.de Homic. lib.6. ĩ §. Sacri num.11. confutatur, cap.5.§.5.nu.82. & quibuſdam ſeqq.
Generis cognitio ad ſpecierum cognitionẽ praecedere debet, cap.1.Init.num.10.
Per ſpeciem illi derogatur, ibidem, num.14.
Multum differt a ſpecie. num.15. ſeq.
ſubijcitur etiam ſpeciebus, num.17.
Gentilium templa quomodo fundabantur? cap. 4.§.3.num.23.
Et quomodo, & quibus in locis erant conſtructa? d. cap.4. §.6. num.5.
Genuenſis, vide inf. Marcus Antonius.
Gladio feriens gladio peribit, cap. 5. §. 4. nu. 10. & 11.
Gloſſa in cap. Cum deuotiſſimam, in verbo, Pro violata, 12. quaeſt. 2. dum tradit definitionem huius Immunitatis, reijcitur, cap.1.§. 2.num.2.
Gloſſa in cap. Praecipiendum, §. prohibendum eſt, in verbo, Exhedris, declaratur, cap.4.§. 7.nu.24.
Gloſſa magna in Clementina ſub tit. de Baptiſmo & eius effectu, reſtituitur, cap. 5.§.7. num.14.
Gomezius, Variarum Reſoll. lib.3.cap.2.num. 10. declaratur, cap. 5. §. 7.num.36.
Vide quoq; ſup. Antonius Gomezius.
Gradus pro Ordinibus Eccleſiaſticis, cap.5.§. 5.num.44.

Græci Nini facto plures deos coluere, cap.2. Init. num.50.
Quis apud eos deorum maximus fuerit habitus? ibidem, num. ſeq. 51.
Graffius, vide inf. Iacobus de Graffijs.
Graſſatura quid: Et vnde dicta? cap.5.§.1. num.6.
Graſſatorum & publicorum latronum differentia, cap.5.§.1.num.6. & 35. & ibi declatur verbum, Graſſor aris.
Gratioſe quod conceſſum eſt, non debet auferri, cap.3.§.1.num.15.
Guidonis Papæ ſententia in Deciſ. ſeu Quæſt. 423.num.4.verſic. Imo quod plus eſt, confutatur, cap.5.§.1.num.112.
Idem in alia Quæſt. præcedenti 344. tractans de læſæ maieſtatis crimine, declaratur, d. cap.5.§.7.num.34.

H.

HAbere aliquod inutile, & non habere, paria ſunt, cap.6.§.2.num.81.
Hæreditas quid? cap.5.§.6.num.110.
Hæreſis quid ſit, Et vnde dicta, ſecundum vnam ſententiam? cap.5.§.6.num.3.
Altera ſententia ſecundum Hoſtienſem, ibidem, num.4. Item
Eſt & tertia opinio, num.6.
Grauiſſimum crimen eſt, ideo nō præſumendum, num.16.
Cur ſit expreſſe exceptum cum reliquis criminibus ī Conſtitutione Gregorij XIV? cap.5.§.14.num.12.
Hæretici ab Immunitate Eccleſiaſtica excluduntur per Conſtitutionem Gregorij XIV. cap.5.§.6.num.1.
Quod diuino iure ſancitum probatur, ibidē, num.139.
Qui ſint? num.2. & 11.
An pro quouis alio crimine propter hæreſim excludantur? num.7.
Qui comprehendantur illorum appellatione? num.140.
Num pro prima vice tradendi ſint curiæ ſecularis puniendi? d. cap.5.§.5.num.13.
Suſpecti tantum de hæreſi num tanquam hæretici damnandi? d. cap.5.§.6. num.12. & 15.
Qui ſint huiuſmodi ſuſpecti ī hoc libro contenti: Et an gaudeant præſenti Immunitate, traditur ibidem ī nu. 18.21.22.32.38.39.40.41.43.46.48.51.52.56.58.62.63.64.70.75.82.91.92.98.103.105.115.116.117.118.121.129.130.132.133.135.137. & 138.
An gaudentes liberentur omnino a tota pœna? num.141. & 142.
Communicans cum eiſdem hæreticis, fit de hæreſi ſuſpectus, ibidem in d.§.6.num.21.
Eorundemque libros legens, hæreſim continentes, aut illos penes ſe habens, de hæreſi tantum ſuſpectus eſt, confutata Archidiaconi opinione, ibidem, num.22. & 30.
Quam pœnam incurrat? num.23. & 27.
Quid de legentibus alios hæreticorum libros, præter hæreſim, tractantes? num.24. & 31.
Doctis etiam viris prohibita illorum lectio de hæreſi tractantium: & qua ratione? num.25.
Quod extenditur ad eos quoque, qui vellent illis vti ad conuincendos eorundem hæreticorum errores, etiamſi fuerint ipſimet Inquiſitores, num.26.
Pœna quos comprehendat? num.27.
Eorundem receptores vide inf. Receptor.
Limita quæ ſupradicta ſunt, vt in nu.29.
Hebræi num gaudebant præſentis Libri Immunitate, dum erant in AEgypto ſub Pharaonis imperio conſtituti? cap.2. Init. nu. 59.
Et an dum erant in deſerto? nu.60.
Illorum tempore quæ perſonarum ſpecies admittebatur? cap.3.§.3.num.25.
Hercules Cadmo poſterior, cap.2. Init.num.9.
Iouis filius habitus, ibidem, nu.25. & quibuſdam ſeqq.
Vide quoq; inf. in verbo Ninus.
Heremita cur ſic dictus? cap.5.§.6.nu.5.
Hieronymus Romanus natione Hiſpanus in ſuis Tractatibus nuncupatis Republicas del mundo, parte 2. lib.3. cap.4. declaratur, cap.2. Init. num.28.

Idem

Idem in prima parte, in Republica Chriſtiana, lib. 4. cap. 1. verſ. Luego que vno Ygleſias, dum tractat de Cõſecratione Eccleſiarum, reijcitur, cap. 5. §. 3. num. 42.

Itemque lapſus eſt in d. Rep. Chriſt. lib. 1. cap. 20. dum Eutropij Eunuchi Imperatoris Archadij caſum narrat, qui eundem Imperatorem hortatus fuerat, vt Immunitatem Eccleſiaſticam tolleret, cap. 7. §. 4. num. 18.

Hieronymus Cagnolus in l. Extra territorium, num. 20. ff. de Iuriſd. omnium Iudicum, dum impugnat Iaſonem, confutatur, cap. 6. §. 2. num. 65.

Hieroſolymitani Milites, vide Milites.

Hippolitus de Marſilijs ĩ Repet. l. vnicæ, C. de Raptu virg. num. 111. & ĩ Praxi crim. in verſic. Vlterius. num. 4. reijcitur, cap. 6. §. 2. num. 62.

Homicidij reus an ſit, qui aliquod crimen fieri mandauerit ex quo mors fuerit ſecuta? cap. 5. §. 1. num. 113.

Num teneantur mandantes aliquem occidi, vel fautores, ibidem, num. 114.

Quid ſi proteſtetur, ne occidat, ſed tantum rapiat, vel mutilet? num. 115. & d. cap. 5. §. 4. num. 28. & 29.

Committens homicidium in Eccleſia, vel in Cæmiterio, non gaudet Immunitate præſentis Libri, cap. 5. §. 3. num. 1. & 20. cum aliqq. ſeqq.

Quod amplia, vt ibidem traditur in nu. 47. & duobus ſeqq.

Secus autem dicendum, ſi prope Eccleſiam, reiecta contrariorum opinione, ibidem, num. 4.

Pœna contrauenientibus conſtituta ibidem, num. 45.

Ex induſtria homicidium committens, quãdoque plus delinquit, quam qui aliquem veneno extinguit, cap. 5. §. 4. num. 9.

Quædam alia ad hanc rem pertinentia vide ſupra, in verbo, Gladio, & infra, in verbo, Occidens. & in verbo, Proditorij homicidæ.

Homo peccando quid incurrat? cap. 1. §. 4. num. 12.

Et quid per ſacerdotalem, vel ſacramentalem abſolutionem conſequatur? ibidem, num. 13.

Quando a tota pœna liberari poſſit? ibidem, num. 17.

Eius gratia Deus omnia creauit, cap. 3. Init. toto.

Hoſpitalia publica cuius auctoritate conſtruenda? cap. 4. §. 3. num. 17.

Num Delinquentes ad ea fugiendo ſint ſecuri? d. cap 4. § 8. num. 1.

Vtrum cuilibet liceat illa erigere? ibidem, num. ſeq.

Hoſtiam petens non conſecratã ſibi dari quãdo vult communicare, num hæreticus cẽſendus ſit? cap. 5. §. 6. num. 62.

Hoſtienſis ĩ Summa, hoc eo. tit. ĩ §. In quantum, ſub num. 8. ĩ verſic. Si vero maleficium, reijcitur, cap. 5. §. 3. num. 7. longe poſt initium.

Idem ĩ cap. Inter alia, circa med. ĩ verſic. Attamen, &c. hoc eo. tit. declaratur, cap. 6. §. 3. num. 5.

Hoſtium ſpecies quotuplex? cap. 5. §. 5. nu. 102.

Num impune occidi poſſint? ibidem, num. ſequenti.

Hugonis opinio, dum dixit, quod fugiens ad domum Epiſcopi, vt gaudeat Immunitate præſentis Libri debeat ĩ dicta domo eſſe aliqua capella conſtructa, confutatur, cap. 4. §. 9. ſtatim poſt principium, & in ſeqq.

I

Iacob Patriarcha viſio, cap. 5. §. 3. num. 44.

Iacobus de Graffijs in prima parte Deciſionum aurearum caſuum conſcientiæ, lib. 2. cap. 47. num. 7. ĩ fi. ſibi contrarius, cap. 4. §. 7. num. 27.

Idem in d. par. 1. eod. lib. 2. cap. 89. num. 7. & 8. declaratur, cap. 5. §. 1. num. 56.

Iacobus Nouellus in ſuo tract. Ad defenſam Reorum, tit. de Excuſatt. a reo fac. num. 17. vbi vult, quod mandans tantum vulnerari, & non occidi, ſi mors ſequatur, non teneatur de homicidio, reijcitur, cap. 5. §. 4. num. 29.

Iactam rem capiens, vide ſup. Alienum.
Iaſon in l. Vinum, num.5. ff. Si certum petatur, reiectus, cap.5. §.11. num.4.
Idem in l. Extra territorium, num.4. ff. de Iuriſd. om. Iud. ab impugnatione Cagnoli defenditur, cap.6. §.2. num.65. & duobus ſeqq.
Idololatria quomodo introducta? cap.2. Init. num.41.
Et quis primum Idolum inuenerit ſecūdum quoſdam? ibidem, num.42.
Item quid eſt? ibidem, num.44.
Ex qua gente traxerit originem? num.46.
Idolum primum quomodo nuncupatum ſecundum quendam? cap.2. Init. num.43.
Ieſus, vide ſup. Chriſtus.
Ignorantia qua ſit? cap. 5. §.1. num.102.
Ignorantia Conſtitutionis Gregorij XIV. tractantis de Immunitate præſentis Libri, num excuſet ab incurſu pœnæ in d. Conſtitutione contentæ? cap.6. §.2. num.89. & 93.
Illatio non fit ex diuerſis, cap.5. §.3. num.77.
Illuſtres viri maieſtatem habere dicūtur, cap. 5. §.7. num.10.
Immunitas quid ſit? cap.1. Init num.3.
Et vnde dicatur? d. cap.1. §.3. num.1.
Specialiter ſumpta pro ea de qua agitur in hoc præſenti Libro, quomodo definitur? d. cap.1. §.1. num.1.
Quo iure ſit ſtatuta? cap.2. Init. toto.
Num in lege Moyſis duntaxat fuerit ante Chriſti aduentum? d. Init. num.6.
Quomodo, & quando introducta? vna opinio, ibidem, num.7.
Altera opinio, num.8. & 29.
Verior opinio, num.45.
Effectus eius quo iure ſtatuatur? num.35. 36. & 37.
Et quis ſit? cap.6. §.3. toto.
Populus Hebræus an ea gaudebat, antequā a ſeruitute Pharaonis ſe liberaret? num.59. & 60. verſ. Sin autem aliter.
A Deo limitatur, num.62.
Morte Chriſti an fuerit ſublata? num.63.
Sub quibus præceptis contineatur? num.66.
Diuino Iure ſancita, num.67.
An ſit ſimplex præceptum? num.70.
Brutis etiam apud aliquos conſtituta, n.73.
Romæ non eſt, niſi pro leuibus criminibus: & quare? num.74.
Miracula quædam contra eos, qui illam tollere ſunt conati, num.79.
Quibus rationibus Euangelico iure ſancitam eſſe probatur? num.80. & aliqq. ſeqq. præſertim, num. 81.
Semper in Templis conſtituta, num.85.
Diuorum Ambroſij, Auguſtini & Athanaſij auctoritate Diuino Iure ſancitam eſſe, confirmatur, num. vlt.
Eſt fauorabiliſſima, d. cap. 2. §. vnico, num.1.
Contra eius violatores quæ pœnæ ſint ſtatutæ de iure veteri tum Canonico, tum Cæſareo? cap.6. §.2. num.58.
Et quæ de iure nouo vel nouiſſimo? ibidem, num.4. & 19. & 25.
Quos comprehendant? ibid. num. 36. 38. 39. 41. 51. 52. 54. 60. 62. 70. & num. 80. verſic. Intelligerem, &c.
Quot modis violetur? cap.5. §.15. num. 2.
Quædam de eius violatoribus vide inf. Violatores.
Immunitas Eccleſiarum in ſpecie ſumpta an differat ab Eccleſiaſtica libertate? cap.6. §. 2. num.10.
Quid eſt? ibidem, num.11.
Quare ſic vocetur? ibidem, num. 13.
Eius violatores an violare dicantur etiam Immunitatem, vel libertatem Eccleſiaſticam? ibid. num.18.
Immunitas Eccleſiaſtica num ſit ea, de qua loquitur Caietanus in Summa, verbo Immunitas Eccleſiaſtica, in §. Sexto, quod confundendo? cap.6. §.2. num.7. & 12.
Imperator, Princeps dicitur, cap. 5. §.7. num. 23.
Imperatorum legis veteris poteſtas, cap. 5. §. 5. num.71.
In, præpoſitio iuncta cum ablatiuo caſu quomodo capiatur? cap.4. §.7. num.20.
Et quid importet? ibidem, num.22.
Accuſatiuo caſui præpoſita quid ſignificet: & quomodo capiatur? ibid. num.23.
Incantatores ſeu magi ſuſpectiſſimi ſunt de hære-

hæreſi: ac etiam aliquando inter ipſoſmet hæreticos connumerantur, cap. 5. §. 6. nu. 58.

Laici regulariter excommunicantur: Clerici vero alijs pœnis plectuntur ex quadam Extrauaganti Conſtit. Leonis X. ibidem, num. 59.

Limita iuxta Nauarrum & alios ibidem, num. 60.

Quandoque ſeculari curiæ traduntur, nu. 61.

Incendiarij Eccleſiarum, aliorumne locorum religioſorum num gaudeant hac Immunitate? cap. 5. §. 3. num. 55.

Et quid in alijs incendiarijs? ibidem, num. 56.

Et quis inter hos comprehendatur? ibidem, num. 57.

Vtrum ſint excommunicati? num. 60.

Incluſio vnius eſt alterius excluſio, cap. 5. §. 3. num. 76.

Incorrigibilitas, vide ſup. Clerici omnes.

Induſtria perſonæ ſi fuerit electa, num alteri demandari poſſint vices illæ? cap. 6. §. 1. num. 31.

Infideles num gaudeant Immunitate præſentis Libri? cap. 3. §. 3. toto.

Num ſit eis benefaciendum? ibidem, num. 6. 18. & 22.

Vtrum arceantur omnino ab ingreſſu Eccleſiæ? ibidem, num. 10. 26. & 27.

Pecunia poſſunt ad Fidem allicere, ibidem, num. 13.

Quomodo dicuntur Chriſtiani nominis hoſtes? exploſa Iulij Clari opinione in §. fin. quæſt. 30. verſic. Præterea quæro, ibidem. num. 17.

Iniuriam inferendo perſonis Eccleſiaſticis qua pœna puniantur? d. cap. 3. §. 4. num. 1.

Num poſſint excommunicari? ibidem, num. 2.

An incidant in hæreſim? cap. 5. §. 6. num. 9.

Vtrum poſſint hæredes inſtitui, vel aliquid ex teſtamento capere? d. §. 6. num. 106.

Inhabilis teſtis, vide ſuſ. Teſtes inhabiles.

Inimici diligendi, cap. 3. §. 3. num. 24.

Iniuria afficiens S. R. E. Cardinales, vel Epiſcopos, illos obſidendo, ſeu perſequendo, & ſimiliter, cui pœnæ ſit obnoxius? cap. 5. §. 12. toto: vbi etiam traditur, quis veniat appellatione Epiſcopi.

Iniuſte damnatus ab exſecutorum manibus eruendus, cap. 5. §. 8. num. 5.

Vide quoque ſupra ī verbo Condemnatis, & in verbo Damnatis.

Iniuſte exſequentibus, vide ſup. Exſecutoribus.

Innocentius IV. quo tempore floruit? cap. 5. §. 5. num. 142.

Inquiſitionis Officij carceres infringens; vel impediens, aut offendens perſonas eiuſdem; vel eorum bona diripiens, quibus pœnis ſit obnoxius? cap. 5. §. 6. num 137. vbi etiam de eiuſdem crimino ſi filijs, & alijs complicibus agitur.

Venia peti pro his num poſſit? ibidem, nu. 138.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis quando poſſint procedere contra inuocantes dæmonem? cap. 5. §. 6. num. 43.

Vel contra exercentes aſtrologiam iudiciariam? d. §. 6. num. 54.

Item contra quos blaſphemos procedere poſſint? ibidem, num. 90.

Intellectus ad Canones ſub Diſtinctione 1. de Conſecratione, loquentes de tempore conſecrandarum Eccleſiarum, cap. 5. §. 3. num. 41.

Interdicta Eccleſia, ſeu polluta, eius quoq; Cœmiterium contiguum erit interdictum, atque pollutum, cap. 4. § 7. num. 29.

Interdicti pœna num quis pro alio puniri poſſit? cap. 1. §. 1. num. 5.

Interdicto cauſam tribuens, num fugiendo ad Eccleſiam pro illo delicto, gaudeat præſentis Libri Immunitate? cap. 5. §. 3. num. 20.

Interdicto ſupponuntur loca & terra, in quibus duellum (vt dicitur) fieri permittitur: vel vbi tales impuniti remanſerint, cap. 5. §. 4. num. 42.

Item vbi crimen aduerſus S. R. E. Cardinales, vel Dominos RRmos Epiſcopos fuerit commiſſum, d. cap. 5. §. 12. num. 2.

Interdictum, Vnde vt, quando detur? cap. 5. §. 1. num.

1.num.30.& 140.
Contra quos competat? ibidem,num.139.& 141.
Iohannes a Pineda Hiſpanus in tract. Monarchia Eccleſiaſtica,lingua Hiſpana conſcripto,par.1.lib.1.cap.20.§.3.in fine confutatur,cap.2. Init.num.57.
Iohannes Chryſoſtomus defendit quendam, qui Archadium Imperatorem fuerat hortatus,vt legem cōderet,quæ Immunitati præſentis Libri contraria fuiſſet: vnde & ipſe poſtmodum,delictis inuolutus,ad Eccleſiam fugit,non obſtante dicta contraria lege,cap.7.§.4.num.3.
Ab eodem tamen Chryſoſtomo reprehēditur, ibidem,num.5.
Iouis vnde dictus? cap.2. Init.num.18.
Et quis fuerit? ibidem, num.20.
Eius hiſtoria remiſſiue,ibidem,num.21.
Irregularitatem nam incurrat,qui alicui pollicem abſciderit, ex quo abſciſſus irregularis fiat? cap.5.§.3.num.13.
Vel ſi aliquem percuſſione mancum faciat? ibidem,num.14.15.& 16.
Quid de Epiſcopo tradente Reos curiæ ſeculari; qui præſentis Libri Immunitate non gaudent? cap.6.§.1.num.87.
Iudex ſecularis vtrum poſſit ſe ingerere cauſis Eccleſiaſticarum perſonarum? cap.3.§.1.num.1.& cap.5.§.5.num.154.
An poſſit ſe intromittere in caſibus,in quibus eſt impoſita pœna de iure Canonico? d. cap.3.§.2.num.4.& cap.5.§.14.num.7.
Num poſſit aliquem interficere,iuris ordine non ſeruato? d.cap.5.§.5.num.97.
Quid ſeruare debet in iudicando? ibidem, num.123.145.146.& 148.
Si pecunia corruptus iudicauerit, cui pœnæ erit obnoxius? ibid.num.143.& aliqq. ſeqq.
Num poſſit contra Milites S.Io. Hieroſolymitani (vulgo dicti, Caualieri di Malta) procedere? ibidem,num.154.
Iudex competens in cauſis Reorum confugientium ad Eccleſias quis ſit? cap.6.§.1.num.38.66.& 67.
Iudicans alios,ſe prius purgare debet a criminibus,cap.6.Init.num.7.
Iudicium an vbi cœptum (iuxta l. Vbi cœptū, ff. de Iudicijs) ibi & finem habere debeat? cap.6.§.1.num.69.
Iulius Clarus in §. fi. quæſt.30.verſic. Scias autem,&c.cum verſic. ſeq. Hinc eſt. dum tractat de illis triginta vel quadraginta passibus,qui olim a ſacris Canonibus circuitui Eccleſiarum tribuebantur, confutatur, cap.4.§.2.toto.
Idem in d.quæſt.30.verſic. Huiuſmodi autem. vbi dicit, quod fugiens ad Eccleſiam,in qua non ſeruatur Sacroſancta Euchariſtia,non ſit ſecurus,reijcitur,d.cap.4.§.3.num.1.& aliqq. ſeqq.
Vide quoque ſup. in verbo Clarus.
Iupiter idem Ninus: ſed verius Iouis, cap.2. Init.num.15.
Item differt a Ioue, ſecundum Priſcianum, ibidem, num.17.
Antea Iouis dictus, ibid.num.18.
Vnde dictus? num.19.
Iura exſecutioni mittenda, cap.6.§.2.num.1.
Non exſequenti pœna indicenda, ibidem, num.2.
Iuramentum an ſit liquida probatio? cap.5.§.1.num.129.
Vel ſpecies probationis? ibidem, num.130.
Iuriſdictio contentioſa in alieno territorio num exerceri poſſit? cap.6.§.1.num.78.& §.2.num.69.
Ius deuolutum,vide ſupra, Deuolutum Ius.
Ius naturale immutabile, cap.2. Init.num.2.
Ius per methonymiam, pro lege capitur,cap.1. Init.num.5.

L

LActare filios,vide infra,Mulieres.
Læſæ maieſtatis crimen committens,omnia bona amittit etiam poſt mortem,cap.1.§.1.num.16.
Quandoque pœna relegationis tantum tenetur,cap.5.§.5.num.121.
Quæ probationes requiruntur in dicto crimine? ibidem,num.138.
Inter cætera crimina immaniſſimum,ibidē, num.

num. 139.
Excluditur ab Immunitate præſentis Libri; & quis? d. cap. 5. §. 7. num. 1. & 45.
Cōtra Principes ſuperiorem recognoſcentes an ſit proprie crimen Læſæ maieſtatis? d. §. 7. num. 29.
Et quid in Vicerege, vel alijs ſimilibus? ibidem, num. 43.
In perſonam Principis quando commiſſum eſt, quis eius pœna teneatur? num. 48. vſq; ad finem.
Laicis nulla competit facultas aliquid ſtatuendi in Eccleſia cap. 6. Init. num. 1.
Lapis primarius in fundatione ſacrorum Locorum per quem poni debet? cap. 4. §. 3. num. 19.
Latrones publici qui? cap. 5. §. 1. num. 1. & late num. 4.
Quotupliciter ſumi poſſint? ibidem, nu 42.
Differunt a ſimplicibus, ibidem, nu. 5. & 8.
Differunt etiam a furibus, num. 3.
Atque a graſſatoribus viarum, nu. 6. & 35.
Legem vnam omnes homines habent quo ad Deum, cap. 3. §. 3. num. 5.
Et quo ad ius naturale, ibidem, num. 16.
Legens libros hæreticorum hæreſim cōtinentes, eſt excommunicatus: cuius abſolutio Papæ reſeruatur, cap. 5. §. 1. num. 85.
Atq; alijs pœnis erit obnoxius: de quo vide ſup. in verbo Hæretici, in verſic. Communicans.
Legere quis dicatur? cap. 5. §. 1. num. 86.
Leges veteris Teſtamenti morte Chriſti expirarunt, cap. 2. Init. num. 3.
Limita num. 5. in fi.
Leges, quæ a Chriſto Domino inſtitutæ: quæue ex lege veteri cōfirmatæ? cap. 2. Init. num. 4.
Leges pœnales ad alios in eis non comprehenſos non extendendæ, cap. 5. §. 1. num. 47.
Punientes crimina quomodo ſumendæ? ibidem, num. 120.
Quod contra delīquentes diſponunt, plene probari debet, num. 123.
Intentioni potius, quam illarum verbis inhærendum, num. 152. & 154. ī fine.
Æquitatem ī ſe habere debent, num. 152.
Simplicitas illarum amica num. 153.
Atq; benignitas, cap. 5. §. 6. num. 76.
Illas infringens num peccet? d. cap. 5. §. 5. num. 90.
Quis eas īfrīgere dicatur? cap. 6. §. 2. n. 40.
Leges omnes ſiue generales, ſiue particulares ſemper aliquid operari debent, cap. 5. §. 3. num. 27.
Illarum verba quomodo ſumenda? ibidem, num. 28.
Ad quæ adaptentur? ibidem, num. 51.
Animarum ſaluti vbi conſulitur, ibi ex mente Legiſlatoris extendendæ, quamuis ſint pœnales, num. 52.
Legis diſpoſitione ceſſante, ceſſant omnia quæ ſequuntur ex eis. cap. 4. §. 6. num. 21.
Vide quoq; ſup. Ceſſante legis, &c.
Legiſlator omnia Iura ſcire præſumitur, cap. 5. §. 5. num. 80.
Eius mens potius ſeruanda, quam legis verba, d. cap. 5 §. 4. num. 15.
Legum correctio euitanda, cap. 5. §. 8. num. 3.
Leuia committens crimina ī Eccleſia, vel eius Cœmiterio an priuetur Immunitate præſentis Libri? cap. 5. §. 3. num. 15.
Lex veteris Teſtamenti quotuplex? cap. 2. Init. num. 5.
Lex noua poſt aduētum Chriſti dicta lex gratiæ, cap. 2. Init. num. 82.
Lex, Si quis in tantam, C. Vnde vi, an comprehendat etiam mulieres? cap. 5. §. 1. num. 158.
Lex, Munus tribus. in verbo, Remittitur, ff. de Verb. ſign. cum alijs ſimilibus declaratur, cap. 1. § 4. num. 11.
Lex. Legis, Si vendidero, §. cum raptor, verſ. Is autem, ff. de Furtis, vnus intellectus, cap. 5. §. 1. num. 61.
Alter intellectus iuxta mentem Bartoli, ibidem, num. 62. & 63.
Lex, ſæpe, §. item dubitari, ff. de Verb. ſign. declaratur, cap. 5. §. 1. num. 69.
Lex. Legis, Vbi cœptum. ff. de Iudicijs, quidam optimi intellectus, cap. 6. §. 1. num. 72. vſque ad verſic. Diximus, quod, &c. poſt num. 76.
Lex, Præſenti, in princ. in illis verbis, AVT NVDA

NVDA SALTEM COGITATIONE ATQVE TRACTATV, &c. C. de His qui ad Eccleſ. confug. declaratur, cap.6.§.2.num.54. & aliqq. ſeqq.
Num ſit caſus ſpecialis fauore Eccleſiæ, vti quidam opinati ſunt? ibid. num.57.
Lex. Legis, Qui neque, alias incip. Solutum, ff. de Verbo. ſign. intellectus, cap. 6. §.2. num.74.
Lex Iulia repetundarum ad quæ pertinet? cap. 5.§.5.num.144.
Lex intelligenda iuxta titulum cui ſubeſt, cap. 5.§.6.num.109.
Libertas Eccleſiaſtica quid ſit ſecundum Caietanum? cap.6.§.2.num.8.
Eius violatores num ſint excommunicati? ibidem, num.30.
Libri huius partitio in Procem. num. 6. & 11.
Ligatus apud Deum, quandoq; ſolutus apud Eccleſiam: & ecõuerſo, cap.1.§.4.num.10.
Limina prima ſcalarum Eccleſiæ, vel eius portici num Reis Immunitatem tribuant? cap. 4.§.6.num.21.
Quid ſi Reus non adhæreat totaliter dictis locis? ibidem, num.22.
Lite pendente coram vno Iudice, num alius adiri poſſit? cap.6.§.1.num.76.
Literas dimiſſorias, vt aliquis ad Ordines Eccleſiaſticos promoueatur num Vicarius Capituli, Sede Epiſcopali vacante, concedere poſſit? cap.6.§.1.num.48.
Loca Eccleſiaſtica ſeu Religioſa, quæ antiquitus Immunitatem Reis concedebant, quomodo vocabantur? cap.4. Inst. num.1.
Et an eadem ſint, quæ apud nos, ibidem, nu. 2.& 3.
Loca, quæ per circuitum Eccleſiarum ſunt, præter ipſaſmet Eccleſias, earũdemque Cœmiteria, num ex ſeipſis Immunitatem Reis concedant? cap.4.§.7.num.12.
Loca Sacra ſemper Immunitati præſentis Libri ſtatuta, cap. 2. Inst. num. 85.
Loci exempti, vide, Exempti loci.
Locus deſtinatus ad ædificationem Eccleſiæ, num Reos ad ſe fugientes tueatur? cap.4. §. 3. num.15.& aliqq. ſeqq.
Locus prope Eccleſiam quando Cœmiterium præſumatur? cap.4.§.7.num.30. & aliqq. ſeqq.
Locus non ſanctificat hominem, ſed homo locũ, cap.4.§.9.num.10.

M

Machinationem contra Principem ſciens, & non reuelans, cui pœnæ ſit obnoxius? cap.5.§.7.num.52.
Magi ſunt ſuſpectiſſimi de hæreſi: & aliquando inter eoſdem hæreticos computantur, cap. 5.§.6.num.58.
Laici regulariter excommunicãtur, ibidem, num.59.
Limita iuxta Nauarri ſententiam, vt in, num.60.
Quandoque curiæ ſeculari traduntur, ibidem, num.61.
Magiſter num diſcipulum ad Eccleſiam fugientem extrahere poſſit? cap.5.§.15.num.4.
Magiſtratus requiſitus auxilium præſtare ad hæreticum apprehendum, num impune recuſare poſſit? cap.5.§.6.num.103.
Maieſtatem æternam grauius eſt lædere, quam temporalem: & ad omnium iniuriam tendit, cap.5.§.3.num.69.
Maieſtatis læſæ crimen, vide ſup. Læſæ maieſtatis.
Maieſtatis nomen pluribus attributum, cap. 5.§.7.num.2.
Quid ſit? ibidem, num.3.
Vnde dicta Maieſtas? ibidem, num.4.
Quotuplex ſit? num.5.
Pro grauitate ſumpta, num.6.
Cuius filia credatur? num. 7.
Populo conueniens, num. 8.
Illuſtribus viris, num. 10.
Et Prætori, num.11.
Maleficium, crimen, delictum, exceſſus, & ſimilia, num differant? cap. 5. Inst. num. 1. vſque ad num. 9.
Quomodo definiatur maleficium? ibidem, num. 5.
Mammilla num ſit membrum? cap.5.§.3.num. 10.& aliqq. ſeqq.
Mãcum efficere, vide ſupra, Irregularitatem.

Man-

Mandans committi homicidium exiſtens in Eccleſia, vel Cæmiterio, num gaudeat præſentis Libri Immunitate? cap.5.§.3.nu.49.
Mādatarij Chriſtiani aliquos occidētes media pecunia, nū cōprehendantur inter illos, quos nunc aſſaſſinos vocant? cap.5.§.5.nu.134.
Manu tangens Locum Religioſum, an conſequatur præſentis Libri Immunitatē? cap.4.§.6. num.22.
Marcus Antonius Genuenſis in ſua Praxi Archiepiſcopali, cap.22. num.3. reiectus, cap.6.§.2.num.34.
Mare diſcurrens, vide inf. in verbo Pirata
Marius Giurba Meſſanēſis Siculus laudatur, cap. 5.§.4.num.5.
Marius Muta ſuper Capp. Regis Alfonſi huius Regni, (cuius liber Tomus 4. inſcribitur) in cap.71. num. 18. in Gloſſa citatione in cap. Quæſitum, 13. quæſt.2. hallucinatus eſt, cap.4.§.10.num.2. longe poſt initium.
Idem ibidem in d. cap.71. nu.36. ſuper illo verbo, Prope, confutatur, cap.5.§.3. nu.7.
Maſculinum genus in odioſis num complectatur fæmininum? cap.5.§.1. num.159.
Quid ſi odiū ſit rationabile? ibidē, nu.160.
Sed quando maſculinū concipiat fæmininū, vide remiſsiue ibidem in num.161. & 162.
Maſtrillus in ſuo tract. de Indulto, cap.33. num.7. & 8. declaratur non officere Pragmatice huius Regni in to.1. tit.47. de Furtis, & rapinis, pragmatica prima. cap.5.§.1. num.37. & 57.
Idem laudatur, cap.6.§.2. num.72.
Matrimonij lex in Leuitico, cap.18. ſuper quibus præceptis fundetur? cap.2. Init.nu.71.
Matrimonium initum inter hereticos, vel cum heretico, vel heretica & fideli, num ſit validum? cap.5.§.6.num.34.
Mediolani mos traditur pro ſatisfaciendo cap. Omnis vtriuſque ſexus, ſub tit. de Pœnitentijs, & remiſsionibus, cap.5.§.6.nu.77.
Membra a capite diſcedere non debent, cap.3.§.1. num. 10.
Membrum quid? cap.5.§.3.num.8.& 9.
Menoch. de Arbitrarijs Iudicum, lib.2. cent.2. caſu 296.nu.17. reijcitur, cap.5.§.1.nu.9.
Item ī caſu 390. num. vlt. confutatur, cap. 5.§.3. num.66.
Item ī lib.5. Præſump.6. num.35. declaratur, dum inquit, quod Religioſus, relicta religione, factus apoſtata, ſi palā ducat vxorē, vere hæreticus cenſetur, cap.5.§.6.nu.117.
Item in d. tractatu de Arbitr. caſu 360. nu.68. lapſus eſt, cap.6.§.6.nu.55. & 56.
Mens Legiſlatoris potius ſeruanda, quam legis verba, cap.5.§.4.num.15. & 18.
Metus num præſumatur? cap.5.§.1.num.124.
Meus, Tuus, Suus, &c. vide inf. Pronomina.
Milites Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſolymitani (vulgo dicti, Caualieri di Malta) vtrum comprehendantur īter vere Religioſos? cap. 4.§.5.num.3.
Pro crimine aſſaſſinij imputati, a quibus iudicandi? cap.5.§.5. num.154.
Miniſteriorum diſtributio ī Eccleſia, traditur in cap.4.§.1. num. 5.
Minus cui non licet, nec quod plus eſt ei licebit, cap 6.§.1. num.61.
Miracula quædam de illis, qui præſentis Libri Immunitatem tollere ſunt conati, cap.2. Init.num.79.
Alia Miracula aduerſus quoſdam peſſimos luſores B. Virginem blaſphemantes, cap.5.§.6. num. 94.
Miſericordes Deus diligit, cap.7.§.4.num.16. & 17.
Miſericordiam, non ſacrificium vult Deus, cap.2. Init. num.81.
Cuius miſericordia ſine mēſura eſt, & tempore, cap.3.§.3.num.9.
Miſſæ Sacrificium ſi quis nondum ad ſacrum Præsbiteratus Ordinem promotus, auſus fuerit miniſtrare, qua pœna ſit feriendus? cap.5.§.6.num.135.
Mollitiei peccatum committens, num fugiendo ad Eccleſiam, præſentis Libri Immunitate gaudeat? cap.5.§.12.num.34.
Nū dicatur peccatū ſodomiticū? ibid.nu.35.
Qualem recipiat deformitatem? ibid.n.36.
Vtrum de iure poſitiuo aliqua pœna puniatur? num.38.
Monetarum tonſores, fabricatores, & alij ſimiles num gaudeant præſentis Libri Immunitate? cap.5.§.1.num.15.

Quid dicẽdum de eorum bonis? ibid.nu.19.

Moniales clauſuram egredientes quam pœnam incurrant? cap.4.§.7.num.13.

Mora modica num pœnam inducat? cap.5.§.1.num.84.

Mores diuturni quando pro lege ſint ſeruandi? cap.3.§.1.num.9.

Morum correctio, etiam contra exemptos, ad quos ſpectet? cap.5.§.13.num.14.

Moyſes, & Aaron ad Altare fugerunt, cap.2. Init.num.61.

Mulieres num proprios lactare filios teneãtur? cap.5.§.3.num.11.& 12.

Illas intuens concupiſcentiæ cauſa, mœchus erit, cap.5.§.13.num.41.

Quadam ad hanc rem pertinentia vide ſup. in verbo Fœmina.

Multa, proprie quid ſit? cap.1.§.1.num.19.

Quandoque ſumpta pro pœna corporali, ibidem, num.20.

Mundus totus a prĩcipio vſque ad Nini tẽpus, dictus Seculum aureum, cap.2. Init.nu.40.

Muneris ſpecies quotuplex? cap.1.§.3.num.2.

Muſcatellus in ſuo tract. tract. crim. rub. de Furtis, & rapinis, num penult. & vlt. declaratur, cap.5.§.1.num.44.

Mutilare, vide ſup. Membrum.

N

N*Atura inducit homines ad inuicem ſibi auxilium dandum, cap.5.§.1.num.82.*

Nauarrus in Manuali, cap.25.num.21.in fine, dum inquit, quod Eccleſiaſtica perſonæ non gaudeant præſentis Lib. Immunitate, reÿcitur, cap.3.§.1.num.2.

Idem in d. Man. eo. cap.25.num.18. refellitur, dum voluit, quod fugientes ad domos Eccleſiarũ conſtitutarũ vltra quadraginta paſſus, non debeant Immunitate gaudere, cap.4.§.6.num.13.& 14.

Atque confutatur in d. Man. cap.27.num.59. dum voluit, quod id, quod dicitur ĩ Bulla Cœna Dominica de piratarum receptoribus, fautoribus, & defenſoribus, comprehendat etiam conſultores, cap.5.§.1.num.77.& per aliqq. numm. ſeqq.

Declaratur tamen in d. Manu. eo. cap.27.num.94.in fi. dum ait, quod ſurripiens claues alicuius arca, oſtÿ, vel feneſtra, non dicitur vim facere, d. cap.5.§.1.num.26.

Nebiſſenſis in Lexic. Iuris, verbo Princeps, ab erroribus in citationibus Canonum & aliarum rerum, expurgatus, cap.5.§.7.nu.13.

Nefandum crimen, vide infra, Sodomia.

Nemrod, Saturnus dictus, c.2. Init.n.13.ĩ fi.

Niniues cur ſic dicta? cap.2. Init.num.11.

Modo autẽ quomodo vocetur? ibidẽ, nu.12.

Ninus quis, & quo tempore floruerit? cap.2. Init.num.10.

Alio nomine Iupiter dictus, ibidem, nu.15.

Alias, & meliꝰ Iouis, nõ Iupiter, ibid.n.20.

Dictus etiam Hercules, num.26.

Item Aſſur, num.27.

Filium quendam genuit eiuſdem Nini nomine, num.30. in fine.

Fuit etiam bellator peſſimus: Et quot deuicerit populos? num.39.& 47. in fine.

De eius tyrannide plura remiſſiue in d.nu.30. circa med.

Noe poſt diluuium quomodo terram vniuerſam diuiſerit? cap.2. Init.num.56.

Nomina verbalia (ideſt a verbis deriuata) quomodo capiantur? cap.5.§.1.num.53.

De quibus nominibus intelligatur? ibid.nu.54.& duobus ſeqq. & n.81.& aliqq. ſeqq.

Noſtrum, verbũ hoc in Bulla Cœna Dominica, cap.3. quomodo ſumatur? cap.5.§.1.n.107.

Noſtrum quod non eſt, ad alios pertinere ſcire debemus. cap.5.§.1.num.142.

Quod limita in num. ſeq.

Nouellus in tract. Ad defenſam Reorum, vide ſupra, Iacobus Nouellus.

Nuntio curia num ſemper fides adhibenda? cap.6.§.2.num.99.

Nuptÿs pluribus eodem tempore copulatus, de hæreſi redditur ſuſpectꝰ, cap.5.§.6.n.121.

Diſtingue ibidem, vt in num.126.

An ſit excommunicatus? ibidem, num.122.

Qua pœna de iure Canonum puniatur? nu.124.

Et qua de iure ciuili? num.125.

Quando contra eum iudex ſecularis poſſit procedere? num.128.

Eui-

Euidens ſuſpicio qua ſit contra huiuſmodi Reum, vt pro hæretico habeatur? num. 129.

O

O Bligatio quid? cap. 1. Init. num. 4.
Et vnde dicta? ibidem, num. 7.
Obſcuris in rebus quid ſequendum? cap. 5. §. 1. num. 137.
Vide quoq; ſup. Dubijs in caſibus.
Obſideri num poſſit Eccleſia, ne Reo alimenta, veſtitus, & ſimilia præſtentur? cap. 5. §. 2. num. 52.
Quid ſi, ne inde aufugiat, obſideatur? ibidem, num. 53.
Occidens vel mutilans aliquem in Eccleſia vel eius Cœmiterio, qui exiſtit extra, num gaudeat præſentis Libri Immunitate? cap. 5. §. 3. num. 46.
Quid e conuerſo? ibidem, num. 48.
Occidens, occidendus, cap. 5. §. 4. num. 11.
Quid de occidentibus media pecunia, quomodo vocentur de iure ciuili? cap. 5. §. 5. num. 141.
OCCIDERIT, verbum in Conſtitutione Gregorij XIV. quomodo ſumatur? c. 5. §. 4. n. 22.
Odia reſtringi debent, cap. 4. §. 7. num. 19. & cap. 5. §. 4. num. 19.
OEconomus & Officialis Epiſcopi nũ æquiparentur: Item & Vicarius? cap. 6. Init. nu. 10. 11. 12. 16. & 18.
Offendere aliquem, lege permittente, num ſemper liceat? cap. 5. §. 5. num. 88.
Offendere, verbum quomodo ſumatur? cap. 5. §. 5. num. 98.
Qui poteſt impune offendi, num etiam bonis ſpoliari poſſit? ibidem num. 99.
Offenſus num offendentem ab Eccleſia impune extrahere poſſit? cap. 5. §. 15. nu. 4.
OFFICIALIS, verbum in Conſtitutione Gregorij XIIII. quid ſignificet? cap. 6. Init. num. 15.
Opem ferre, quando quis dicatur? cap. 5. §. 1. num. 73. & 111.
Vide quoque ſup. Natura.
Oppreſſo num liceat auxilium dari? cap. 6. §. 2. num. 46.
Optandi maiores præbendas conſuetudo num per nõ vſum tollatur? cap. 6. §. 1. nu. 13.
Oratoria num liberent Reos ad ſe fugientes? cap. 4. §. 4. toto.
Ordinari, ſeu ad Ordines Eccleſiaſticos promoueri quis pro aliena culpa aliquando prohibetur, cap. 1. §. 1. num. 7.
Ordinarij locorum quando poterunt auxilium ſecularis curiæ petere? cap. 5. §. 5. num. 37.
Num, qui non fuerint Epiſcopi, cenſeantur excluſi in illis caſibus contentis in Concil. Trid. cap. 20. §. Ad hæc, Seſſ. 24. Decreto, de Reformat. vbi tantum de Epiſcopis fit mentio? cap. 6. §. 1. num. 42. & 45.
Et num poſſint ſe intromittere in caſibus Reorum confugientium ad Eccleſias? ibidem, num. 43. & 67.
Num æquiparentur Vicario Epiſcopi, vel Capituli? ibidem, num. 46.
Ordines ſacri ſeu maiores num cuilibet conferendi ſint? cap. 4. §. 3. num. 22.
Vide quoque ſup. in verbo Clerici ſeculares, in verſic. Inſtar Religioſorum &c.
Ordines quos nunc ſeruat & confert Eccleſia nũ fuerint tẽpore legis veteris: Et quomodo ad ſacerdotale munus perueniebatur? cap. 5. §. 5. num. 68.
Quis nunc illos inſtituerit? ibidem, nu. 69.
Oſtium Eccleſiæ num violetur, ſi in eo delicta perpetrentur? cap. 4. §. 7. num. 20.
Oza ſacerdos legis veteris Teſtamenti a Deo peremptus, quia manum ad Arcam Dei tenuit, cap. 5. §. 3. num. 70.

P

P Alatium Epiſcopi, vel Cardinalis, vide ſupra, in verbo Epiſcopus in verſic. Eius domus. & in verbo Cardinalium, in princ.
Papa a Deo immediate poteſtatem habet, ĩ Proœmio, num. 3.
Quam poteſtatem habeat in terris alienis? cap. 2. num. 75.
Et in quibus ſe intromittat? ibidem, num. 76. & 78.
Num ligetur cap. Omnis vtriuſq; ſexus, de Pœnit. & remiſſ. ita vt peccet non adim-

plens quæ ibi ſunt ſtatuta? cap.5.§.6.n.74.
Verum ſimoniam committere poſſit? ibidem, num.101.
Si fuerit hæreticus, quid agendum? ibidem num.102.

Parochi vnde dicti? cap.4.§.3.num.3.
Olim qui fuerint? ibidem, num.4.

Parochia vnde dicitur? cap.4.§.3.num.3.

Parochiales Eccleſiæ quid habere vel conſeruare debent? cap.4.§.3.num.2.
Et quare huiuſmodi Eccleſiæ ita nuncupentur? ibidem num.5.

Partitio, neceſſaria in qualibet re, in Prœmio, num.4.

Partus ancillarum nũ computentur in fructu? cap.3. Init. num.2.
Vide quoq; ſup. in verbo Fœtus.

Paſſuum, de quibus loquuntur ſacri Canones quo ad Immunitatem præſentis Libri, controuerſia ſoluitur, cap.4.§.6.toto.
Quomodo capiebantur? ibidem, num.24.

Paulus Grillandus in tract. de Pœnis omnif. coitus, quæſt.14. dum dixit quod pluribus nuptijs copulatus eodem tempore, incidat in excommunicationem, bene reijcitur a Couarruuia, cap.5.§.6.num.123.

Peccantes publice, palam corripiendi, cap.5.§.6.num.142.

Peccata ſuos tenent auctores, cap.1.§.1.n.12.
Semel remiſſa, amplius non reuiuiſcunt, cap.1.§.4.num.7.
Fidelium grauiora ſunt, quam infidelium, cap.3.§.3.num.8.
Carnalia minoris ſunt culpæ, quam ſpiritualia, cap.5.§.5.num.85.
Grauiora quoque ſunt quæ opere complentur, cap.5.§.13.num.4.

Peccati pœna quando euitetur in homicidio? cap.5.§.5.num.95.

Peccator a tota pœna quando liberetur? cap.1.§.4.num.17.
Peccatum mortale quid operetur? cap.1.§.4.num.14.
Quomodo remittatur? ibidem, num.15.

Peccatum num differrat a crimine, delicto, maleficio & ſimilibus? cap.5.Init.num.1.vſque ad num.9.
Quid ſit? ibidem, num.4.
Peccatum contra naturam diuerſæ eſt ſpeciei, cap.5.§.13.num.33.

Pecunia appellatione quid contineatur? cap.5.§.5.num.133.
Si illa media quis aliquem occidat, vide in Summarijs d.§.5.in verbo Aſſaſſini, et paſſim per totum §.

Peguer. relata in Deciſ. crim.40.num officiant Pragmatica Regni in to.1. ſub rub. de Furtis & rapinis, tit.47. Prágm.1.? cap.5.§.1.num.40.
Idem in num.ſeq.41.reijcitur.

Pendentia ab animo & conſcientia, quomodo probanda? cap.5.§.6.num.130.

Percutiens illum, quem quis extraxerit e loco, vbi ſi eum percuſſiſſet, grauiori pœna plectẽdus eſſet, num eidem pœnæ ſit obnoxius? cap.6.§.2.num.66.

Peregrini qui apud Hebræos? cap.3.§.3.n.20.

Perſonarum ſpecies diuerſæ, in Prœm.num.7.

Petri Apoſtoli viſio quædam, cap.3.§.3.n.15.

Piratæ, eorumque fautores, defenſores, & receptores ſunt excommunicati, quorum abſolutio Papæ reſeruatur, cap.5.§.1.nu.74.
Inter hos piratas qui comprehendantur? ibidem, num.75.
Alia ſequentia ad hanc rem pertinentia vide in Summarijs d.§.1.poſt d.num.74.

Plaza in Epit. delictorum, cap.15.num.1.poſt med. vbi voluit, quod mandans tantum vulnerari, ſi ſequatur mors, non tenetur de homicidio, reijcitur, cap.5.§.4.num.34.

Pœnarum ſpecies multiplex, cap.1.§.1.nu.2.
Temporalis quotuplex ſit? ibidem, num.9.
Corporalis quoque quotuplex? num.10.
Ibi eſſe debet vbi & noxia eſt, num.13.
Num tranſeat ad hæredes? num.14.
Ad hominum emendationem inflicta, n.15.
Pecuniaria, propriè quomodo vocetur? num.19.& 20.
Quando certa non eſt a lege inflicta, quid agendum? num.21.
Corporalis minima, maior eſt quacunq; pecuniaria, cap.5.§.1.num.18.

Pœnales leges aliquando extendendæ ad caſus in eis non comprehenſos, cap.4.§.5.num.4.

Vide

Vide quoq; ſup. Leges pœnales.
Pœnitentia publica num in aliam commutari poſſit: Et a quo? cap.5.§.6.num.143.
Pœnitentia Sacramenti munus qui nondum ad Presbiteratus ordinem promotus miniſtrare auſus fuerit, qua pœna ſit feriendus? cap.5.§.6.num.136.
Vide quoque inf. Sacerdotes confeſſarij.
Pontifex Maximus quomodo alio nomine vocetur? cap.5.§.7.num.21.
Pontifices Summi qui præſentis Libri Immunitati fauerunt, cap.2.§. vnico, num.2.
Populus Dei quis olim fuerit? cap.3.§.3.n.21.
Porticus Eccleſiæ num Reos ad ſe fugientes defendat? cap.4.§.6.num.19.21.& 22.
Poſſeſſionem beneficij duo ſimul eodem tempore capientes, quis eorum potior ſit? cap.6.§.2.num.73.
Poſſidentis conditio, melior in pari cauſa, cap.6.§.2.num.100.
Potentes a ſubditorum exemplis addiſcant, cap.7.§.4.num.6.& 11.
Poteſtas Eccleſiaſtica a ſeculari diſtincta, cap.2. Init. num.77.
Quando vigere cœpit? cap.5.§.3.num.59.
Præcepta moralia in quibus præceptis fundentur? cap.2. Init. num.64.
Et ad qua reducantur? ibidem, num.65.
Prædicatores num prædicare poſſint, quæ non fuerint honeſta proferri? cap.5.§.13.n.13.
Præpoſitus Cardinalis Alexandrinus dum de lactandis infantibus matres in quodam caſu excuſat, reijcitur cap.5.§.3.num.12.
PRAESVMPSERIT, verbum in Conſtitutione Gregorij XIIII. de Immunitate præſentis Libri tractantis, quomodo capiendum? cap.6.§.2.num.8. vbi declaratur verbum Præſumo quomodo capiatur.
Pragmatica huius Siciliæ Regni in To.1.tit.47. de Furtis & rapinis, pragmat.1. late examinatur: Et num in eam incidentes gaudeant Immunitate præſentis Libri? cap.5.§.1.nu.20. de qua vide in Sūmarijs d.§.1. lo. cit. & ſequentibus.
Alia Pragmatica in tit. ſeq.48. de Pœna Clericorum & laicorum receptantium bannitos, declaratur in d.§.1. ſub num.49.
Quædam alia quæ habetur ī 2.10. Pragmatica vlt.§. fi. declaratur ibidem ſub nu.52.
Item Pragmatica vnica ī fin. lib.1. Pragmat. tit.42. ſiue Statutum illud de quo loquitur Dominus de Maſtrillo in Deciſ.22. limitatur per Immunitatem præſentis Libri, d.cap.5.§.3.num.24.
Principaliter quod agitur, inſpicitur, cap.5.§.1.num.32.
Prīcipes ſeculares num ſe interponant ī caſibus Immunitatis præſentis Libri, ita vt quo ad eos variare poſſint? ī Proœmio, num.2.
Prīcipis appellatione quis veniat? cap.5.§.7.num.12.& 15. vſque ad num.28.
De quo intelligatur ī Conſtitutione Gregorij XIV. excludentis Reos criminis læſæ Maieſtatis ī perſonam Principis ab Eccleſiaſtica Immunitate? ibidem, num.18.28.& 45.
Sūmus Prīceps qs īter ſeculares? ibid.n.23.
Large ſumpto Prīcipatus nomine, quis comprehendatur? num.25.& duobus ſeqq.
Et quis proprie & ſtricte? num.30.& 32.
Non recognoſcentes ſuperiorem de quibus intelligendum? num.33.
Principis nomen vnde dictū? cap.5.§.7.n.37.
Priuatus num poſſit impune aliquem occidere? cap.5.§.5.num.87.
Priuilegium a iure indultum non eſt alicui auferendum, cap.3.§.1.num.16.
Perſonale cū perſona extīguitur, ibid.n.17.
Eius cauſa ceſſante, ceſſat ipſummet priuilegium. cap.4.§.6.num.6.
Probatio vbi liquida requiritur num ſufficiat iuramento probari? cap.5.§.1.num.127.
Legitima quæ ſit? ibidem, num.131.
Proditorij homicidæ excluduntur ab Immunitate præſentis Libri, cap.5.§.4.n.1.4.& 7.
Qui ſint de iure Pontificio? ibidem, num.3.
Late de his vide per totum prætitatum §.
Pronomina, Meus, Tuus, Suus, & ſimilia regulariter dominium ſignificant, cap.5.§.1, num.105.
Aliquando vero aliam habent ſignificationem, d.§.1.num.106.
Vide quoq; d. cap.5.§.7. num.31.
Proximi noſtri qui ſint? cap.3.§.3.num.7.& cap.5.§.4.num.20.& ſeq.

Pſeudo

Pſeudoprophetas adorans nũ ſit inter hereticos connumerandus, vel tantũ de hereſi ſuſpectus, uti voluit Menoch.? cap.5.§.6.nu.19.
Quis ſit Pſeudopropheta, ibid. num.20.
Puniri pro alio num quis poſſit? cap.1.§.1.nu.5.11.& 16.
Punitus in foro Eccleſiaſtico num iterũ puniri poſſit in temporali? cap.5.§.13.num.27.
In hoc Regno quid ſeruetur? ibid.num.28.

R

RApina & furti differentia, c.5.§.1.n.16.
Quot oriantur iniuria ex rapina? nu.17.
Quadam ad rapinã pertinẽtia vide ĩ Summarijs d.§.1. poſt d.n.16.& poſt nu.59.& ſupra in verbo Actio vi bonorum raptorum.
Raptor quibus pœnis tenetur? cap.5.§.2.nu.5.
Raptores mulierũ nũ gaudeãt Immunitate pſẽtis Libri? c.3.§.2.n.8.& c.5.§.1.n.109.
Et qua pœna aſtringi poſſunt? ibidem.
Item quis cum eis comprehendatur? d.nu.8.& d.§.1.num.110.
Ratihabitio quãdo cõfirmet factũ? c.6.§.1.n.6
Ratio vbi eadẽ, ibi idẽ ius, cap.5.§.5.nu.150.
Ratione quod caret, extirpandũ, c.6.§.1.n.11.
Ratũ haberi nequit quod contra iuſtitiam actũ eſt, cap.3.§.1.num.12.
Rebuffus dũ tradidit exẽplũ ſuper hac Immunitate, hallucinatus eſt, cap.2.Init. nu.68.
Item in Gloſſa citatione in cap. Quaſitum, 13.q.2.cap.4.§.10.nu.2.
Receptor ſeu Receptator, Fautor, & ſimilia quo ſumãtur? c.5.§.1.n.81.83.84.& 85.
Pœna receptorum qui non teneantur? ibidẽ, num.87.88.89.90.& 91.
Reges AEgypti antiquitus quomodo vocabantur? cap.2. Init. num.58.
Reipublica inſeruiẽtiũ munus, c.5.§.5.n.148.
Reis potius, quam actoribus fauendum, cap.5.§.1. num.134.& cap.6.§.2. num.76.
Relaxare quid ſit? cap.1.§.4.num.1.
Religionẽ, vel Cõgregationem nouã num cuilibet erigere ſit permiſſum? cap.4.§.5.nu.6.
Religioſa Loca qua ſint? cap.4.§.5.num.1.
Religioſi quotupliciter ſumantur? c.4.§.5.n.2.
Religioſus qui factus eſt apoſtata, de hereſi ſit ſuſpectus, cap.5.§.6.num.115.
Quid ſi duxerit uxorem? ibid. num.116.
Nũ gaudeat Eccleſiaſtica Immun.? n.119.
Reliquia Sanctorũ dũ ſolẽniter deferũtur, nũ liberent Reos ad ſe fugiẽtes? c.4.§.10.n.4.
Remittere quid ſit? cap.1.§.4.num.6.
Remittẽdũ, vt remittatur, c.7.§.4.n.10.15.17
Renũtiari nũ poſſit Immunitati Eccleſiaſtica? cap.6.§.2.num.84.
Reſiſtere num poſſit Reus officialibus volentibus eum extrahere ab Eccleſia, non ſeruato iuris ordine? cap.6.§.2.num.44.& 48.
Et quid ſi alius eum defendat? ibid.nu.49.
Reſtitui debet ablatum, vt peccatum dimittatur, cap.5.§.2.nu.6.
Reſtitutio perſona auulſa de facto ab Eccleſia, quomodo ſit facienda? cap.6.§.2.num.28.
Reuocantur facultates cõceſſa cuicunque Magiſtratui gratia Reos extrahẽdi ab Eccleſia, cap.6. Init. num.3.
Reus in Eccleſia receptus, num ibi permanere debeat quouſque a iudice temporali requiratur? cap.6.§.3.num.7.
Si non habet vnde ſe alat, a quo interim eſt alendus? ibidem, num.13.
Abſolutus ſemel a pœna, vt ad Eccleſiã cõfugit, nũ poſtea puniri poſſit? ibidem nu.19.
Rex, Princeps dicitur, cap.5.§.7.num.24.
Ritus huius Regni Sicilia de Modo procedendi ex abrupto, nũ habeat locũ, quando Reus fugerit ad Eccleſiam? cap.6.§.1.num.82.
Rubrica PRAESENTIS TRACTATVS quomodo ſumatur? cap.6.§.2.num.17.

S

SAbbathi ſanctificatio ad que praecepta legis veteris pertineat? cap.2. Init. num.72.
Sacellum num Reos ad ſe fugientes tueatur? cap.4.§.6.num.20.
Sacerdotes Confeſſarij dum Pœnitentia ſacramentum Fidelibus adminiſtrãt, ſi aliquam alliciant mulierem ad libidinem; vel aliquẽ puerum ad nefandum actum, cui pœne ſint obnoxij? cap.5.§.6. num.132.& 133.
Quomodo ſumatur, Dum Pœnitentia ſacramentum adminiſtrant? ibid. num.134.

Vide ſupra, Miſſa. & Pœnitentia.
Sacramenta nouæ legis a quo ſint inſtituta? Et de eius effectu, cap. 5. §. 5. num. 75.
Sacras res furās num præſcriptis Libri gaudeat Immunitate? cap. 5. §. 3. num. 75.
Sacrilegiū quid: & quotuplex? c. 5. §. 3. nu. 54.
Quæ ad Sacrilegium hic pertinent vide in Summarijs d. §. 3. poſt d. num. 54.
Salomō poſt ædificatiōem Templi omnē gentem ibi orare permiſit, cap. 3. §. 3. num. 26.
Fuit Rex, atque Sacerdos, cap. 5. §. 5. n. 73.
Atque etiam Idolatra, d. cap. 5. §. 6. nu. 33.
Salui, dormire dicuntur, cap. 4. §. 7. num. 6.
Saluos oēs Ieſus facere venit, cap. 3. §. 3. n. 12.
Samuel loco Heli conſtitutus populū Hebræum regebat, cap. 5. §. 5. num. 72.
Sancti vocantur Fideles, cum moriuntur, cap. 4. §. 7. num. 7.
Sanctorum Statua cum ſolemniter deferuntur, num Reos liberent? cap. 4. §. 10. num. 4.
Sanguinem ſuum cuique redimere licet, cap. 2. Init. num. 36.
Sanguinis effuſione, vel ſeminis humani emiſſione Eccleſia polluuntur, cap. 5. §. 3. nu. 19.
Sapientia cap. 14. poſt num. 15. in verbo Seruos, declaratur, cap. 2. Init. num. 52.
Saturnus ceu deorum Princeps a Græcis habitus, cap. 2. Init. num. 14. & 51.
Saul, Rex, atq; Sacerdos, cap. 5. §. 5. nu. 73.
Schiſma quid: Et vnde dicta? cap. 5. §. 6. n. 64.
Schiſmaticus, vel aliorum partes ſequēs, de hæreſi ſit ſuſpectus, cap. 5. §. 6. num. 63.
Quis dicatur ſchiſmaticus? ibid. n. 65. et 66.
Nū gaudeat Eccleſiaſtica Immun.? nu. 67.
Scientia num præſumatur? cap. 5. §. 1. nu. 101. & cap. 6. §. 2. num. 97.
Quomodo probanda? d. §. 1. num. 103.
Scriptura penes aliquē inuenta, quādo præſūptionē ſcientiæ contentorū in ea inducat aduerſus quem fuerit reperta? c. 6. §. 2. nu. 96.
Seculares perſonæ quō differāt? ī Prooem. n. 10
Secularis curiæ auxilio īplorato, an ob id ipſamet curia exſequi poſſit? cap. 5. §. 5. nu. 36.
Quando poterit inuocari? ibidem, num. 37.
Sede Epiſcopali tranſlata, oīa eius Iura tranſferuntur, cap. 4. §. 9. num. 7.
Vide quoque ſup. Epiſcopalis Sedes.
Sententia Principis in certa cauſa lata, pro lege ſeruanda, cap. 5. §. 8. num. 2.
Sepeliri in Eccleſia num omnes poterāt priſcis temporibus? cap. 4. §. 7. num. 9.
Serui nū poſſint fieri Clerici? in prooem. nu. 9.
Seruitus quid? cap. 2. Init. num. 31.
Vtrum ſit de iure naturæ, vel alio iure ſtatuta? ibidem, num. 32. & 33.
Quot modis capitur? ibid. num. 52.
Proprie sūpta quādo fuerit ītroducta? n. 54
Seu, dictio quomodo capienda? c. 6. Init. n. 17.
Simoniam committens num ſit de hæreſi ſuſpectus, vti voluit Menochius? cap. 5. §. 6. n. 98.
Vtrū gaudeat Eccleſiaſtica Immun.? n. 100
Simplicitas legibus amica, cap. 5. §. 1. nu. 153.
Socius ī delictis qs dicatur? cap. 5. §. 1. n. 111.
Socrates Zoſimus in Hiſt. Tripar. lib. 10. c. 4. lapſus eſt, cap. 7. §. 4. num. 19.
Sodomia crimen, vide in Summarijs cap. 5. §. 13. in princ.
Sortilegus ſuſpectus ē de hæreſi, c. 5. §. 6. n. 56.
Specialia generalibus inſunt, cap. 1. Init. nu. 2.
Statuta punientia delicta quomodo capiantur: Et quæ ad ea pertineant, vide in Summarijs cap. 5. §. 1. poſt num. 117. in aliqq. ſeqq. & in §. 3. poſt num. 26. d. cap. 5.
Statutū, de quo loquitur Maſtril. in Deciſ. 22. vide ſup. in verbo Pragmatica, ī verſ. 1 e n.
Statutum aggrauans pœnam de Iure communi inflictā, nū liget forenſes? cap. 6. §. 2. n. 93.
Alia pertinentia ad Statuta huius Regni Siciliæ, vide ſup. Capitulum Regni.
Subrogatum cuius ſortiatur naturam? cap. 5. §. 5. num. 94.
Succeſſor & prædeceſſor idem cenſetur, cap. 6. §. 1. num. 59.
Supplicium vltimum quid? cap. 5. §. 3. nu. 46.
Suſpectus de hæreſi, vide ſup. Hæretici.
Suſpendere, quandoque ſub verbo, Degradari, continetur, cap. 5. §. 5. num. 62.
Suus pronomen, vide ſup. Pronomina.
Syluester in Summa, verbo Excōmunicatio 7. in ſeptima excomm. ſub nu. 13. declaratur, cap. 5. §. 3. nu. 61. verſic. Aduertendum.
Idem in d. Summa, verbo Immunitas 3. quæſtione ſeu §. 4. declaratur, cap. 6. §. 3. num. 6. & 14.

T

*T*Allias ſeu collectas ſoluere non cogitur qui duodecim filios habet, cap.1. Init.num.1.
Quid ſi illorũ aliqs deficiat? d.c.§.4.n.20.
Tecta Locorum Religioſorum num Reos liberent? cap.4. §.9.num.24.
Templa Gentilium quomodo fundabantur, Et quibus in locis erant conſtructa? cap.4.§.3.num.20.& 23.& §.6.num.5.
Vide ſup. in verbo Eccleſiæ localis.
Teſtes alias inhabiles quando admittantur? cap.5.§.1.num.166.
Teſtis falſum deponens qua pœna ſit afficiendus? cap.5.§.5.num.149.
Textus in Auth. Sed nouo iure, C. de Seruis fugit. examinatur, cap.5.§.1.num.5.
Textus in cap. Si quis Eccleſiam, 17. quæſt.4. declaratur, cap.5.§.3.num.58.& 59.
Textus in cap. Tua nos, de Sent. excom. enucleatur, cap.5 §.3.num.61.
Textus in cap. Conqueſti de Sent. excom. explanatur, cap.5.§.3.nu.62.
Textus in c. Oẽs Eccleſia, 17.q.4. declaratur, cõfutata opinione Deciani, cap.5.§.3.n.64.
Textus in c. Per tuas, il 1. de Simon. explanatur, cap.5.§.6.num.99.
Textus in §. Publicorũ, Auth. de Mand. Princ. reſectus, cap.5.§.11.num.8.
Vide quoq; ſup. Capitulũ. & in verbo Lex.
Tituli generales tractantes de Immunitate præſentis Libri tradũtur in Init. c.1.n.18.
Speciales aũt hui⁹ Libri traduntur ibid.n.19.
Quidam vero generales tractantes de Immunitate generaliter ſumpta ſecũdum præſentis Tractatus Rubricam, traduntur in §.2.num.5.cap.6.
Traditiones ſanctorum Patrum nõ debent pro libitu errantium infringi, cap.3.§.1.nu.8.
Transfugarum pœna, cap.5.§.5.num.83.
Eiuſque ratio, ibid. num.105.
Tridentinum Concilium, vide Cõcilium Trid.
Turbare in campis, Graſſatio dicitur, cap.5.§.1.num.45.
Tutela ad excuſationem, vide ſup. Filij.
Tutor datur inuite, cap.1. Init. num.8.
Fallit tamen, vt habetur ibidem in nu.9.& 10.& in §.4.num.4.d.cap.1.
Excuſatus, nũ ceſſante cauſa excuſationis, reaſſumat tutelam? d.c.1.§.4.nu.5.& 12.
Tuus, Suus, &c. Vide ſup. Pronomina.

V

*V*Eneno occidens, ſecundum quoſdam, proditor dicitur, cap.5.§.4.num.4.
Verba in dubio quomodo intelligenda? cap.5. Init.num.12.
Nũ potiora ſenſu exiſtãt? d.c.5.§.1.n.154.
Vide quoq; ſup. in verbo Dubijs. &, Mens.
Veſtales Virgines, deliquẽtes etiã ſi ad mortis pœnã ducebantur, liberabãt, c.4.§.10.n.3.
Vt quando factum dicatur? cap.5.§.1.nu.21.
Reliqua, quæ ad hunc Librum ſpectãt, vide in Summarijs d.§.1.poſt d.num.21.
Vicarius Capituli. Quæ ad eum ſpectant, vide in Summarijs cap.6.§.1.poſt num.37.
Vicarius Generalis Epiſcopi num Laicus eſſe poſſit? cap.6.Init.nu.12. De eius poteſtate vide in Sũmarijs d.cap.6.§.1.poſt nu.1.
Vicarius Principis, alias Viceerex, vide in Summarijs cap.5.§.7.poſt num.38.
Vita conſeruanda eſt cap.2.Init.n.35.& ſeq.
Vitus Lumbardus laudatur, cap.6.§.2.n.72.
Viuo cui cõmunicamus, regulariter & mortuo communicare debemus, cap.5.§.6.num.73.
Voluntati ſubiectum num ſubſit neceſſitati? cap.6.§.1.num.14.
Vſurpantes ſeu inuadentes bona Eccleſiaſtica, qua pœna teneãtur de iure canon.? cap.5.§.5.num.115.
Vſus auctoritati cedit, cap.3.§.1.num.4.
Vulnerans, morte nõ ſecuta, ſi præſentis Libri Immunitate ſe tueatur, ad quid tenetur? cap.5.§.4.num.27.
Vulnerare volens, ſeu mandans, licet occidendi animum non habeat, ſi mors ſequatur, ad quid tenetur? c.5.§.4.n.28.& aliqq.ſeqq.
Vxoribus proprijs abutentes, grauius, quam ſi pueris abutãtur, peccant, cap.5.§.13.n.15.

FINIS.

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 5[illegible]
Tel. 890.223 - ROMA